impoſitū a ſaluatore noſtro:q̄ volens oēs ho-
mines ſaluos fieri:iubet ap̄lis Mat.vlt. Eū
tes in mundū vniuerſum p̄dicate euāgeliū oī
creature.Et Mar.vlti.d᷑. Illi p̄dicauerunt
vbiq;.Et ap̄l'us paulus hāc vniuerſalitatē fi
dei in romanis cōmendās:ait ad Ro.i.ffides
veſtra annūciat̄ in vniuerſo mundo.Secūdo
fides xp̄i catholica d᷑:q᷑ toto tp̄e eccl̄ia illaʒ
tenuit ⁊ tenet.vn̄ Aug.in tractatu q̄ d᷑ de ca
tholica vitate inq̄t.Catholicū nomē grecū ē:
interpretat̄ aūt latino eloquio vniuerſale:q᷑
toto mūdo diffuſa eccl̄ia in toto tp̄e hāc fideʒ
tenet:nec vnq̄ aut tp̄e mutata ē aut locis va
riata.nā hereticoꝝ fides non pōt dici catho-
lica:q᷑ nō eſt publica ſed p̄uata neq; vbiq; te
net̄.Tertio fides xp̄i d᷑ catholica:vt ait Boe
tius in p̄ncipio libri de trinitate.Quia ei⁹ pre
cepta non vni gēti tm̄ obſeruanda:ſed oībus
gentib⁹ ꝓponit.in quo p̄cipue differt a lege
Moyſi:qui vni tm̄ pp̄lo precepta ꝓponebat
ſimiliter ⁊ ſingule hereſes ſuis tm̄ ſectatorib⁹
precepta cōmoda tradunt.ſed fides catholi-
ca de oīb⁹ curā gerens:oīb⁹ precepta
cōmoda tribuit:nō ſolū cōtinentib⁹:vt mani
chei:ſed etiā cōiugatis:nō ſolū innocentibus
vt Nouatiani:ſed etiā penitētib⁹:q̄bus illi ſa
lutē denegabāt. Quarto d᷑ catholica:q᷑ ita
vniuerſaliter vera eſt vt ei nihil falſitat̄ erro-
ris aut iniq̄tatis admiſceat̄. in quacūq; p̄te.

in quocūq; articulo.in quocunq; caſu. Secte
aūt gentiliū ac hereticoꝝ doctrine ⁊ ph̄oꝝ nō
ſic ſunt vniuerſales:q᷑ ſi in aliqua ſui parte ve
rū dicant in multis tm̄ a veritate deficiunt.nō
ſic aūt eſt de fide que a veritate cadere nunq̄
pōt.Vn̄ Propheta ait in.pſ̄. Narrauerūt mihi
iniqui fabulationes:ſ; nō vt lex tua:oīa man-
data tua veritas.Et.ı̄. In eternū dn̄e ꝑmanet
verbū tuū:in generatōe ⁊ generatiōe veritas
tua.Preterea q̄libet xp̄ianus d᷑ catholicus:q̄
ea que fides catholica docʒ ⁊ predicat credit
⁊ vera eſſe tenet.Unde Aug.li.iij. de q̄ſtioni-
bus euangelioꝝ.q.ij.de duplici gn̄e catholico
rū.ſ.bonoꝝ ⁊ maloꝝ loquens dicit ſic.Illi ſoli
catholici mali putant̄:qui q̄uis vera credant
q̄ ad fidei doctrinā ꝑtinēt:tm̄ flagitioſe viuūt
boni catholici ſunt q̄ ⁊ fidē rectam ſequūtur
⁊ bonos mores.qui aūt aliq̄d eoꝝ nō credit d᷑
infidelis ⁊ hereticus. Infidelis q̄dem q᷑ fidē
nō habet.Hereticus q᷑ ſecte ſue aſſertor ⁊ de
fenſor:fātaſias ſuoꝝ erroꝝ ꝑtinaciter prefert
auctoritati diuine.Ex q̄b⁹ facile patere pote-
rit principale ꝓpoſitū vʒ q̄re eccl̄ia ſancta ca
tholica ſit dicenda. Pro quo notādū ꝙ eccle
ſia d᷑ catholica ſiue vl̄is primo quo ad locum:
q᷑ eſt toto orbe diffuſa.⁊ illa ē rō beati Aug.i
tractatu de ſymbolo dicentis. Diuerſoꝝ autē
hereticoꝝ iō eccleſie catholice nō dicunt̄:q᷑ ꝑ
loca ac ſuas q̄ſq; ꝓuincias ꝯtinētur.Hec vō a
ſolis ortu vſq; ad occaſum vni⁹ fidei ſplēdore
diffundit̄.De qua vniuerſalitate.pſ̄.lx.ſcribi-
tur.A finib⁹ t̄re ad te clamaui. Sup quo ver-
bo Aug.in expoſitione.pſ̄.xxix.Quis noſtrū
clamat a finib⁹ terre:nō ego:nō tu:nō ille:ſ; a
finibus terre ipſa ſola eccleſia tota hereditas
xp̄i.Itē in.pſ̄.cxij.d᷑.A ſolis ortu vſq; ad oc-
caſum:laudabile nomen dn̄i. Vbicūq; aūt ti-
met̄ de⁹ ⁊ laudat̄ ibi eſt eccl̄ia xp̄i inq̄t Augu.
Sc̄do eccleſia d᷑ catholica.i.vl̄is q̄tum ad
omne tp̄s.nunq̄ eī̄ defectura eſt:vt quidam
male arbitrati ſunt:ſ; ipſa ab Abel iuſto icipi
ens vſq; in finē ſeculi ꝑmanebit.qm̄ de⁹ fūda
uit eā in eternū.pſ̄.xlvij.⁊ Math.vlt.xp̄s ita
pollicit⁹ eſt diſcipul' dicēs.Ego aūt vobiſcuʒ
ſum vſq; ad cōſummationē ſeculi. Tertio ec-
cleſia d᷑ catholica.i.vniuerſalis q̄tum ad oēʒ
gentem.colligit̄ eī̄ eccleſia ex omni tribu lin
gua populo ⁊ natiōe:ſm̄ illud Apoc.v. Rede
miſti nos deus in ſanguine tuo ex omni tribu
lingua ⁊ populo ⁊ natōe ⁊ feciſti nos deo nr̄o
regnū. ꝓpter quod inquit beat⁹ Petr⁹ act.x.
In veritate cōperi:quia nō eſt perſonarū ac-
ceptor deus:ſed in omni gente qui timet eum
⁊ operatur iuſticiā:accept⁹ eſt illi. Quarto
eccleſia dicit̄ catholica.i.vniuerſalis q̄tum

ad cōditiones hoīum: q₂ nullus abijcit ab eccleſia: non dn̄s: non ſeruus: non maſculus: nō femina: non grecus: nō iudeus: ⁊ breuiter nulla hoīum cōditio excipit. Vn̄ ap̄lus ad Colo. iij. inquit. Vbi non eſt maſculus ⁊ femina: gẽtilis ⁊ iudeus: circūciſio ⁊ preputiū: barbarꝰ ⁊ ſcytha: ſeruus ⁊ liber: ſed oīa in oībꝰ xp̄us glo. nullus vt indignus excipit. Et. ſ. In nouo hoīe nulla exterior diuerſitas alicui preiudicat. ſcʒ neqꝫ ſexuū: neqꝫ nationū: neqꝫ obſeruationū: neqꝫ linguarum: neqꝫ cōditionum.

Quinto eccl̄ia dr̄ catholica: q₂ vt ait Boetius in p̄ncipio libri de tri. Articuli fidei vniuerſales ſunt: nō habentes inſtātiam ſiue exceptionẽ. q₂ fidei non pōt vnq̄ ſubeſſe falſuʒ de quo habet. ij. Corinth. i. Fidelis deꝰ: q₂ ſermo noſter q̄ fuit apud vos: nō eſt in illo: eſt ⁊ non. glo. i. mendaciū. vt in ſermone pſeudo p̄dicatorꝫ: ſed eſt in illo: eſt. i. ſimplex veritas.

Sexto dicit eccl̄ia catholica: q₂ in ea datur generalis doctrina de viſibilibꝰ ⁊ inuiſibilibus de celeſtibus ⁊ eternis que ad inſtructionẽ hoīm ſaluteqꝫ humani generis neceſſaria ſunt ⁊ vtilia. dicit em̄ Anſelmus. Nihil vtiliter ad ſalutem ſp̄ualem predicamus qđ ſacra ſcriptura ſp̄ūſancti miraculo fecūdata nō ꝑtulerit aut in ſe non teneat. hic plane (vt ait Aug. ad Voluſianū) phiſica: ethica: ⁊ logica ad que tria oīs reducit ph̄ia vt docet Plato. Et Aug. recitat de ciuit. dei. Hic phiſica: qm̄ omniū naturarū cauſe in deo ſunt creatore. h̄ ethica: qm̄ vita ⁊ honeſtas nō aliunde formãtur q̄ cū ea que diligenda ſunt queadmoduʒ diligenda ſunt diligunt: ſcʒ deus ⁊ proximus. Hic logica: qm̄ veritas lumenqꝫ rōnalis aīe non eſt niſi deus. hic etiā laudabilis reip. ſalus. non em̄ cuſtodit optime ciuitas niſi fundamento ⁊ vinculo fidei firmeqꝫ ꝯcordie fuerit ſolidata. Septimo eccl̄ia dicit catholica ꝓpter vniuerſalitatẽ preceptorꝫ. precepta q̄ppe data ſynagoge particularia fuerūt. Tū particularitate tp̄is: q₂ data ſunt ad tp̄s ⁊ tādem mutanda ꝑ tp̄e aduentus redẽptoris noſtri. erant em̄ vmbra futurorꝫ. Ad Colo. ij. Tū particularitate gentis: q₂ vni genti tm̄ data eſt: ſcʒ ppl̄o iſrael. ex quo ſm̄ carnẽ xp̄s naſciturus erat. pſal. clxvij. dicit. Non fecit taliẽ omi nationi ⁊ iudicia ſua nō manifeſtauit eis Tum particularitate ꝯditionis hoīm. nā preceptū circūciſionis ſolis viris datū eſt. Precepta vō xp̄iane religionis vniuerſalia ſunt tp̄e: q₂ duratura vſqꝫ in finem ſeculi. Math. xxiiij. Amen dico vobis: q₂ nō preteribit gñatio hec: donec hec oīa fiāt. qđ Cryſo. exponit de generatione fideliuʒ xp̄i. Secundo ſunt vl̄ia quo ad gentem: ſicut habitū eſt. ⁊ ad Gala. iij. inquit Ap̄ls. Oēs em̄ filij dei eſtis per fidem q̄ eſt in xp̄o ieſu. quicūqꝫ em̄ in xp̄o baptiſati eſtis xp̄m induiſtis: nō eſt iudeꝰ nec grecꝰ nō eſt ſeruꝰ neqꝫ liber: nō eſt maſculus neqꝫ femina: oēs em̄ vos vnū eſtis in xp̄o ieſu. Tertio ſunt vniuerſalia quo ad cōditiones hoīm vnō datū eſt preceptū de baptiſmo: qui viris ⁊ feminis eſt cōis. Octauo eccleſia dicitur catholica. i. vl̄is: q₂ habet vniuerſalia remedia ſiue medicamẽta que ad curationẽ cuiuſcūqꝫ mẽbri ſpiritualis efficaciā habẽt ſalutarem: q̄ ſunt ſeptẽ ſacramenta: in quibus ſub tegumẽto rerū ſenſibiliū ſecretiꝰ diuina virtꝰ operat. vt ait mgr̄ ſententiarꝫ in. iiij. di. i. Plures iſtorū modorꝫ vniuerſalitatis quibꝰ eccl̄ia dr̄ catholica ſiue vl̄is tangit btūs Iſidorꝰ libro ſuo primo de officijs ita dicẽs. Eccleſia vocat prope ꝓpter quod omẽs ad ſe vocet ⁊ in vnū cōgreget. Catholica ideo dr̄: q₂ per vniuerſum mundum eſt cōſtituta. Vel qm̄ catholica: hoc ē: generalis in ea doctrina eſt ad inſtructionẽ hominū de viſibilibus ⁊ inuiſibilibus rebus celeſtiū atqꝫ terreſtriū. Vel propter omne hominū genus ad pietatis ſubuentionẽ tam principū q̄ etiā quibꝰ principatur: oratorꝫ ⁊ ydiotarū. vel ꝓpter hoc q̄ generaliter curat omia peccata q̄ per corpꝰ ⁊ animam ꝑficiūtur. Hec Iſidorus.

Capitulū. xiiij. in quo ponūtur obiectiones ꝯtra illud qđ dictū ē q̄ fides Xp̄iana catholica ſit noīanda. Cap. XIIII

Contra hoc quod dictum eſt primo in ſuperiori capitulo: q₂ fides Chriſtiana catholica appellanda ſit multipliciter arguit. Primo ſic. cognitio debet cognoſcibili ſiue obiecto ſuo eſſe proportionata: nō em̄ quodlibet quomodolibet cognoſcit. ſed fides eſt cognitio dei: qui nō eſt vniuerſalis neqꝫ particularis: vt dicit Auguſt. in lib. de trini. ergo fides que dei cognitio eſt: nō eſt dicenda vniuerſalis. Argumẽtū primū Secundo ſic: de ſingularibꝰ nō poteſt eē niſi ſingularis cognitio. vnde ſingulariū nō ē ſciẽtia. ſ; fide quedā ſingularia facta tenemꝰ. vt natiuitatẽ xp̄i: paſſionẽ: reſurrectionẽ: aſcẽſionem: aduentū ad iudicium: ⁊ hmōi. ergo fides nō debet dici vl̄is ⁊ per cōſequens nec catholica. Secundum Tertio ſic. ab eo quod eſt cōe multis nō debet propriū nomen alicui rerū imponi: cū nomen cauſa innoteſcende rei imponatur. ſed quelibet traditio vel ſecta ꝓponit ea que tradit: vt vniuerſaliter ab oībus credenda vel obſeruanda vt vniuerſaliter vera. ergo nō debet fides xp̄iana ſp̄aliter hoc ſibi vendi Tertium

Quartum

care vt vel catholica ſiue vlis noiet. Quarto ſic. Idolatria ad oes mundi angulos peruenit: ſed fides xpiana no inuenit ad oes mundi fines perueniſſe: cu aliqui barbari ſint qui fidem xpi no cognoſcant. ergo idolatrie ſecta magis debet dici catholica q xpiana fides. Quinto ſic. quod no couenit oibus no debet dici vle: ſed fides xpiana a multis no recipitur dicente aplo ad Ro.x. No oes obediut euagelio. Eſa. etia dicit. Dne qs credidit auditui nro. glo. inquit aliquis ſed no oes. ergo incouenienter fides xpiana catholica ſiue vlis nominatur.

Quintum

Eſa.liij.

Capitulu.xv. in quo rndet ad rones iam factas.

Capitulum.xv.

Fides xpiana eſt catholica

Credendum eſt et ſine aliqua heſitatone tenendu q fides xpiana ronib9 ſupra aſſignatis catholica ſiue vlis dicenda ſit. qd etia iteru ꝯfirmam9 primo auctoritate beatiſſimi Pauli apli q ad Titu .i. ſcribes ita dicit. Manifeſtauit aute teporibus ſuis verbu ſuu in predicatione q credita eſt mihi ſm preceptu ſaluatoris noſtri dei: dilecto filio Tito ſm coem fidem. glo. i. catholica. Preterea btus Aug. in li. de vera reli. inquit. Teneda eſt nobis xpiana religio ⁊ ei9 eccleſie coicatio: que catholica e ⁊ catholica nominat no ſolu a ſuis: veru etia ab oibus inimicis ſuis. Pro pleniori aut intelligentia huius rei notandu q fides ſicut ⁊ quelibet alia cognitio vt inqt ſanctus Tho. ſup Boetium de trini. duplice habet materia. ſ. materia in qua qui ſunt ipſi credetes. ⁊ materiam de qua. ſ. ipſas res creditas. ex pte aut vtriuſq materie fides xpiana catholica dici poteſt. ex parte quidem credentiu: q2 illa fidem vera aſſerit Apoſtol9 ad Ro.iij. que teſtificata eſt a lege ⁊ prophetis. Cu vero pphetaru teporibus diuerſe gentes diuerſoꝝ deoꝝ cultibus inſiſterent: ſolus vero popul9 Iſrael deo vero cultum debitum exhiberet: ⁊ ſic non eſſet vna vniuerſalis religio predixit per ipſos pphetas ſanctuſſpiritus cultu veri dei ab oibus eſſe aſſumendu. Unde dr Eſa.xlv. Mihi curuabitur omne genu et ꝯfitebit ois lingua. Quod quidem per religionem chriſtiana adimpletur. vnde merito catholica nominatur vtpote a cuiuſlibet nationis hominibus iuxta illud quod dns per Malachiam.i.ca. dicit. Ab ortu ſolis vſq ad occaſum magnu eſt nomen meum in gentib9 ⁊ in omni loco ſacrificatur ⁊ offertur nomini meo oblatio munda. Quare illi qui ab hac fide ⁊ religione comuniter promiſſa et recepta in proprias quaſda ſententias declinarut: no catholici: ſed quaſi a comunione diuiſi heretici noiant. Sed ex pte etia reru creditaru in fide xpiana vniuerſalitas inuenit. Fuerut naq anti quitus diuerſe artes ⁊ vie: qbus hoibus qtu ad diuerſa ꝓuidebat: vel ꝓuideri credebat. qdam naq bonu hois in ſolis corporalibus ponebat: vel in diuitijs: vl honoribus: aut voluptatibus. qdam in ſolis aie bonis: vt in virtutibus moralib9: vel intellectualibus. qdam aut vt Aug. in libro de ciuitate dei dicit. exiſtimabat deos eſſe colendos ꝓpter tpalia bona iſtius vite. qdam vero ꝓpter bona q ſunt poſt vita. Porphirius em ponebat qbuſdam getilibus obſeruationibus: aie imaginariam parte purgari: ⁊ non tota aiam. dicebatq: vt Aug. dicit. x. de ciui. dei. nondu eſſe receptam vna ſecta q vniuerſale cotineat via aie libera de. hec aut eſt religio xpiana: vt Aug. ibidem dicit. Ipſa em docet deu eſſe colendu: no ſolu ꝓpter eterna: ſed etia ꝓpter tpalia beneficia non ſolu in ſpualibus: ſed etia in vſu corporaliu hoiem dirigit: ⁊ beatitudine aie ⁊ corpis repromittit. Et ideo regule eius vniuerſales dicunt: vtpote tota vita hois in omne qd ad ipſum quolibet ptinet ordinates. Et has duas rones vlitatis aſſignat Boetius. vt. ſ. diximus in li. de tri. Quib9 notatis dicendu eſt ad argumenta. Ad primu rndet q quis de9 in ſe non ſit vniuerſalis nec particularis: eſt tn vniuerſalis oiu reru ca ⁊ finis. ⁊ ſic cognitio q de ipo habet ad oia: quodamodo vniuerſalis eſt. Ad ſecundu rndet q ro no militat: q2 illa particularia facta: puta: natiuitatem: paſſione. reſurrectione xpi ⁊c. tenet fides vt vlia remedia ad totu genus humanu liberandu. Iuxta illud .i. Thymo.ij. Un9 em de9: vn9 ⁊ mediator dei ⁊ hoim homo xpus ieſus: q dedit ſemetipſum redeptione ꝓ oibus. glo. interli. nullum excipit q vellet ſaluari. Ad tertiu dicendu q alie ſecte licet ꝓponat ⁊ nitantur ea q tradunt: vt ab oibus vniuerſaliter obſeruent: hoc tn eis non ꝯuenit. ⁊ ſi hoc ſibi vendicare preſumant: qd eſt ꝓpriu fidei xpiane: nihilominus ad hoc ptingere non pnt vn eis non ꝓprie vlitatis couenit nome. Ad quartum dicendu q ydolatria licet ad oes ptes orbis ptigerit: non tn erat vna religio: ſed apud diuerſos diuerſa: cu diuerſi diuerſos ſibi deos colendos inſtituerint. nec iteru ab omib9 nationibus eſt recepta: cum a veri dei cultorib9 fuerit reprobata ⁊ etia a ſapientibus getiliu qui dicebant hmoi cerimonias eſſe obſeruandas tanq legibus iuſſas no tanq dijs placitas. vt de Seneca dicit Aug. in. vi. de ci. dei. Ad quintu dicedu q fides xpiana no dicit catholica vel vlis ꝓpter ſingula generu: ſed

Ad primum

Ad ſecundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

ꝓpter genera ſingulorū: qr ex omī conditione hominū ei aliqui adherent ſm vaticiniū ꝓphete dicentis. pſal.xxi. Conuertent ad dnm vniuerſi fines terre ⁊ adorabunt in cõſpectu eius vniuerſe familie gentium.

Capitulū.xvi. vbi ponunt obiectiões cõtra illud qđ dictū eſt q ecclesia ſit catholica dicenda.

Cap. XVI

Argumētū primū

Onſequēter cō tra id qđ de eccl'ia dictū eſt q catholica ſit etiā arguit multi pliciter ⁊ primo ſic. Tpe quo apl'i cōdiderūt ſymbolū: neqȝ fides nec eccleſia erat per totū orbē diffuſa. ergo ſequit q eccleſia xp̄i non eſt dicta catholica illa rōne: qr ſcȝ per orbem totū extenſa. cōſequētia ptȝ. antecedens etiam oñditur ex eo q anteq̄ per orbem ad predicandū apl'i diffunderent ſimbolum cōdiderunt in quo tunc iam affirmauerant eccleſiā eē catholicā.

Secundum

Secūdo ſic. vna ⁊ eadē eſt eccl'ia q̄ fuit apud patres veteris teſtamenti ⁊ q̄ apud nos eſt in nouo teſtamēto ſed eccl'ia antiquo tpe veteris teſtamenti nō dicebat catholica: cum in ſola iudea notus eēt deus. pſal.lxxv. ergo videt q etiā nūc tpe gratie eccleſia non venit catholica nominanda.

Tertium

Tertio ſic. Eccl'ia Ro. dicit vl'is: vt in ca. in noie dñi. di.xxiij. licet non ſit per orbē diffuſa. ergo videt q eccl'ia nō ſit dicenda catholica ea rōne: q per totū mundū extenſa ſit ⁊ oīum gentiū ſocietate ɔſtituta.

Quartum

Quarto ſic. Oēs eccl'ie particulares per orbē diſperſe catholice appellantur. vt in capi. q̄uis. diſtinct.xxi. ergo hoc non videt eſſe ꝓpriū vniuerſali eccleſie.

Quintum

Quinto ſic. ſi eccl'ia eēt dicēda catholica.i. vniuerſalis videret q paſtor eius ⁊ rector: ſcȝ Ro. pont. dicendus veniret vl'is. ſed hoc ꝓhibet. vt in ca. nullus. ⁊.c. ecce. di.xcix. expreſſe habetur.

Capitulū.xvij. in quo rñdet ad obiectiones precedentis capituli.

Capitm XVII

Ad primum

Ad id vero quod in prima rōne obijcit rñdetur dupliciter. Primo q etiā ꝓ tēpore quo apl'i ſimbolū condiderūt. eccleſia catholica erat ⁊ ſic iuſte noiabat. qr fides eius catholica ſiue vniuerſalis erat vniuerſalitate veritatis: qr q̄cquid in ſacra ſcriptura docet credendū: oino ⁊ vniuerſaliter ſine aliqua inſtantia verū eſt. Naȝ vt ait Aug. in ep'la ad Hieroñ. Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerit vl' officioſa mēdacia q̄d in eis remanebit auctoritatis? q̄ tandeȝ de ſcripturis illis ſnīa ꝓferet: cuius pondere cōtentioſe falſitas obteret improbitas? Secūdo rñdet q ⁊ ſi fides catholica: ⁊ per ɔñs eccl'ia tēpore quo apl'i eccl'iam ꝓfeſſi ſunt catholicā: nō fuerit diffuſa actu p totū orbeȝ: erat tñ in ꝓximo diffundenda: ſm illud pſal.lxxi. Dñabit a mari vſqȝ ad mare ⁊ a flumine vſqȝ ad terminos orbis terrarū. vbi gl. que ex Aug. ſumit ita hȝ. Oſtendit q̄ ſit amplitudo regni: ſic latū eſt q dñabit a mari.i. a quolibet fine terre vſqȝ ad mare.i. vſqȝ ad quēlibet fineȝ terre diffundet tā late dilatabit eccl'ia ⁊ a flumine iordanis dñabitur vbi vox patris intonuit ſup xp̄m. H eſt filius meus dilectus. inde ergo doctrina eius incepit. inde auctas magiſterij dilatat vſqȝ ad terminos orbis terre predicato euangelio regni xp̄i. inde regula baptiſmi per totū mundum emanauit. hec glo.

Ad ſecundum

Ad ſecūdū rñdetur ſicut ad precedens. negat eniȝ minor vl'r: qm̄ eccl'ia ſemp fuit catholica vl'itate puritatis ⁊ veritatis ipſius fidei. loquēdo aūt de vniuerſalitate dilatationis per orbem minor cōcedit ⁊ negat cōſequētia. licet eñ vna ⁊ eadē eccleſia ſit ⁊ fuerit ſemp apud veteres patres q̄ apud nos: nihilominus p ſucceſſionē tēporum aliqua ſunt in eccl'ia inſtituta ⁊ ampliora gratiarum dona eccl'ie donata ſunt: ſicut ſupra diximus: in q̄bus magna eſt differētia in eccl'ia quo ad ſtatū teſtamēti veteris: ⁊ quo ad ſtatū plenitudinis gratie: ſicut in noticia vnius dei ptȝ: que quaſi tñ erat ꝓ illo tpe in populo iudeorum. Iuxta illud qđ inductū eſt ex pſal. lxxv. Notus in iudea deus: nūc vero per totū orbē claret. Unde Hieroñ. in glo. ſuper predictum pſal. ita ait. Anteq̄ illuminaret crux mundū anteq̄ videret dñs in terra notus erat in iudea deus ⁊ in iſrael magnuȝ nomen eius: qñ aūt venit ſaluator. in oēm terrā exiuit ſonus eius ⁊ in fines orbis terre verba eius. hec Hiero. Unde ſm hanc vniuerſalitatis rōnem: eccl'ia a tpe gratie incepit eſſe catholica: ſicut circa ca.xxiiij.ſ. clarius habebit. Unde Ambro. tractās illud pſal.xxxix. Annūciaui iuſtitiā tuaȝ in eccl'ia magna: dicit. Quid eſt qđ addit magna: niſi qr fuit ante non magna: q̄ eſt magna niſi de totius orbis terrarū ptibus ɔgregata

Ad tertium

Ad tertiū rñdet iuxta innocentiū in ep'la q̄daȝ q eccl'ia dicit vniuerſalis dupliciter. Uno modo qr de vniuerſis cōſtat eccl'ijs. ſic ſumit in ca. alienus.xxiiij.q.i. vbi dicit Cyprianus. Alienus eſt: ꝓphanus eſt: hoſtis eſt: non pōt deū habere patrē qui vniuerſalis eccl'ie nō tenet vnitatē. Et in ca. ſciſma. qui ſe ab vniuerſali eccl'ia diuiſerunt ⁊c. Et ſm hāc acceptionem vocabuli vniuerſalitatis eccl'ia romana non eſt vniuerſalis ſed ps vniuerſalis eccl'ie: prima videlȝ ⁊ precipua: velut caput i corpe.

ſicut habet̄ in.c.ꝙuis.di.xxi. vbi hr̄tur. ꝙuis vniuerſe per orbē catholice eccleſie vn⁹ thalamus xp̄i ſit: tn̄ ſctā romana eccl'ia catholica ꝛ ap̄lica ceteris eccleſijs ꝑlata eſt. Alio mō dicitur vl'is eccleſia q̄ ſub ſe ꝯtinet eccleſias vniuerſas. ꝛ hoc mō eccleſia rōana dr̄ eccl'ia vl'is. qm̄ ipſa ſola ceteris ꝑlata eſt. vt in ꝑdicto ca. ꝙuis. ꝛ in ca. oēs. ꝛ in cap. ſacroſancta. di. xxij. Dicit̄ etiā eccleſia romana maxime catholica q2 in ea extra maculā ſemꝑ eſt obſeruata religio xp̄iana. vt in ca. in ſede ap̄lica. xxiiij. q. i. ꝛ que ꝑ dei oipotētis gratiam a tramite ap̄lice traditionis nūq̄ erraſſe ꝓbat̄: neq3 hereticis nouitatib⁹ deprauāda ſuccubuit. vt in ca. a recta eiſdē cauſa. ꝛ. q.

Ad quartum

Ad quartū dicendum ꝙ eccleſie particulares dicūtur catholice nō ratione diffuſionis aut extēſionis ꝑ orbem: ſ3 ratione fidei catholice: que cōis eſt oībus xp̄i eccleſijs per orbem diſperſis ita ꝙ ita dr̄ eccl'ia catholica ſicut hō catholicus qui. ſ. fidem ea3 tenet quā tota eccleſia ꝑ orbē obſeruat.

Ad q̄ntum

Ad quintū reſpōdet̄ ꝙ papa veraciter eſt vl'is papa ꝛ rector vniuerſalis eccleſie et ita vt alias duce xp̄o cum de romano pontifice loquemur oſtēdem⁹: multi ſancti patres romanos pōtifices vniuerſales nominarūt ꝛ ſcripſerūt vnde etiā tota ſynodus Calcedoneñ. dr̄ acclamaſſe Leoni pape. Sanctiſſim⁹ apoſtolicus ꝛ ycomenicus. i. vniuerſalis patriarcha. ꝑ multos annos viuat. Prohibet̄ tn̄ vocari vl'is. tū ꝓpter humilitatem. tum q2 nō preficitur cuilibet particulari eccleſie vt ꝓprius ꝛ ſpālis illius eccleſie rector. ſic em̄ ceſſarēt omniū aliorū pontificu3 poteſtates. ꝛ hec ratio aſſignat̄ in ca. allegato null⁹. Iſta eſt etiā ſententia beati Tho. in tractatu ꝯtra impugnātes religionem. Ex his que dicta ſunt de vniuerſalitate eccleſie elidit̄ error hereticoꝝ qui in vno āgulo terre aut apud aliquam regionem aut gentem coartātur: ſicut fuit error Donati: q̄ apud ſolā Africam xp̄i eccleſiā eſſe dicebat. contra quē ꝛ ſequaces ſuos Aug. ſuper. pſ̄. viij. ita loquitur. Xp̄m tales maledicunt qui dicunt: perijt eccleſia de toto orbe terrarū et remāſit in ſola Africa. Q̄tam aūt faciant iniuriā videte fratres. ſcriptura dicit. In lata gente dignitas reg: ꝛ in paucitate pleb ignomia ꝓncipis

Caplm. xviij.

Capitulū. xviij. in quo rationib⁹ oſtenditur ꝙ eccleſia apoſtolica dicatur.

Eccl'ia eſt ap̄lica

a

Amplius quarto loco ſancti patres in ſymbolo ſancta3 dei eccleſiā: apoſtolicā profeſſi ſunt dicentes. Credo vnā ſanctā catholicā ꝛ apoſtolicā eccleſiā. Item beat⁹ Greg. exponēs ſymbolū in regiſtro. Credo inquit vnam fidem: vnū baptiſma: vnam apoſtolicā ꝛ vniuerſalem eccleſiam. Appoſuerunt autē ſancti patres in ſimbolo ſuo ſupra ſimbolū ap̄loꝝ: ꝙ eccleſia eſſet ap̄lica. ꝛ hoc ꝑfecto vt dicit Albert⁹ magn⁹ ad oſ̄ſionē auctoritatis ꝛ antiq̄tatis eccl'ie: ꝯ eos qui nouella ꝛ peregrina dogmata in eccleſia: preſumptores nouitatū: introducunt. Dicit̄ aūt eccleſia apoſtolica rōne multiplici

Tum primo: q2 in ap̄lis qui fuerunt primi q̄ adheſerūt xp̄o. vt habet glo. Geñ. xxxviij. Eccleſia initiata eſt: ꝛ ſui eſſe ſm̄ tp̄us gratie reuelate ſuſcepit originē. Unde Aug. li. de ciui. dei. ꝛ habet̄. xxxv. q. i. §. hac itaq3. dicit de plebe iudaica. Primū apoſtolos elegit quoſ quaſi fundamēta eccleſie inſtituit: quoꝝ predicatione de eadē plebe multi ad eu3 cōuerſi in ſe ipſis originē eccl'ie preſtiterunt. Unde ap̄lus ij. ad Theſal. ij. de ſe ꝛ alijs xp̄i apoſtolis ita atteſtatur. Elegit nos deus primitias in ſalutē in ſanctificatione ſp̄ūs ꝛ fide v̄itatis. ꝛ Aug. tractās illud pſal. xliiij. Delectauerūt te filie regū. ita ad' ꝓpoſitū loquit̄ eccleſie. Filie apoſtoli ſunt: filie regum ſunt. ille em̄ eſt rex regū illi autem reges de quibus dictū eſt. Sedebitis ſup duodecim ſedes iudicātes duodecim trib⁹ iſrael. qui apoſtoli ſicut primitie fuerūt xp̄iani populi ordine temporis: ita amplitudine perfectionis. Atteſtat̄ hoc ap̄lus ad Ro. viij. qui de ſeipſo ꝛ de alijs apoſtolis ita dicit Nos ipſi primitias ſp̄ūs habentes. glo. ꝛ tempore prius ꝛ ceteris abūdantius. Merito ergo ipſa vniuerſalis eccleſia ratione propagationis qua ab apoſtolis ſm̄ tempus reuelate gratie originem ſumpſit: apoſtolica a ſanctis patribus eſt nominata. Secundo dicit̄ apoſtolica: quia poſt aſcenſione3 dn̄i: apoſtoli in fide ꝛ ſancta doctrina verbo ꝑdicationis miraculis ſanctitatis exemplis fundarunt ꝛ roborarunt eccleſiam ad Ephe. ij. Superedificati: ſc3 eſtis. ſuper fundamentū apoſtolorum ꝛ ꝓphetarum. i. ſuper nouū ꝛ vetus teſtamentū: q2 quod apoſtoli predicarunt ꝓphete futurum predixerūt. Licet aūt xp̄s ſit principale ꝛ maximū eccl'ie fundamentū. i. ad Corinth. iij. Nihilominus apoſtoli dicunt̄ fundamēta ſecundaria eccl'ie. Unde Apocal. xxi. beatiſſimus Iohānes de eccl'ia ita loquitur. Murus ciuitatis habens fundamēta. xij. ꝛ in ipſis. xij. nomina apoſtoloꝝ ꝛ agni. ꝛ in pſal. lxxxvi. de eccleſia dicit̄. Fundamēta eius in montib⁹ ſanctis. glo. in ap̄lis ꝛ ꝓphetis. Et bene ap̄li mōtibus cōparant̄. ſicut em̄ ſolis radius primo illuſtrat montes: deinde ad cōualles aſcēdit ita radius ſolis diuinitatis primo apoſtolos

illuſtrauit: deinde per eos fideles vniuerſos illuminauit. Uñ Math. v. ad ipſos ait xps. Uos eſtis lux mundi. Uerūꝫ ⁊ ſi in fide ⁊ doctrina oīū aploꝝ fundata dicat: maxime tñ in cōfeſſione fidei beati Petri fundata eſt eccleſia: dicēte xpo. Math. xvi. Tu es petrus ⁊ ſup hanc petrā. glo. i. hanc fidei ꝓfeſſionē. edificabo eccliam meaꝫ. Hinc maxime ſucceſſor beati petri cuiuſmodi eſt pontifex romanus antonomatice dr aplic⁹ di. xcvij. c. i. ⁊. c. ſi q̄s pecuniā. Tertio eccl'ia ſancta dicit aplica: q: aploꝝ fidem: predicationē: documēta: atq3 auctoritatem retinet ſemp ⁊ obſeruat. Retinet q̄dem ptātem in clauibus: ſententiā in v bo. ⁊ vitam in exēplo. Cuſtodit plane ⁊ obſeruat id qđ ſpūſſanctus per Salomonē iubet. Prouerb. xxi. Non tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerūt patres tui. Patres autē ecclie dicti ſunt apli ſm illud pſal. xliiij. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. vbi gl. Aug. ⁊ Hieron. dicit. Genuerūt eccliam apli ipſi miſſi ſunt ipſi predicauerunt ipſi patres p quib⁹ nati ſunt tibi filij. i. cōſtituti ſunt epi quibus regaris ⁊ guberneris. Sūme autē neceſſariuꝫ eſt ecclie obſeruare antiquos terminos: quos poſuerunt ſancti apli: q: cum teſte Hieron. ſup. cxxxij. pš. Eccleſia nō parietib⁹ cōſiſtit. ſed in dogmatū veritate ⁊ ecclia vbi fides vera eſt: ex fide apoſtoloꝝ cognoſcim⁹ q̄s in eccleſia ſit. Unde Hieron. vbi. š. In eccleſia ſumus ſi habemus fidem eccleſie: fideꝫ apoſtoloꝝ: fidē xpi dogmatū veritat̄. Quarto dicit eccleſia apoſtolica: q: oīs xpiane religionis ritus ⁊ ſacrarū inſtitutionū eccleſiaſticarū obſeruantia a traditione aplica creditur in eccleſia deriuata. vt in ca. eccleſiaſticarū. di. xi. colligit. Et Aug. li. ij. de bap. contra Donatiſtas illud ita cōfirmat dicēs. Illa q̄ p vniuerſam cuſtodiunt eccleſiā ab ipſis aplis tradita ⁊ cōmemorata credunt: q̄uis in eoruꝫ dictis vel cōſilijs non reperiant. Hinc ſedes beati petri q̄ nobis mater eſt ſacerdotalis dignitatis ⁊ magiſtra rōnis: q̄ etiā a tramite apoſtolice traditionis nunq̄ receſſit: iuxta. c. a recta. xxiiij. q. i. ſpecialiter apoſtolica noiatur vt in. c. ſic. ⁊ in. c. in memoriā. di. xix. ⁊ in. c. ſacroſancta. di. xxij. veruꝫ q̄nq3 reperit ꝙ eccl'ie in q̄bus apoſtoli corporaliter perdocuerūt apoſtolice ſunt vocare. Quinto eccleſia vocata eſt aplica: q: Petrus ⁊ Paulus principes apoſtoloꝝ romanā eccleſiā: que caput ⁊ prelata eſt oīum eccleſiarū: pariter xpo dño conſecrarunt: eā quoq3 omibus vrbibus: ſcꝫ vniuerſo mundo ſua preſentia atq3 venerando triūpho pretulerunt. Sexto dicit eccl'ia apoſtolica ſm aliquos iuxta interpretationē grecā huius vocabuli quaſi deſuper miſſa. Apoſtolicū eñ nomen grecū eſt: ⁊ dicit ab apo quod eſt deſuper: ⁊ ſtolon qđ eſt miſſio quaſi deſup miſſa. vnde ⁊ apoſtolus dicit deſuper miſſus Eccleſia auteꝫ dicit deſuper miſſa: q: de celo exēplata: ſm illud. xxi. Apocal. Ecce ego Johānes vidi ciuitateꝫ ſanctā hierl'm deſcendētem de celo a deo paratā ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Ex quibus maxime arguit impia preſumptio quorundā: qui apoſtolica doctrina contēpta nouella dogmata in eccleſia ſerere moliūtur. Contra quos dicit Julius papa in ca. nolite. diſt. xi. Nolite errare fratres mei in doctrinis varijs ⁊ extraneis: nolite abduci ⁊ inſtituta apoſtoloꝝ ⁊ apoſtolicorum viroꝝ canoneſq3 habeatis his fruamini: vt firmi contra cuncta inimicoꝝ iacula perſiſtere valeatis. Satis eñ indignū eſt queq̄ vel pōtificum: vel ordinum ſubſequentiū hanc regulam refutare quaꝫ beati Petri ſedem ⁊ ſequi viderit ⁊ docere.

Capitulū. xix. in quo ponunt aliqua obiecta contra hoc qđ dictū eſt ꝙ eccleſia ſit apoſtolica dicenda.

Capl'ꝫ XIX

Argumentum primum

Aduerſus ea que in ca. precedenti dicta ſunt obijcitur ſic. Chriſtus dicit pncipale ⁊ maximū fundamentū eccleſie dicente aplo. i. ad Corinth. iij. fundamētū aliud nemo poteſt ponere preter id qđ eſt poſituꝫ qđ eſt ieſus xps. cum ergo eccleſia a ſuo fundamēto debeat recipere denominationē videtur ꝙ magis xpiana q̄ apoſtolica veniat nominanda.

Secundum

Secundo ſic ita pphete dicuntur ſecundaria fundamēta eccleſie ſicut apoſtoli dicente Paulo ad Ephe. ij. Superedificati ſuper fundamentū apoſtoloꝝ ⁊ pphetarum. ergo ita eccleſia nominanda venit pphetica ſicut aplica.

Tertium

Tertio doctrina ſuper quā fundata eſt maxime eccl'ia dicit eſſe euāgeliuꝫ. Unde Math. xvi. dicit xpus. Super hanc petram. i. huius fidei confeſſioneꝫ edificabo eccleſiam meaꝫ. ergo videt ꝙ potius eccleſia eſt euāgelica dicēda q̄ apoſtolica.

Ad primum

Ad illa dicendū eſt ad primū dicit ꝙ verum eſt ꝙ eccleſia indubitanter ⁊ xpi eſt: ⁊ xpiana dicit a xpo ſicut ⁊ pplus dicit xpianus. Uñ Aug. ſuper Joh. fundata eſt eccleſia ſup petrā. Uñ ⁊ petrus nomen accepit. nō eñ petra a petro ſed petrus a petra. ſicut non xps a xpiano: ſed xpianus a xpo noiatur. de quo xpianitat̄ noie ⁊ de tpe quo illa xpi eccl'ia primum appellari cepit Idē btūs Aug. li. i. retractationum: ita inquit, ipſa res que nūc chriſtiana religio nū-

cupak erat apud antiquos: neq₃ defuit ab ini-
tio generis hũani: quouſq₃ ipſe veniret in car
nē. vnde vera religio q̄ iam erat cepit appella
ri xp̄iana. Cũ em̄ poſt reſurrectionē ʒ aſcenſio-
nē q₃ in celum cepiſſent predicare apl̄i ⁊ pluri
mi crederent pͥmũ apud antiochiā ſicut ſcri
ptũ eſt appellati ſunt diſcipuli xp̄iani: noſtris
ergo tp̄ibus xp̄iana religio nō q̄ȝ priorib⁹ tpi-
bus nō fuit: ſ; q̄ȝ poſteriorib⁹ hoc nomen acce-
pit. quā cognoſcere ⁊ aſſeq̄ ſecuriſſima ⁊ cer-
tiſſima eſt ſalus. hec Aug. nihilomin⁹ in ſym-
bolo magis noīata eſt apl̄ica q̄ȝ xp̄iana. tũ iō
q̄ȝ in hoc q̄ dicta ē catholica ſatis exprimeba
tur xp̄iana noīari. Catholic⁹ em̄ ⁊ xp̄ian⁹ idē
ſunt. tũ etiā eſt dicta magis apoſtolica q̄ȝ cuʒ
apl̄s interpretetur miſſus: vt dicit Aug. et in
miſſo intelligak ipſe mittēs ꝑfecto in eo q̄ ec
cleſia dicta eſt apl̄ica vtrũq₃ intelligit̄. ſ. xp̄us
mittēs qui ꝑncipale ⁊ pͥmariũ fundamentũ
eſt eccleſie. imo ſicut ſanct⁹ ſcꝫ̄ꝝ et princeps
paſtoꝝ: ita eſt fundamentũ fundamētoꝝ. In-
telligunk ⁊ ipſi apl̄i a xp̄o miſſi qui ſecũdaria
fundamēta dicũtur eē ſancte eccleſie dei. Pre
terea xp̄s apl̄s dr̄. vnde ad Heb. iij. c. inq̄t be-
atus Paul⁹ fratres ꝯſiderate apoſtolũ ⁊ pon
tificē cōfeſſionis nr̄e Ieſum vbi glo. inq̄t. Cur
negem⁹ xp̄m apoſtolũ quē nobis de⁹ miſit. vñ
eccleſia non ſolũ ab apl̄is xp̄i ſed etiā ab ipſo
Ad ſecundū rñ-detur primo
xp̄o apoſtolica denoīatur. Ad ſecundā ratio
nē. q̄ licet ꝓphete dicti ſint fundamēta eccle
ſie ſicut ⁊ apl̄i nihilomin⁹ eccleſia magis apl̄i
ca q̄ȝ ꝓphetica venit noīanda multiplici rōe.
Primo quidē q̄ȝ fidē ipſam catholicā ſup quā
eccleſia dei fundata eſt apl̄i magis explicitaʒ
⁊ dilucidatā nobis tradiderũt q̄ȝ fecerunt ꝓ-
phete. Prophete quippe iuxta ſui noīs inter-
pretationē (ꝓpheta em̄ procul videns inter-
pretak) ſub quibuſdā vmbris figurarũ nobis
diuinoꝝ myſterioꝝ fidē tradiderunt. vnde ſu
per illud. pſ. xvi. tenebroſa aqua in nubibus
aeris dicit glo. i. obſcura doctrina eſt in ꝓphe
tis. Sane tñ vltima cōſummatio gr̄e facta fu
it per xp̄m. vnde ⁊ tēpus ei⁹ dr̄ tēpus plenitu
dinis ad Gala. iiij. Illi qui ꝓpinquiores fue-
runt xp̄o vel ante ſicut Iohānes baptiſta vel
poſt ſicut apoſtoli plenius miniſteria dei co-
gnouerũt: ⁊ ꝑ cōſequens magis explicitaʒ ec-
cleſie tradiderũt fidei doctrinam quod ſic pa
tet. Fides eccleſie in duobus maxime cōſiſtit.
Primo in vera cognitōe dei ſm̄ illō ad Heb.
xi. accedentē ad deum oportet credere q̄ȝ de⁹
eſt. Secundo in myſterio incarnationis xp̄i
In vtroq₃ potiſſime per apoſtoloꝝ doctrinā
eccleſia ſancta dei illuminata eſt vnde maxi-
me ſuper reuelatione facta apoſtolis de fide
vnitatis diuine eſſentie: ⁊ trinitatis ꝑſonarũ
⁊ aduentus filij dei in carnē: tota fides eccl̄ie
fundata ē: vñ apl̄o petro a pr̄e luminũ docto
vtriuſq₃ ſacramenti fidē explicite ꝓfitenti di
cendo. Tu es xp̄us filius dei viui qui in hunc
mundũ veniſti. Rñdet xp̄us. Amen dico tibi
petre: q̄ȝ tu es petrus ⁊ ſuper hanc petraʒ: ſcʒ
cōfeſſionis tue fundabo eccl̄iam meā. De hac
petri fidei ꝓfeſſiōe btūs Hilarius in li. de tri.
ita loq̄tur. Fides itaq₃ petri dei filiuʒ in hoīe
videns vtrũq₃ cōplexa eſt dicens. Tu es xp̄s
filius dei viui. hec cōfeſſionis rō tenenda eſt
vt ſicut dei filiũ ita ⁊ filiũ hoīs meminerim⁹:
q̄ȝ alterũ ſine altero nihil ſpei tribuit ad ſalu-
tē. hec Hilarius. Secũda rō ꝓpter quā eccle
ſia dicta eſt magis apl̄ica q̄ȝ ꝓphetica eſt: q̄ȝ
vniuerſalior ac ꝓfundior fuit doctrina apl̄oꝝ
q̄ȝ ꝓphetarũ. Apl̄ice em̄ predicationis tuba
in oēs fines orbis exiuit q̄d nō fecit vox ꝓphe-
tarũ. Unde de apl̄is dicit ꝓpheta. In oēʒ ter
ram exiuit ſonus eoꝝ ⁊c̄. Et Leo papa in ca.
ita dn̄s di. xix. Ita dn̄s noſter ieſus xp̄s hũa-
ni generis ſaluator inſtituit vt veritas q̄ ante
legis ⁊ ꝓphetarũ preconio cōtinebak ꝑ apo-
ſtolicā tubam in ſalutē vniuerſitatis exiret: ſi
cut ſcriptũ eſt. In oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ
⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Et ſup illud
Luce. vi. Elegit duodecim quos apl̄os noīa-
uit. dicit glo. quos ad ꝓpagandũ auxilium ſa
lutis humane per terrarum orbem ſatores fi-
dei deſtinaret. Tertia ratio quare magis apl̄i
ca q̄ȝ ꝓphetica noīatur eſt q̄ȝ ſuperabundan-
tior diuine gratie perfectio fuit in apoſtolis
q̄ȝ in ꝓphetis. vnde ſicut ſupra allegatum eſt
apoſtolus Paulus de ſe ⁊ alijs dicit ad Ro.
viij. Nos ipſi primitias ſpūs habentes. glo. i.
ſpm̄ ſanctũ: ⁊ tēpore prius ⁊ ceteris abundan
tius. Et ad Ephe. i. dicit. Scd̄m diuitias gra
tie eius que ſuperabũdauit in nobis. glo. ſcʒ
apoſtolis. in om̄i ſapiētia. glo. in om̄i noticia
de diuinis. ⁊ prudentia. glo. ꝓuidentia tēpo-
raliũ. vt notũ faceret nobis ſacrm̄ voluntatis
ſue ſm̄ beneplacitũ eius. Quarta ratio eſt ꝓ-
pter quā apoſtolica nō ꝓphetica dicta eſt ec
cleſia. q̄ȝ adueniente plenitudine tp̄is: cōſum
matoq₃ redēptionis noſtre ſacramēto: q̄ prin
cipaliter de fide catholica ſancti predixerũt
ꝓphete: adimpleta ſunt in eccl̄ia: ⁊ q̄ ab eis
quaſi ſub ſigillis clauſa tradita ſunt iaʒ ſunt
aperta ⁊ reſerata. Vñ glo. ſup illo verbo ple-
nitudo tp̄is. ad Gal. iiij. dicit. i. adimpletio fi
gurarũ omnm̄. Cũq₃ iam in eccl̄ia diſpenſata ⁊
manifeſtata ꝟitate per apl̄oꝝ predicationeʒ
iam ꝓphete ad nouam doctrinā fidei depro-
mendā tanq̄ȝ nubes in ꝑn̄tia ſolis ceſſauerint

q2 lex ⁊ pphete vſq3 ad Job. Mat. xi. Multo couenientius eccl'ia ap'lica eſt noīata q̄ pphetica. Secūdo poſſet rñderi ad rōnem tactam q2 cū ap'li dicant̄ filij pphetarū. vñ glo. ſuper illud pſal'. cxlvij. Jta filij excuſſoꝝ. que eſt Aug. dicit. Sciendū ergo filios excuſſoꝝ dictos eſſe ap'los filios pphetarū: q̄ dicūtur excuſſi. Excuti dicit̄ aliquid vt ſaccus vt exeat qđ intus latebat clauſum. pphe ergo clauſa cōtinentes ſacra excuſſi ſunt a predicatoribus accedente eoꝝ diligentia ⁊ dño aperiente ⁊ que abſcondita erant pdierunt aperta. Jdeoq3 pphete dicunt̄ excuſſi quibus excuſſis generati ſunt ap'li. hec ci ibi. Quare cū eccleſia dicit̄ apoſtolica in ap'lis intelliguntur patriarche ⁊ pphete quoꝝ fuerunt filij: non modo ppagatione carnis ſed etiā pfeſſione fidei ⁊ imitatione ſanctitatis. Ad tertium rñdetur q2 rō non pcedit. Tum quia eadē eſt doctrina apoſtolica ⁊ euāgelica. ipſi em̄ ap'li nihil ad ſalutem humanā neceſſariu3 docuerunt quod non ab euangelio ſiue a xp̄o didicerunt. Unde apoſtolus paulus multiplicat̄ vicibus doctrinā quā predicabat in epiſtolis ſuis euangelium vocat. Preterea ipſi apoſtoli nedum euangelij fuerunt notarij ſed etiam precones per totū orbem. Tum etiam q2 pfeſſio illa fidei ſuper quā xp̄us fundauit eccl'ia3 Matth. xvi. Beati Petri apoſtoli fuit. q̄ tanq̄ os omniū apoſtoloꝝ: vt dicit beat' Cryſo. xp̄o querenti ⁊ interrogāti ap'los ſuos. Uos quem me eſſe dicitis. Rñdit in perſona oium aploꝝ. Tu es xp̄us filius dei viui ⁊c̄. Tum q2 ipſi apoſtoli ſimul in vnū cōuenientes: vt ex traditione maioꝝ accepim': ſinguli ſingulas pferentes ſententias: cum ab inuicē diſceſſuri eſſent: ſymbolū ediderūt: qđ vniuerſalis eccleſia tenet: ſicut beatus Clemēs papa diſcipulus ⁊ ſucceſſoꝛ ap'loꝝ in decretis ſuis teſtatur. Jte3 ſctūs Leo papa primus: pulchre auguſte ſcribens. Jpſa inquit catholici ſymboli breuis ⁊ perfecta confeſſio duodecim apoſtoloꝝ totidē ſignata eſt ſententijs. Et btūs Ambro. huius rei illuſtris teſtis claue3 regni celoꝝ deputans eſſe fidē ap'loꝝ ita dicit. Clauem quidē iſtā arbitroꝛ. xij. artificū operatione cōflatam. duodecim em̄ ap'loꝝ ſymbolo fides concepta eſt: qui velut periti artifices in vnū cōuenientes: clauē ſuo concilio cōflarūt. hec ille. Merito ergo his ⁊ ſuperiorib' rōnibus bene ponderatis: eccl'ia ſancta dei a ſanctis patribus in cōpoſitione ſecundi ſymboli apoſtolica eſt appellata.

Rñdet̄ ſecundo

Ad tertium

**Capitulū. xx. quomodo accipiendu3 ſit id qđ aliqui leḡt. Credi mus & in vnam ſanctam eccleſiam.**

Capl'z XX In eccl'ia3 quomodo credit̄

# Anteq̄ ad alia

a pcedamus neceſſariū nobis viſum eſt declarare hoc loco qualiter accipiendū ſit id qđ in ſimbolo ſctōꝝ patrū aliq̄ legunt. Et in vnā ſancta3 eccl'iam. Sūt em̄ nōnulli q̄ hoc pueꝛſe interp̄tant̄. vidimus em̄ nos in Baſilea apud ꝯgregatos in cōcilio vniuerſali circa auctoꝛitate3 eccl'ie ita deliros: vt ad hoc verbū ita genua flecterent ⁊ pfunda humilitate articulū illū venerarent̄ ſicut fidelis ⁊ deuotus pp'ls xp̄ianus ſolitus eſt ad verbū illud. Et incarnat' eſt de ſpū ſancto ex Maria ꝟgine ⁊ homo factus eſt. Pro quo ꝯſiderandū q2 vt ait Albertus magn': dictū illud ſanctoꝝ patrū non eſt ita accipiendū ac ſi nos ſynodus iubeat credere in aliud qđ nō eſt deus. q2 hoc ydolatria ⁊ non fides eſſet. Cum em̄ id in qđ credimus deſignet̄ finis fidei noſtre. Na3 vt dicit Aug. ⁊ ponit̄ de pe. di. ij. §. ex premiſſis. Jn xp̄m credere eſt amādo in ipſum tendere: ſic in aliq̄d qđ non eſt deus eēt finis fidei noſtre: qđ ē abſurdū. vñ Aug. tractans illud Joh. xiiij. Creditis in deū ⁊ in me credite: dicit ſic. Nunq̄ aliq̄s ap'loꝝ dicere auderet q̄ i me credit. oīno em̄ non diceret q̄ in me credit. Credimus em̄ ap'lo ſed nō credimus in ap'lm. Jtē idē Aug. in glo. ſup illud ad Ro. iiij. Omī credēti in eū ⁊c̄. Attēde inq̄t q2 ait credēti in eū. aliud em̄ eſt credere in eū: aliud credere ei: aliud credere illū. Credimus Petro ſed non in Petrum Quare idē Aug. in ep'la ad Neophitos. ⁊ habet̄ de ꝯſe. di. iiij. c. primo. ita dicit. Non eodē modo interrogamus vt quō in deū credit̄ ſic in eccl'iam ſctām ⁊ catholicā. Propterea ſancta ⁊ catholica eſt q2 recte credit in deū. nō ergo diximus vt in eccl'ia3 quaſi in deū crederetis: ſed intelligite nos dicere ⁊ dixiſſe vt in eccleſia ſctā catholica in deū crederet̄. h' Aug. Ob hanc aūt difficultatem vt Alexander de Alis in tertio ſuo in ſi. ⁊ ſctūs Tho. in. iij. ſuo ſniarum di. xxv. atteſtant̄. Leo papa dicit nō debere dici: in vnā ſanctā: ſed ſimpliciter vnā ſanctā. Uerum q2 Anſelmus dicit q2 pōt dici in vnā ſanctā inq̄rū in iſto effectu intelligit̄ ꝟitas increata: ſc3 ſpūſſanctus. vt ſit ſenſus. Credo in ſanctā eccl'iam. i. in ſpm̄ ſanctū ſuis donis venientē ⁊ ſanctificante3 eccl'iam ſub quo ſenſu etiā ſanctus Tho. ide3 affirmat vñ in. iij. ij. q. i. arti. ix. ſic dicit. Si dicat̄ in ſanctā eccl'iam catholicā. hoc eſt intelligendū ſm̄ q2 fides noſtra refert̄ ad ſpm̄ ſanctu3 q̄ ſanctificat eccl'ia3. vt ſit ſenſus. Credo in ſpm̄ ſanctū ſanctificantem eccleſiam. Sed melius eſt ⁊

ſm cōioꝛem vſum vt nō ponat̄ in: ſed ſimplr̄
dicat̄: ſctām eccl̄iam catholicā: ſicut etiā Leo
papa dicit. hec ſcūs Tho. Ad idē eſt ſnīa Al
berti magni in expoſitione ſymboli ita dicē-
tis. Quia oīs articulꝰ fundat̄ in diuina ⁊ et-
na veritate: ⁊ non ſup creatā veritatē q2 oīs
creatura vana eſt. ⁊ nō h3 ſolidā ꝟitatē: ideo
ille articulus reſoluendus eſt ad ꝓpriū opus
ſpūſſancti: h̄ eſt: credo in ſpm̄ ſctm̄: nō tm̄ ſm
ſe ſicut dixit precedēs articulus: ſed credo in
eū ſm ꝓpꝛiū opus eius: qđ eſt: ꝙ ſanctificat
eccl̄iam. Item Rufinus in explanatione ſim
boli ita dicit. Sanctā eccl̄iam: remiſſionem
pctōꝝ. huius carnis reſurrectionē: non dixit.
In ſctām eccl̄iam: nec in remiſſione3 pctōꝝ:
nec in carnis reſurrectionē. ſi em̄ adieciſſ3 in
pꝛepoſitionē: vna cū ſuperioꝛibus eadēꝗ vis
fuerat: nūc autē in illis q̄dem vocabulis vbi
de diuinitate fides oꝛdinat̄ in deū patrē dici-
tur: ⁊ in ieſum xp̄m filiū eius: ⁊ in ſpm̄ ſanctū.
in ceteris vero vbi non de diuinitate: ſed de
creaturis ⁊ myſterijs ſmo eſt in ꝑpoſitio nō
addit̄: vt dicat̄ in ſanctā eccl̄iam: ſed ſctā3 ec
cleſiā credendū eſſe: nō vt in deū: ſed vt eccle
ſiam a deo cōgregatā: ⁊ remiſſionē pctōꝝ cre
dendū eſſe: non in remiſſionē pctōꝝ: non in re
ſurrectionē carnis. Hac itaꝗ pꝛepoſitiōis ſyl
laba creatoꝛ a creaturis ſecernit̄ ⁊ dīna ab hu
manis ſeparant̄. Et. j. Hi ergo q̄ ſupꝛa in vnū
deū credere docti ſunt ſub myſterio trinitatꝭ
credere ⁊ hoc debēt vnā eſſe eccl̄iam ſancta3
in qua eſt fides vna ⁊ vnum baptiſma: in qua
vnus deus credit̄ pater. ⁊ vnus deꝰ ieſus xp̄s
filius eius: ⁊ vnꝰ deus ſpūſſctūs. Iſta eſt igit̄
ſancta eccl̄ia non habēs maculam aut rugā:
multi em̄ ⁊ alij eccl̄ias ꝯgregarunt: vt Mar
tion: vt Ualentinus: vt Hebion: vt Mani-
cheus: vt Arrius. ⁊ ceteri oēs heretici. ſed il-
le eccl̄ie non ſunt ſine macula ac ruga pfidie.
Et ideo dicebat de illis ꝓpheta. Odiui eccle
ſiā malignantiū ⁊ cu3 impijs non ſedebo. De
hac aūt eccl̄ia q̄ fidem xp̄i integrā ſeruat au-
di quid dicit ſpūſſanctus in canticis cantico
ru3. Una eſt columba mea: vna eſt pfecta ge-
nitricis ſue. q̄ ergo hanc fidem in eccl̄ia ſuſci-
pit: non declinet in concilio vanitatis: cū ini
qua gerentibus non introeat.

Capl̄m XXI

Extra eccl̄ia3 nō eſt ſalus

Capitulū. xxi. in quo cōfutat̄ erroꝛ dicentiū ꝙ extra vnitatē huiꝰ ſctē catholice ⁊ apl̄ice eccl̄e pt hoīb9 eē ſalꝰ

ſ Tabilitā iam fi
de de vnitate ⁊ ſctitate eccl̄ie
catholice ⁊ apl̄ice: anteꝗ vlte-
rioꝛa tāgamꝰ: putile nobis viſū
eſt vt pniciosum erroꝛē illoꝝ repꝛobemꝰ pmi
tus: q̄ aduerſus ſctē chatholice ⁊ apl̄ice eccl̄ie
dignitatē: ⁊ eiꝰ inſeparabilis vnitatꝭ ſacrm̄ ipie
ſentiētes aſſerere pſumpſerūt ꝙ extra vnita-
tē huiꝰ ſctē ⁊ apl̄ice eccl̄ie q̄ſꝗ in ſecta ſua ſal
uari poſſet. Iudeus. Sarracenus. Paganus
q̄ſꝗ etiā hereticus ſiue ſciſmaticus: quoꝝ ꝑ-
nicioſiſſimā aſſertionē non mō falſam eē aut
erroneā ſed hereticā: l3 ex m̄l'tis oūdere poſſe
mus. decreuimus tn̄ ꝓ nūc ex his q̄ virtute fi
dei in ſcriptura ſacra attribuunt̄ pn̄tis diſpu
tatiōis ſumere fundamēta: quare etiā ex ipſiꝰ
fidei vnitate pꝛimoꝛdialiter cōſurgit vnitas
ſctē catholice ⁊ apl̄ice eccl̄ie: ſicut ſupius oñ-
dimus. Arguit̄ aūt pmo ſic. Fides xp̄i ē pn
cipiū ⁊ pꝛimū fundamentū ſupne beatitudīs
dicēte ap̄lo. i. ad Coꝛin. iij. Fundamētū aliud
nemo pōt ponere pꝛeter id qđ poſitū eſt qđ ē
xp̄s ieſus. glo. i. xp̄i fides q̄ per dilectionē ope
rat̄: per quā ieſus habitat in coꝛdibus. Alia
non eſt fundamentū. hec glo. Hinc btiſſimꝰ
paulus ita diffinit fidē ad Heb. xi. Fides eſt
ſubſtantia rerū ſperandarū argumentū nō ap
parentiū. glo. i. fundamentū oīum bonoꝝ qđ
nemo mutare pōt ſine quo non eſt bona edifi
catio. ipſa nēpe teſte btō Cryſo. fundamentū
eſt xp̄iane religionis. Et vt dicit Aug. li. de p
deſtinatione ſctōꝝ virtus eſt: qua ea q̄ ad fun
damentū pertinent religionis recte firmiter
ꝗ credunt̄. ergo impoſſibile eſt vt hi q̄ ab vni
tate fidei: q̄ pmū fundamētū eſt edificij ſpūa-
lis: ⁊ ex qua q̄cquid beatitudinis a fidelibus
ſperat̄ ſicut a radice ꝓcedit: ſeparati ⁊ aliena
ti ſūt: beatitudinē ꝯſequant̄ eccl̄iaſticā. Hic
in ca. q̄cunꝗ. xxiiij. q. i. venerabilis Beda ita
dicit. Quicūꝗ ab vnitate fidei vel ſocietatis
Petri ap̄li quolibet mō ſemetipſos ſegregāt
tales neꝗ vinculis pctōꝝ abſolui: nec ianuā
pn̄t regni celeſtis introire. Secūdo arguit̄
ex illo ap̄li ad Heb. xi. dicētis. Impoſſibile ē
ſine fide placere deo. vbi glo. adeo fides ē ne-
ceſſaria ꝙ ſine ea q̄ſꝗ nō placeat deo. Cum ḡ
nemo poſſit ſaluari niſi fide deo placeat: ma-
nifeſtū eſt eos q̄ extra vnitatē fidei ſunt quā
vl'is eccl̄ia credit ⁊ pꝛedicat ſaluari nō poſſe
Hinc. ex̄ de ſum. tri. ⁊ fi. ca. ca. i. dz. Una eſt fi-
delis eccl̄ia extra quā nullus omino ſaluatur.
Tertio ꝯfirmādo rōnē factā arguit̄ ſic. Sal
uatio eterna tanꝙ ꝓpꝛius effectus aſcribit̄ fi
dei qua3 ſctā vniuerſalis eccl̄ia tenet de xp̄o.
Un̄ Mat. ix. Mar. v. ⁊ Luc. viij. Xp̄s mulie
ri q̄ ſanguinis fluxū patiebat̄ tetigeratꝗ fim
bꝛiā veſtimenti eius inquit. Filia fides tua te
ſaluā fecit. ⁊ ſimilia in alijs loc̄. ⁊ Mar. x. ait
ceco. fides tua te ſaluū fecit ⁊c̄. Et ad hoc q̄-
dem egregiū teſtimoniū pbet. ap̄lus ad Gal.

ꝗ.dicẽs.Ex om̃ibus operibꝰ legis non iuſtifi-
cať homo niſi ꝑ fidẽ.⁊ ad Ephe.ij. Gratia ſal
uati eſtis per fidẽ.ergo q̇ ab vnitate fidei vni
uerſalis eccľie ſegregatus eſt exclusus eſt ab
om̃i ſpe ſaluationis ⁊ per ꝯſequẽs om̃is talis
eternaľr dãnãdus venit qꝺ etiã clariſſimis a
lijs teſtimonijs ſacre ſcripture ⁊ ſanctoꝝ ap-
paret.dicit em̃ Saluatoꝛ noſter. Marc.vlti.
Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluꝰerit
Qui vero non crediderit cõdẽnabiť. ⁊ Joh.
iij. Pater diligit filiuꝫ:⁊ om̃ia dedit in manu
eius:qui credit in filiũ habet vitã eternã:qui
autẽ incredulus eſt filio non videbit vitam
eternam:ſed ira dei manet ſuꝑ eũ. Hinc ſan-
ctus Athanaſius in ſimbolo clamat. Hec eſt
fides catholica:quã niſi q̇ſqꝫ fideliter firmiť
ꝙ crediderit ſaluus eſſe non poterit. Preter-
ea Aug.in epľa quadã. ⁊ habeť in ca. ſi quis.
xxiij.q.iiij. ita dicit. Si q̇s a catholica eccľia
fuerit ſeparatus ꝗtũcũqꝫ laudabiliter viuere
ſe exiſtimet:h̕ ſolo ſcelere:ꝙ a xpianitate diſ-
iunctus eſt:non habebit vitã:ſed ira dei ma-
net ſuꝑ eũ. Quarto arguiť ſic. Vita ſpũalis
aie ſpecialiter attribuiť fidei foꝛmate ex qua
ipſa vnitas eccľiaſtica ꝑfecta conſurgit: ſm̃
illud ad Ro.i. Juſtus ex fide viuit. ⁊ ad Gal.
ij. Ex fide viuo filij dei.ergo q̇ extra huiꝰ fidei
vnitatẽ eſt:qua ipſa vľis eccľia viuit: non in
nũero ſpũaliter viuentiũ quibus vita eterna
ꝓmiſſa eſt:ſed moꝛtuoꝝ:⁊ per cõſequens dã-
natoꝝ venit cõputandus.vñ Aug.in epľa ad
vicentiũ.⁊ habeť i.c. quẽadmodũ.xxiij.q.vij.
dicit ſic. Quẽadmodũ mẽbꝛũ ſi ꝓſcindať ab
hois viui coꝛpoꝛe non pot̃ tenere ſpm̃ vite:ſic
homo q̇ preſcindiť de xpi iuſti coꝛpoꝛe nullo
modo pot̃ ſpm̃ tenere iuſticie. Quinto ſic.fi
dei ꝟtuti attribuiť filiatio dei:ſm̃ illud Joh.
i. Dedit eis ptãtem filios dei fieri. ⁊ illud ad
Gal.iij. Oẽs filij dei eſtis ꝑ fideꝫ.⁊.i. Joh.v.
Om̃is q̇ credit qm̃ ieſus eſt xp̃s ex deo natus
eſt.ergo q̇ ab vnitate fidei quã ſctã ⁊ vľis ec-
leſia tenet ſe alienat ⁊ ſegregat in numero fili
oꝝ dei ãnumerari non pot̃:⁊ ꝑ ꝯñs nec in nu-
mero coheredũ xpi regni celoꝝ. vñ btũs Cy-
prianus.⁊ habeť in.c.alienus.xxiij.q.i.alienꝰ
eſt:ꝓphanꝰ eſt:hoſtis eſt:habere nõ pot̃ deuꝫ
patrẽ q̇ vniuerſalis eccľie non tenet vnitatẽ.
Sexto ſic. certũ attributũ legimus fidei ꝙ
radix ſit omniũ bonoꝝ:ita ꝙ vbi fides xpi nõ
eſt:nullũ bonũ meritoꝛiũ eſſe poteſt. Unde ⁊
Augu. ⁊ habeť in.c. vbi.xxiiij.q.i. Ubi fides
non eſt non pot̃ eſſe iuſticia: qꝛ iuſtus ex fide
viuit. Hinc beatus apľus ad Ro xiiij.inquit.
Omne quod non eſt ex fide peccatuꝫ eſt.glo
Aug.⁊ ponitur etiam in capi. omnis. xxviij
q.iij. Omniũ infidelium vita eſt peccatũ: q̇a
om̃is infideliter viuens vel agens vehemen
ter peccat:⁊ nihil bonũ eſt ſine ſummo bono
vbi deeſt agnitio eterne ⁊ incõmutabilis ve-
ritatis falſa virtus eſt etiã in optimis moꝛibꝰ
Et Grego. Sicut rami ſine radicis virtute a
reſcunt:ita quelibet opera licet bona videan
tur nulla ſunt ſi a fidei foꝛtitudine diſtingun
tur. Quare manifeſtũ eſt ꝙ qui extra vnitatẽ
vniuerſalis eccleſie que ſuper cõionẽ vnius fi
dei ſtabilita eſt:ſeparatus eſt: om̃i ſpe ſalua-
tionis ablata niſi ad gremiũ recurrat eccľie:
filius eſt perditionis. Unde Aug. ⁊ habeť ex
tra de here.ca.firmiſſime.inquit. Firmiſſime
tene ⁊ nullatenus dubites oẽm hereticum ⁊
ſciſmaticuꝫ cũ dyabolo ⁊ angelis eius eterni
ignis incendio participandũ:niſi ante fineꝫ
vite catholice fuerit incoꝛpoꝛatꝰ ⁊ reintegra
tus eccľie:⁊ poſt pauca. Om̃i homini q̇ eccle
ſie catholice nõ tenet vnitatẽ neqꝫ baptiſmꝰ
nec elemoſyna quãtũcũqꝫ copioſa:neqꝫ moꝛs
pꝛo nomine xpi ſuſcepta ꝓficere poterit ad ſa
lutem. ⁊ Hieroñ.in ca.qm̃. xxiiij.q.i. de domo
eccleſie ſancte loquens: quã ſupꝛa petram id
eſt cõfeſſionẽ fidei Petri fundatã dicit:ita ꝓ
poſitum noſtrũ cõfirmat dicens. Quicũqꝫ ex
tra hanc domũ agnum comederit ꝓphanus
eſt:ſi quis in Noe archa non fuerit peribit re
gnante diluuio. Septimo pꝛefatus erroꝛ re
pꝛobus clariſſime oñdiť ex eo ꝙ fidei virtuti
hoc aſcribiť ꝙ oſtium vnicũ ſit ſalutis eterne
Unde Joh.x. Amen dico vobis q̇ non intrat
per oſtium:ſcꝫ credendo in xp̃m.ſed aſcẽdere
nitiť aliunde: per alias ſcꝫ ſectas quaſcũqꝫ:il
le fur eſt ⁊ latro. Quod aũt fides xpi oſtiũ di-
cať teſtanť apľi Paulus ⁊ Barnabas Act.
xiiij.dicẽtes. Quia aperuiſſet dñs gentibus
oſtium fidei. Solus ergo ille ad poꝛtũ perue-
nit ſalutis qui ꝑ xpi oſtiũ in catholicã eccle-
ſiam ingrediť. Unde Joh.iij.inq̇t xp̃us. Ego
ſum oſtiũ per me ſi q̇s introierit ſaluabiť. Sa
ne Petro apľo teſtante. Act.iiij. Non eſt in
aliquo alio ſalus:neqꝫ em̃ aliud nomẽ eſt ſub
celo datuꝫ hoibꝰ in quo opoꝛteat nos ſaluos
fieri. Hinc xp̃us ait iudeis. Joh.viij. Si non
credideritis qꝛ ego ſum:in peccato vr̃o moꝛie
mini.quod longe ante ſanctus Moyſes ⁊ ꝓ
pheta clariſſimus de xp̃o ꝓphetizans pꝛedi- Deutero.xviij.
xit dicens. Prophetam de gente tua ⁊ de fra
tribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dñs deus
tuus ipſum audies. ⁊.ſ. Prophetam ſuſcita-
bo eis de medio fratrum ſuoꝛum. glo.i. xp̃um
de ſemine dauid. Falſuꝫ eſt ergo ac manifeſte
hereticuꝫ ꝙ ſegregati ab vnitate fidei ſancte
eccľie catholice ſpem aliquaꝫ habeant ſalu-

tionis eterne. In cuius apertiſſimū teſtimo-niū dānatos ſcribit pħos apłus ad Roma. i. qui deum fide non coluerunt ſic dicens. Ita vt ſint inexcuſabiles q2 cū cognouiſſent deū non ſicut deum glorificauerūt. glo. bene viuē do 7 colendo. aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: 7 obſcuratū eſt inſipiēs cor eoꝝ 7c. Et hoc tm̄ dictū ſit a nobis ad confutationē prefati erroris.

Capitulū. xxij. qñ incepit eccłia 7 de etatib9 eiuſdem

Capłm XXII Eccłia qñ incepit

Eclaratis iam in ſuperiorib9 his que de ſctā 7 vniuerſali eccleſia ſancti patres credēda in ſimbolo explicarūt: reliquū eſt vt de initio eccłie ſiue quādo eccleſia incepit tangamus. Reperiuntur em̄ varij modi loquendi in ſanctoꝝ dictis de principio eccleſie que legentibus minus peritis obſcuritatē prebent: 7 difficultatē̄ intelligēde veritat̄. Dicit aūt Aug. circa hoc exponens illud pſal. cxviij. Initio cognoui de teſtimonijs tuis q2 in eternū fundaſti ea. eccłia loquit̄. ꝙ in terris non defuit ab initio generis humani cuius primitie Abel ſanctus eſt immolatus. nam 7 illud ab initio dictum eſt.

Ephe. v.

Erunt duo in carne vna. Quod magnū ſacramentū apłus Paulus exponēs. Ego inquit dico in xp̄o 7 in eccłia. Et idem Aug. ſup pſ. xxxviij. ita dicit. Olim eſt eccłia: 7 ex quo vocant̄ ſancti eſt eccłia in terra. ꝓ quo conſiderandū eſt ꝙ quēadmodū in ſuperioribus habitū eſt. Eccłia eſt collectio fideliū. Fuit aūt 7 eſt vna 7 eadē fides in antiqͦs patribus ab ipſo quaſi humani generis principio 7 in illis ꝙ poſt aduētū xp̄i crediderūt. ꝓpter qđ apłs ij. ad Corinth. iiij. de ſe 7 alijs patrib9 noui teſtamenti loquēs ait. Habētes eundē ſpm̄ fidei quē ſcz patres veteres habuerūt. vbi glo. 7 eſt Aug. ita dicit. Oñdit ꝙ in iuſtis diuerſorū tēpoꝝ eadē fides eſt. Eadē em̄ fides iuſtos ſaluauit antiquos: ꝙ ſaluat 7 nos: ſcz mediatoris dei 7 hoim. tpa ḡ variata ſunt non fides. q2 illi venturū xp̄m. paſſurū reſurrecturū. 7 aſcenſurū in celū crediderūt. nos aūt credim9 xp̄m veniſſe: paſſum eſſe: reſurrexiſſe: in celū aſcendiſſe. Vñ manifeſtū eſt ꝙ vt inqt Aug. in ſermone de Jacob 7 Eſau. Eccłia nō accipienda eſt in his ſolū ꝙ poſt dn̄i aduentū 7 natiuitatē eſſe ceperūt ſancti: ſed oēs quotquot fuerūt ſancti ad ipſam eccłiam ptinent. 7 idē Aug. li. de ciui. dei. idē pulchre cōfirmās ait. Non ſolū a tpe pn̄tie corpalis xp̄i 7 apłoꝝ ei9 ſed ab ipſo Abel: quē primū iuſtū impius frater occidit: 7 deinceps vſq; in eius ſeculi finē inter perſecutiones mūdi 7 cōſolationes dei pegrinādo percurrit eccłia. Ceterū idē Aug. exponens illud pſal. xxxvi. Junior fui etem̄ ſenui. egregie multum ad ꝓpoſitum ita loquit̄. Dn̄s em̄ ipſe in corpore ſuo: qđ eſt eccłia: iunior fuit primis tpibus: 7 ecce iā ſenuit. noſtis 7 agnoſcitis 7 intelligitis 7 ita creditis. q2 caput noſtrum eſt xp̄us: 7 corpus capitis illius nos ſumus. Nunquid ſoli nos 7 non etiā illi qui fuerunt ante nos? oēs qui ab initio ſeculi fuerunt caput xp̄m habent. Illum em̄ eſſe venturū crediderunt quē nos veniſſe iam credimus: 7 in eius fide ipſi ſolidati ſunt cuius 7 nos vt eſſet ipſe caput totius ciuitatis hierł̄z omibus cōnumeratis fidelib9 ab initio vſq; in finē. hec Aug. Eſt aūt hic notandū ꝙ tpˢ eccłie varijs etatib9 legit̄ diſtinctū: lz diuerſimode. Qñq; em̄ due etates ſiue duo tpa diſtiguunt̄ eccłie: ſcz iuuētutis 7 ſenectutis: ſicut patuit in auctoritate ꝓphete. primo inducta pſal. xxxvi. Aliqñ inueniunt̄ diſtincta quattuor tpa ſiue etates eccłie. Prima eſt etas pueritie. 7 ſub hac fuit in Abel in ꝓphis 7 patriarchis. de qua ſub noie iuuētutis d2. pſal. xxxvi. Junior fui etem̄ ſenui. vbi glo. inquit. Eccłia loquit̄ quaſi vnus homo qui fuit prior in abel in ꝓphetis 7 patriarchis. Cant. vlti. Soror nr̄a paruula eſt 7 vbera non habꝫ. glo. Soror noſtra eccłia anteq; creſcat p incrementa virtutū infirmis auditorib9 nō pōt prebere vbera predicationis. Adulta dicit̄ qñ dei verbo copulata ſctō repleta ſpū per predicationis miniſteriū in filioꝝ conceptione fetat̄: quos exhortando parturit: cōuertendo parit. Secunda etas dicit̄ iuuentutis. 7 hec fuit tēpore martyrū: ꝙ tanta animi fortitudine fuerūt firmati: vt nullis hoſtiū tentamentis a fide 7 charitate xp̄i potuerint reuocari. de quibus apłus ad Roma. viij. Quis nos ſeparabit a charitate xp̄i: an anguſtia: an fames: an tribulatio 7c. quaſi dicat nihil. de quo dicit pſ. lxx. Qm̄ tu es patiētia mea dn̄e ſpes mea a iuuētute mea. gl. ex quo me armaſti fide ſpe 7 charitate 7 ceteris ꝟtutib9 ꝗbus pugnat̄ ꝯ dyabolū. Tertia etas dicit̄ ſenect9. in quo xp̄i fides dilatata fuit p oēs gētes. pſal. xci. Senectus mea in miſericordia vberi. dicit em̄ glo. ſup pſal. xxxvi. Senuit eccłia in ſenecta vberi cū in honorabili etate ſuſcepit xp̄m p oēs gentes dilatata. Quarta etas eccłie dicit̄ decrepita: ſcz in fine mundi. de qua ſub noie ſenij. pſal. lxx. Et vſq; in ſenectam 7 ſeniū deus ne derelinquas me. glo. in fine ſeculi erit ſeniū. i. decrepitus. qñ abūdāte iniqtate refrigeſcet charitas multoꝝ cum antixp̄s veniet: 7 vita

optato fine claudet. Aliqñ aũt reperiunt di-
ſtincta q̃ncꝫ tpa eccľie. ſicut tãgit in parabo-
la illa xpi. Math.xx. Simile eſt regnũ celoꝝ
patrifamilias: q̃ exijt p̃mo mane ꝯducere opa
rios ſuos in vineã ſuã ⁊c̃. quã btũs Grego. ex
ponẽs i homelia ſua ita dicit. Quis p̃riſfami-
lias ſimilitudinẽ rectius tenet q̃ꝫ cõditoꝛ no-
ſter: q̃ regit quos cõdidit ⁊ electos ſuos ſic in
hoc mũdo poſſidet quaſi ſubiectos dñs in do
mo q̃ hꝫ vineã vniuerſam. ſ. eccľiam. q̃ ab abel
iuſto vſqꝫ ad vltimũ electũ q̃ in fine mũdi na-
ſciturus eſt: quot ſctõs ꝓtulit quaſi tot palmi
tes miſit. Hos itaqꝫ p̃rfamilias ad excolẽdã
vineã ſuã mane. hora tertia. ſexta. nona. ⁊ vn
decima oparios ꝯducit: qꝛ a mũdi hui⁹ initio
vſqꝫ ad finẽ ad erudiendã plebẽ fideliũ p̄di
catores mittere non deſiſtit. Mane em̃ fuit
ab adam vſqꝫ ad Noe. hora vero tertia a noe
vſqꝫ ab Abrahã. Sexta quoqꝫ ab abrahã vſqꝫ
ad Moyſen. Nona aũt a moyſe vſqꝫ ad aduẽ
tũ xpi. Undecima vero ab aduentu xpi vſqꝫ
ad finẽ mũdi. Aug. aũt ſex etates dicit ſeculi:
⁊ ita eccľie. iiij. de trini. ⁊ li. lxxxiij. q. ſic dicit.
Sex ſunt etates ſeculi: quarũ p̃ma eſt ab ini-
tio generis humani. i. ab Adam q̃ primus hõ
fact⁹ eſt: vſqꝫ ad Noe: q̃ fecit archã in diluuio
Secũda inde vſqꝫ ad Abrahã: q̃ pater dictus
eſt oĩm gentiũ: q̃ fidem ipſius imitarent. Ter
tia ab Abrahã vſqꝫ ad Dauid regẽ. Quarta a
Dauid vſqꝫ ad captiuitatem qua pplus dei in
Babyloniã tranſmigrauit. Quinta ab illa
tranſmigratione vſqꝫ ad aduentũ dñi nr̃i ieſu
xpi. Sexta nunc agit etas. hec Aug. Et idem
ſub noĩe tẽpoꝝ. ⁊ ſex dierũ ponit idẽ Aug. ſu-
per pš. xcij. ſextũ diẽ ſiue tp̃s cõputans a p̄di-
catione Joh. vſqꝫ in finẽ. Ex q̃bus cõfutat er
roꝛ quoꝛũdã hereticoꝝ aſſerẽtiũ: q̃ ante aduẽ
tum xpi non fuit fides apd̃ antiquos: ⁊ per cõ
ſequens neqꝫ eccleſia que dicatur fideliũ cõ-
gregatio quorum rõnes in ſequenti capi. ab-
ſoluemus.

Capľm XXIII Capľm. xxiij. in quo ponunt obiectiones cõtra ea q̃
dicta ſunt de antiquitate eccleſie.

Aduerſus ea que
dicta ſunt de antiquitate eccľie
fuerũt aliq̃ ſtulti heretici q̃ dicere
p̄ſumpſerũt apd̃ p̄res veteris te
ſtamẽti ſimpliciter eccľiam non fuiſſe. quorũ
rõnes ſunt alique q̃ ſequunt: quas ſumũt ex a
liq̃bus ſacre ſcripture auctatib⁹ male intelle
Argumẽtũ primũ ctis. Primo arguũt ex illo. pauli ad Gal. iij.
dicẽtis. Itaqꝫ lex pedagog⁹ nr̃ fuit in xp̃o vt
ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides iã nõ
ſum⁹ ſub pedagogo. ex quo videt (inquiũt)
q̃ ante aduentũ xpi fides non erat apud anti
quos. ergo per ꝯñs neqꝫ eccľia: q̃ dicit fideliũ
collectio. Scd̃o ex illo eiuſdẽ apľi ad Heb. Secundum
xi. q̃ de antiq̃s patrib⁹ loquẽs dicit. Juxta fi-
dem defuncti ſunt oẽs iſti nõ acceptis rep̄o-
miſſionib⁹. ergo videt id qd̃ prius. videlicꝫ: q̃
antiq̃ patres fidẽ non habuerũt. ⁊ per ꝯñs q̃
apud eos non fuerit eccľia. Tertio idem ar- Tertium
guunt ex iſto. Math. xvi. Tu es petrus ⁊ ſup
hanc petrã. ſ. fidei cõfeſſionẽ: edificabo eccle
ſiam meã. Ex quo verbo xpi accipiũt q̃ eccle
ſia ante xpi aduentũ nõ erat: ſed poſt ſup Pe
tri cõfeſſionẽ p ip̃m xp̃m eſt fundata. Quar Quartum
to arguit ſic. glo. ſuper illud pš. ix. Ut annun
cient oẽs laudationes tuas in portis filie ſyõ
dicit ſic. Filia ſyon eſt eccľia. ſyon em̃ oẽs ec-
cleſias mundi gñauit. qꝛ ibi nat⁹ eſt vñ fides
incepit. ergo ſequit id qd̃ prius. Quinto ar- Quintum
guit ex illo Aug. ſuper pš. cxlvij. dicẽtis. Ce-
pit eccľia a hierľm ⁊ it per oẽs natiões. Sex Sextum
to arguit ex eo qd̃ Aug. in tractatu. ij. ſup ca-
nonicã Joh. ait. Ibi inchoata eſt eccľia: vbi
venit de celo ſpũſſanctus ⁊ impleuit in vno
loco. cxx. Septimo arguit per illud qd̃ habꝫ Septimum
glo. ſuper pſal. xl. vbi tractans illud. Nunq̃d
q̃ dormit nõ adijciet vt reſurgat: ita dicit. Si
cut de latere dormientis Ade qui erat forma
futuri xpi: aſſumpta eſt coſta de qua formata
eſt Eua: ita dormiuit chriſtus ſomno mortis
vt de latere dormientis: de quo ꝓfluxerũt ſan
guis ⁊ aqua: que ſunt noſtre redẽptionis ſa-
cramẽta: formetur ſponſa eccleſia. ⁊ idem ha-
betur in glo. ad Ephe. iiij. Octauo arguitur Octauum
q̃ eccleſia non modo ab initio humani gene-
ris fuit: ſed etiam ante mundi conſtitutionem
ex illo Apľi ad Ephe. i. ita dicentis. Benedi-
xit nos in om̃i benedictione ſpũali in celeſti-
bus in xp̃o: ſicut elegit nos in ipſo ante mun-
di conſtitutionem: vt eſſemus ſancti ⁊ imma
culati in ꝯſpectu ei⁹ in charitate. ergo videt
q̃ antiq̃tas eccľie non fuit bene aſſignata in
ſuperioꝛib⁹: cũ a principio tantũ humani ge-
neris dicta ſit incepiſſe.

Capitulũ. xxiiij. in quo ponitur ſolutio ad rationes
capituli precedentis.

Ad iſta que obie Capľm XXIIII
cta ſunt nõ eſt difficile rñdere. Eccľia dupliciter accipitur
Pro quo ꝯſiderãdũ q̃ de eccľia
poſſumus dupliciter loq̃. Uno
modo prout eſt cõgregatio fideliũ: vt fidelis
q̃s dicat a fide xpi ſimpliciter. ⁊ hoc modo: ſi-
cut dictũ eſt. eccľia incepit a principio huma
ni gñis ex quo ſancti inceperũt eſſe in terra.
Secũdo modo poteſt ſermo haberi de eccľia

ꝓut eſt cōgregatio fideliū: vt fidelis q̄s dica-
tur a fide xp̄i iam nati de v̄gine ⁊ ꝯſummātis
humane redēptiōis ſacr̄m. ⁊ hoc modo de ec-
leſia loquēdo reperiunt̄ dicta ſctōꝝ patrū va-
ria: vt in argumētis deductū eſt circa initiuꝫ
ipſius eccl̄ie: q̄ tn̄ ad ꝯcordiā reduci p̄nt. Pro
quo aduertendū ꝙ quadrupliciter loq̄ poſſu-
mus de initio eccl̄ie. Uno mō q̄tuꝫ ad p̄mos
credētes p mentalē ſiue interiorē vocationeꝫ
⁊ hoc modo loquēdo dicendū videt̄ ꝙ eccl̄ia
incepit a tp̄e cōceptionis xp̄i ſiue natiuitat̄:
qd̄ tp̄s plenitudinis Apl̄s noiat ad Gal. iiij.
qꝛ in ea adimplent̄ q̄ de xp̄o fuerunt p̄nuncia
ta atq̄ꝫ ꝓmiſſa: vt dicit glo. in hac cōſideratio
ne eccl̄ia initiū dicenda eſt habuiſſe maxime
a beata v̄gine Maria matre dn̄i q̄ prima fi-
dē verbi dei actu incarnati habuiſſe credit̄.
vnde Luc̄. i. Elizabeth eā a fide ſingulariter
cōmendans ait. Beata q̄ credidiſti qm̄ pfici
entur in te q̄ dicta ſunt tibi a dn̄o. cuiꝰ fides ⁊
ſanctimonia cōſtantiſſima ſemp ⁊ firmiſſima
fuit ⁊ nunq̄ interrupta vt de ipſa dicat̄ illud
Eccl̄i. xxvi. Sicut ſol oriens mundo in altiſſi-
mis dei: ſic mulieris bone ſpecies in ornamē-
tū domus eius glo. i. eccl̄ie. Sequit̄. Lucerna
ſplendens ſup candelabrū ſanctum. ⁊ ſpēs fa
ciei ſuper etatē ſtabilem. Colūne auree ſuper
baſes argenteas: ⁊ pedes firmi ſup plantas
ſtabilis mulieris. Fundamenta eterna ſuper
petram ſolidam: ⁊ mandata dei in corde mu-
lieris ſctē. Fueruntq̄ꝫ alij plures credētes in
xp̄m a principio natiuitatis eius: ſicut fuit io
ſeph ſponſus virginis Marie: deinde annū
cians natum eſſe ſaluatorem mundi. Luce. ij.
Deinde paſtores quibꝰ angelus apparuit in
nocte ipſa natiuitatis: q̄ paſtores primitie di
cunt̄ fuiſſe iudeoꝝ. ⁊ magi ipſi: qui ſtella du-
ce perducti ſunt ad xp̄m. vt dr̄. Math. ij. q̄ vt
ait Aug. primitie fuerūt gētiliū. Crediderūt
etiā iuſti. ſ. Symeon ⁊ Anna xp̄o in tēplo pre
ſentato. vt dr̄. Lu. ij. Secundo loq̄ poſſumꝰ de
initio eccl̄ie q̄tum ad primos credētes p pre-
dicationē ⁊ doctrinā xp̄i vocatos. ⁊ hoc mo-
do loquendo dicendū videt̄ ꝙ eccl̄ia incepit
in prima vocatione ⁊ ꝯgregatione diſcipulo
rū xp̄i: q̄ facta eſt poſt baptiſmū ad fluuiū ior
danis. de qua Joh. i. habet̄. vbi Andreas Jo
hānes Petrus Philippus ⁊ Nathanael vo-
cati legunt̄ ad fidē xp̄i. vn̄ glo. Gen̄. xxxvi. dic̄
Synagoga primo adheſit xp̄o qn̄ Petrus ⁊
Andreas ⁊ ceteri diſcipuli Johānis facti ſūt
diſcipuli xp̄i. Hinc beatus Aug. tractans il-
lud pſ̄. lxxi. A flumine vſq̄ꝫ ad terminos orbis
terrarū. inquit. ꝙ vero nunc ait a flumine: ex-
preſſit euidenter inde voluiſſe xp̄m ptātē ſuā

iam cōmendare. vnde ⁊ diſcipulos cepit col-
ligere a flumie. ſ. iordanis: vbi ſupra baptiza-
tum viueꝫ cū deſcenderet ſpūs ſctūs ſonuit
vox de celo. Hic eſt filius meus dilectꝰ. Hinc
ergo doctrina eius incipiēs ac magiſterij eiꝰ
auctoritas dilatat̄ vſq̄ꝫ ad terminos orbis ter
rarū cū predicat̄ euangeliū regni in vniuerſo
mundo in teſtimoniū oībus gentibꝰ. h̄ Aug.
Tertio modo loq̄ poſſumus de eccl̄ia q̄tū ad
firmitatē fidei in ea ⁊ ꝓmulgationē eiuſdem
ac de eccl̄ie dilatatōne p orbē. ⁊ hoc modo lo
quēdo de eccl̄ia dicimus illā incepiſſe qn̄ cō-
ſummatis ⁊ adimplet̄ myſterijs redēptionis
humane ſpūs ſctūs miſſus eſt in die penthe-
coſtes ſuper credentes diſcipulos ⁊ cōfirma-
ti ſunt ⁊ ſolidati in fide xp̄i. iuxta illud ꝓphe
in pſ̄. lxxiiij. Ego ꝯfirmaui colūnas eiꝰ. glo. i.
apl̄os: qui in paſſione nutauerāt. Et ita intel
ligendū venit dictū Aug. ſup canonicā Joh.
qd̄ inductū eſt in ſexto argumēto vbi ait. In
choata eſt eccl̄ia vbi venit de celo ſpūſſctūs ⁊
impleuit in vno loco. cxx. Ad hāc etiā intelli-
gentiā refert̄ dictū illud Aug. q̄ tractās illd̄
pſ̄. xlix. Ex ſyon ſpēs decoris eiꝰ. ita loquit̄. i.
a Hierl̄m incepit qꝛ inde cepit annunciari. a
hierl̄m incepit: qꝛ inde exeuntes apl̄i ſpēꝫ de
coris xp̄i toto orbe nūciauerūt. vn̄ Eſa. ij. De
ſyon exibit lex ⁊ v̄buꝫ dn̄i de hierl̄m. Ex ſyon
nāq̄ꝫ cepit decus euāgelij. Inde ſponſus ſpe-
cioſus forma pre filijs hoim cepit annūciari:
qꝛ ibi datus eſt apl̄is ſpūſſctūs. Et concludit
Aug. ſup eūdeꝫ locū dicēs. Un̄ euāgeliū inde
p̄dicatio: inde impletꝰ orbis terrarū. ⁊ ab hoc
tp̄e dicūt aliq̄ doctores eccl̄iaꝫ incepiſſe dici
catholicā. Quarto mō loq̄ poſſumꝰ de eccl̄ia
q̄tum ad v̄tutē ſacramētoꝝ q̄bus eccl̄ia for-
mat̄. ⁊ hoc modo loquendo dicimꝰ ꝙ cū ſacr̄a
hēant virtutem ex paſſione xp̄i: ſm̄ illud. ad
Ro. iij. Quē ꝓpoſuit deus pater ipſum. ſ. xp̄ꝫ
ꝓpiciatorē p fidē in ſanguine ipſius: eccl̄ia dr̄
incepiſſe a paſſione xp̄i qm̄ facta: ⁊ formata
tunc dr̄. vt ex glo. ſup pſ̄. xl. habetur: q̄ indu-
cta eſt in ar. vij. Unde glo. ⁊ ē Aug. ad Eph̄.
iiij. dicit. Dormiuit Adā vt fiat Eua: moritur
xp̄s vt fiat eccl̄ia. dormiente adam fit eua de
latere: mortuo xp̄o lancea pcutit̄ latus vt per
fluant ſacr̄a quibus formetur eccl̄ia. Quibus
notatis r̄ndetur ad obiecta. Ad primū dicit̄ Ad primum
ꝙ ratio non militat: qm̄ vt ait apl̄us. Ubi ve
nit fides ⁊c̄. non loquit̄ de aduentu fidei xp̄i
ſimpliciter: ita vt ante nō fuerit. ſuit eīn a p̄n
cipio humani generis fides mediatoris dei ⁊
hoim. cū dicat apl̄us. Sine fide īpoſſibile eſt
placere deo. ad Heb. xi. ⁊ eodeꝫ ca. de antiq̄s
pr̄ibus loquēs: dicat. Sancti p fidē vicerunt

regna operati ſunt iuſtitiam ⁊c.ſed loquit̃ de
aduẽtu fidei ẜm manifeſtationẽ.vñ gloſa ita
habet.At vbi venit fides.i.poſtꝙ̃ reuelata ẽ:
que ꝑus occulta fuerat in antiquis.⁊ Nicola
us de lyra exponit.Uenit fides.i.xp̃s fidei re-
uelate.vel exponendũ eſt.Uenit fides.i.iple-
tum eſt illud quod credebat̃ futurũ:ſicut aliꝗ̃
promiſſio dicit̃ veniſſe:quia id quod ꝓmiſſum
erat eſt impletũ.Et ſic lȝ apud antiquos non
eſſet fides ita reuelata ⁊ adimpleta in multis
eo modo ſicut aduenięte tp̃e gratie: nihilomi
nus ſemꝑ ab initio humani generis fuit fides
Unde Aug.lib.xviij.de ciui.dei.inq̃t.Procul
dubio tunc innotuit ꝑ eius corpalem pñtiam
doctrina ⁊ religio xp̃iana qñ diſcipulos cepit
habere xp̃s.i.poſtꝙ̃ in flumine iordanis mini
ſterio Johãnis eſt baptizatus.ꝓpter hoc em̃
de illo ꝓphetia illa ꝓceſſerat.⁊ dñabit̃ a mari
vſqȝ ad mare:⁊ a flumine vſqȝ ad terminos or
bis terrarũ:ẜ ꝑuſꝙ̃ paſſus eſſet ⁊ reſurrexiſſet
a mortuis nõ fides oĩbus fuerat diffinita.i re
ſurrectione q̃ppe xp̃i diffinita eſt. Ad ſcðaȝ

Ad ſecundum

rñdetur eodẽ modo ꝙ rõ ꝓcedit ex mala intel
ligẽtia eius quod dicit Ap̃ls.ꝙ em̃ ap̃ls inq̃t
ꝙ antiqui defuncti ſunt iuxta fidẽ:nõ hȝ eam
intelligẽtiã ꝙ antiqui patres fidẽ nõ habue-
runt cũ eos idem Ap̃ls maxime de fide in eo
dem.c.cõmendet:ſed tunc dicunt̃ iuxta fideȝ
defuncti:quia fidẽ habẽtes comitẽ ſiue ſociã
defuncti ſunt.Unde glo.ita exponit.iux̃ fidẽ
id eſt adherẽtes fidei. Ad tertiã dicenduȝ

Ad tertium

negando cõſequẽtiam.nõ em̃ ita dr̃ eccl̃ia edi
ficãda a xp̃o ſuꝑ illã Petri confeſſionẽ.Tu es
xp̃s filius dei ⁊c.ꝙ ꝑus eccl̃ia ſimpliciter nõ
fuerit.fuit plane edificata ſuꝑ eandẽ fidem:
cũ oĩs fideles a ꝑncipio mũdi in eadem fide
fundati ⁊ ſolidati ſint:in qua nos.illũ ſiq̃deȝ
crediderũt eſſe venturũ quẽ nos veniſſe credi
mus.vnde Mat.xxi.Turbe que p̃cedebant ⁊
que ſequebant̃ idẽ clamabãt dicentes.Oſan
na filio dauid:bñdictus qui venit in nomine
dñi.in quo vt ait Hiero.⁊ ponit̃ in glo.conti
nua.vtrũqȝ pp̃lm oñdit ⁊ q̃ ante euangelium
et qui poſt euãgeliũ dño crediderũt conſona
ieſum cõfeſſionis voce laudare.⁊ Criſo.Illi
q̃dem ꝓphetãtes de xp̃o vẽturo clamauerũt:
hi aũt laudãtes clamãt de aduẽtu xp̃i iaȝ ad
impleto.ſed dicebat̃ a xp̃o edificãda ſuꝑ con
feſſionẽ p̃dictam Petri:quo ad illos qui cre-
dituri erãt in xp̃o.Eccleſia em̃ quottidie hoc
modo edificat̃:cũ aliqui corpori xp̃i nouiter p̃
fidem incorporant̃.ad ephe.iiij.dr̃.Dedit quoſ
dam ap̃los ⁊c.ſequit̃ in edificationem corpis
xp̃i.glo.i.vt edificẽt eos in corpus chriſti qui
adhuc alienati ſunt.Et.ĩ.in codeȝ.c.ſubiũgit
ap̃ls.augmentũ corporis facit in edificatiõeȝ
ſui.glo.quia illos qui nõ ſunt corpus edificat
in ſuam ciuitatẽ vel ſocietatẽ. Ad quartũ

Ad quartum

patet ſolutio ex dictis.ꝓ eo em̃ ſyõ dr̃ omnes
eccl̃ias generaſſe.quia inde exeũtes apoſtoli
euangeliũ p̃dicarũt ꝑ vniuerſuȝ orbem.vnde
fides nõ dr̃ ibi ſimpl̃r incepiſſe neqȝ dei eccl̃ia
que ante ab initio humani generis fuerũt:ſed
q̃tum ad ꝓmulgationẽ ⁊ dilatationẽ fidei ꝑ
omnes nationes bene dr̃ ibi initiũ fides ſiue
eccl̃ia ſuſcepiſſe:quia inde euangeliũ ꝑ ap̃los
et alios xp̃i diſcipulos deriuatũ eſt in omnes
fines terre. Ad q̃ntũ eodem modo rñdetur.
Ad ſextũ eadẽ ſolutio dat̃. Ad ſeptimũ

Ad q̃ntũ ſextum et ſeptimũ

patet etiaȝ rñſio ex dictis.Eccl̃ia em̃ quãtum
ad v̈tutem ſacramẽtoꝝ q̃bus format̃ ⁊ que ex
paſſione xp̃i v̈tutem ſuſcipiũt dr̃ initium ſum
pſiſſe a paſſione xp̃i:licȝ fides ipa ſimpliciter
ſiue ipa eccleſia a ꝑncipio fuerit ſicut ſepe re
petitum eſt. Ad octauũ dicendũ ꝙ nos lo-

Ad octauum

quimur in pñti loco de eccleſia ẜm p̃ſentiam
eius in rerum natura ⁊ nõ ẜm predeſtinatio-
nem ſiue diſpoſitionẽ quam ab eterno habuit
apud diuinã ſapiam.ẜm em̃ p̃deſtinationem
vt inquit Bernardus ſuꝑ cãtica:nunꝙ̃ eccle
ſia electoꝝ penes deũ nõ fuit.ſi mirat̃ hoc infi
delis:audiat quod magis miret̃.nũꝙ̃ nõ gra-
ta extitit:nunꝙ̃ nõ dilecta.quid inaudacter
loquar quod mihi de corde dei promptus ille
ſupernorũ delator conſilioꝝ aperuit.paulum
dico q̃ vt multa alia ita hoc quoqȝ de diuitijs
bonitatis eius nõ eſt veritus diuulgare ſecre
tum.bñdixit nos inquiẽs:in omni bñdictõne
ſpirituali in celeſtibus in chriſto: ſicut elegit
nos in ip̃o ante mundi conſtitutionẽ: vt eſſe-
mus ſancti ⁊ immaculati ⁊ in conſpectu eius
in charitate: hec Bernardus. Et Origenes
ſuper Cant̃.dicit. Non em̃ tu inde ex aduẽtu
ſaluatoris in carne ſponſam dici aut eccl̃iam
putes:ſed ab initio humani generis ⁊ ab ipa
conſtitutione mundi: immo vt paulo duce al
tius myſterij huius originem reperam: ante
etiã ꝯſtitutionẽ mũdi.ſic em̃ dicit ip̃e.Sicut
elegit nos in xp̃o ante ꝯſtitutionẽ mundi vt
eſſemus ſancti ⁊ immaculati ⁊c.

Capitulum.xxv.A quo inceperit eccleſia.

Capitulũ XXV A quo inceperit eccleſia

p

**Oſtquã dictũ eſt** de antiquitate eccleſie:conſiderã
dum eſt iam a quo.i.a qua pſona
eccleſia incepiſſe dicenda eſt. qm̃
varij vario modo loquunt̃ in hac re. Quidaȝ
em̃ dicunt ꝙ ab angelis. Alij ꝙ ab Adã. Alij
ab Abel. Quidam vero ab apoſtolis. Pro
quo conſiderandũ eſt ꝙ de eccleſia poſſumus

loqui multipliciter. Uno modo vt dicit multi
tudinē ſiue cōitatē quandā ex angelis ſāctis
⁊ hōibus cōſtitutā. ſiue vt dicit vnā ſocietatē
āgeloꝝ ⁊ hominū ſanctoꝝ ordinatā ſub vno
principe deo. quēadmodū Aug. loquēs ſuper
pſ̄. xxxvi. dicit ꝙ ex hōibus fidelibꝰ ⁊ angelis
fit vna ciuitas ſub vno rege ⁊ vna quedā ꝓuī
cia ſub vno imperatore. et hoc modo loquēdo
ſtante opinione dicentiū creationē angeloꝝ
preceſſiſſe tpe creationē hōis. dicendum ꝙ ec
cleſia incepit ab angelis. cū eñ teſte Aplo ad
Heb. xi. Accedentē ad deū neceſſe eſt credere
⁊ angeli in prima ſui cōditione eſſent in ſtatu
accedēdi ad deū. cōfiteri oportet illos in crea
tione ſua fidē habuiſſe. Preterea ꝙ in grā fue
rint creati teſtat̄ beatꝰ Aug. xij. de ciui. dei: di
cens. ꝙ deus in angelis ſimul erat cōdens na
turā: ⁊ largiens grām. quare beatus Bernar.
ſuper Cant. homelia. xxvij. inquit. Cum habe
ret deus ſponſam inherētem ſibi a principio
multitudinē angeloꝝ: placuit ei ⁊ de homini
bus cōuocare eccleſiā atq̄ vniri illi q̄ de celo
ē: vt ſit vna ſpōſa ⁊ vnꝰ ſpōſus. h̄ Ber. Secū
do mō loq̄ poſſumꝰ de eccleſia prout dicit vni
uerſitatē hominū fideliū viatoꝝ. ſm illud Au
gu. ſuper. pſ̄. xliiij. Aſſumpta eſt eccleſia ex ge
nere humano vt xp̄s caput eſſet eccleſie. ⁊ hec
cōſideratio: vt dicit mgr̄ Alexāder de Alis in
quarto ſuo ſup ſentētias: eſt ꝯſideratio eccl̄ie
que hꝫ ſacra. ⁊ hoc mō loquēdo de eccleſia: cō
munis ſnīa ſanctoꝝ eſt: ꝙ eccleſia incepit ab
Abel. Uñ Aug. lib. xv. de ci. dei. A principio
mundi proceſſerūt due ciuitates: vna dei: alia
diaboli. vna celeſtis: alia terreſtris. vnde filij
Adam vnus edificat terrenā ⁊ diabolicā: ali
us celeſtem. primus fuit Cayn. ſecūdus Abel
Item ſup. pſ̄. cxlij. loquēs de ciui. dei id eſt ec
cleſia: dic̄. Hec ciuitas initiū hꝫ ab ipſo Abel
ſicut mala ciuitas a Cayn. Confirmant autē
plures rationes hanc ſententiā. Prima qꝛ fi
des eius primo in ſacrificio qd̄ obtulit deo ac
cepta manifeſtabat̄. fuit eñ hoc primū ſignū
ſacrū ex parte hominis quod ſcriptura ſacra
cōmemorat. Ut aūt virtus ⁊ efficacia huiꝰ ra
tionis intelligat̄ eſt ꝯſiderandū: ꝙ in ſtatu le
gis nature nō ſufficiebat homini ad ſalutē ſo
la naturalis cognitio quoniā perfectio ratio
nalis creature nō ſolū conſiſtit in eo qd̄ ei cō
petit ſm ſuam naturā: ſed etiā qd̄ ei attribui
tur ex quadā ſupernaturali ꝑfectione diuine
bonitatis. vnde ⁊ vltima beatitudo hominis
cōſiſtit in quadā ſupernaturali dei viſiōe. ad
quā quidem viſionem cū homo ꝑtingere non
poſſit tm̄ lumine naturalis rationis: ſed p do
ctrinā a ſuperiore doctore celeſti patre lumi
nuꝫ ſm illud Ioh. vi. Omnis q̄ audit a patre
et didicit venit ad me. Quare ad conſecutio
nem ſupne beatitudinis nō ſufficit cognitio
naturalis: ſed exigit̄ ſupnaturalis cognitio: q̄
fides dicit̄ aliquoꝝ que ſuper rationem ſunt.
de q̄ Apoſtolus dicit ad Hebreos. xi. Fides ē
ſubſtantia rerum ſperandarū argumentū nō
apparentiū. Poſt lapſum vo humane nature
exigebatur fides de repatore: per quem futu
ra erat medicina morbi. ⁊ ideo in ſtatu illo nō
tm̄ erant neceſſaria opera que ſunt de dicta
mine legis naturalis: ſed etiā aliqua alia que
erant ꝓteſtationes ⁊ ſigna eoꝝ que ad repa
rationem pertinebant. Hec autē erant illius
temporis ſacramēta: ſicut ſacrificia decime ⁊
oblationes. quare cum ab Abel legat̄ primo
oblatum eſſe deo ſacrificiū. ⁊ ita pmo ꝓteſta
ta fides redemptoris per ſigna ſenſibilia: me
rito dꝛ eccleſia noſtra ab ipo incepiſſe. Scda
ratio. Omnis religio vt dicit Auguſtinus ꝯ
fauſtum ſemp habuit aliqua ſigna exteriora: i
q̄bus homines cōueniebāt ad deum colendū
hec aūt ſigna in religione xp̄iana ſunt ſacra
menta ſm varietatē tempoꝝ. quare cuꝫ abel
fuerit pmus qui legat̄ ſigno ſenſibili deū co
luiſſe. merito chriſtiana religio ab eo icepiſſe
perhibet̄. Tertia ratio eſt continuatio ſancti
tatis. Sane cum de eccleſia ſpūs ſanctus di
cat Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea et
macl̄a nō eſt in te. Et patres ſancti in ſymbo
lo eccl̄iam ſanctā eſſe ꝓfiteant̄: oportet vt ab
illo eccl̄iaꝫ incepiſſe aſſeramus in quo primo
iuſtitia ⁊ ſanctimonia ſine interruptione con
tinuata viguerit ⁊ incorrupta in ſignum ꝙ ec
cleſia talis futura erat. Mobrē nō ab Adam
et Eua qui a ſanctitate ceciderūt: eccleſia cō
uenienter dicit̄ inchoata: ſed ab Abel qui pri
mus omniū ſanctitatē interruptam ſeruauit
et poſt quem fides et vite ſanctitas in aliquo
vel in aliquibus eccleſie membris ſemper illi
bata creditur ꝑmanſiſſe. Quarta rō eſt. qꝛ
ipe Abel primus geſſit typuꝫ eccleſie quo ad
virginitatis integritatē ⁊ decorem innocētie
in quibus maxime eccleſie ſanctimonia ſplē
det. fuit eñ virgo ⁊ innocens. De eccleſie vir
ginitate inquit Apoſtolus. ij. ad Corinth. xi.
Deſpondi enim vos vni viro virginē caſtam
exhibere chriſto. glo. virginitas cordis fides
incorrupta. virginē dicit: quia omnes vna vir
go ſunt ꝓpter vnitatem fidei. Quinta ra
tio quia Abel fuit primus martyr: et eccleſia
ſolet dedicari in ſanguine martyrū. illi enim
roborarunt fidem eccl̄ie. vnde Cyprianus in
ſermone ad martyres inquit. O martyres for
tiſſimi robur corporis noſtri. Sexta ratio.

quia Abel eſt p̄mus iuſtus cōmēdatus a xp̄o
ſicut Mat. xxiij habet̄. vbi ait xp̄s. A ſangui
ne abel iuſti ⁊c̄. Sup quo v̄bo dicit btūs Hie
ronymus in homelia. Abel iuſtus nō ſolū ex
dicto nec ſn̄ia xp̄i: ſ ex Gen̄. teſtimonio cōpro
batur: vbi accepta eius a deo narrant̄ mune-
ra. Septima ratio q2 abel ſm ꝙ dicit aug.
in lib. de mirabilibus mūdi: fuit et v̄go ⁊ mar-
tyr ⁊ fidei doctor. ⁊ ita in eo fuerunt figurate
tres p̄ncipales perſone eccl̄e. videlꝫ paſtores
v̄gines ⁊ martyres. quare merito eccl̄ia ab ip
ſo dr̄ ſuſcepiſſe initiū. Octaua rō q2 in abel
facta eſt p̄mo diſcretio ſiue ſeparatio eccl̄ie
ſancte dei ab eccl̄ia malignantiū cū in ip̄o fa
cta ſit diſcretio a cayn. vt em̄ ſupius inductū
eſt. Dicit Augu. lib. xv. de ciuitate dei. A prin
cipio mūdi ꝓceſſerunt due ciuitates: vna dei:
altera dyaboli. vna celeſtis alia terreſtris. Ce
leſtem edificat abel terrenā vero cayn. Ter-
tio loqui poſſumus de eccleſia ſm ſtatū noui
teſtamēti. ⁊ hoc modo dr̄ incepiſſe ab apl̄is et
alijs credētibus. vt patet ex ſupioribus. ⁊ hoc
etiā dicit Nicolaus de lyra ſup p̄s. lxxxvi. Qd̄
etiam ex illo aptiſſime colligit̄ ex eo ꝙ apl̄us
Paulus de ſe ⁊ alijs xp̄i apoſtolis dicit. ij. ad
Theſ. ij. Elegit nos deus p̄mitias. glo. vt eſſe
mus p̄mitie omniū credentiū in ſalutem ⁊ in
ſanctificationē ſpūs ⁊ fidē veritatis. De hoc
etiā ſunt alia teſtionia in ſupioribꝰ in. c. xviij.
circa rōnem primā: quare eccl̄ia ſancta dicta
eſt apoſtolica.

Capitulū. xxvi. In quo ponūtur obiectiones cōtra
predicta.

Capitulū XXVI
Argu. primū

# Contrā hoc quod

dictū eſt ꝙ eccl̄ia inceperit ab abel
arguit̄ multipliciter. Et p̄mo ar-
guitur ꝙ ab adam eccl̄ia inceperit. Adā fuit
p̄mus fidelis. ergo eccleſia ab ip̄o incepit. cō
ſequētia videt̄ nota: ⁊ antecedēs pꝫ. Habuit
em̄ Adam fidem incarnationis quādo dixit
Gen̄. ij. Hoc nūc os ex oſſibus meis ⁊c. quod
Apoſtolus exponit de incarnatōe dicēs. Sa-
cramentū hoc magnū eſt: ego aūt dico in xp̄o
⁊ in eccleſia. Preterea creatus fuit in virtuti
bus ⁊ donis gratuitis. vt colligit̄ ex glo. Lu.
decimo vbi dicit̄. ꝙ homo ꝑ pctm̄ vulneratꝰ ē
in naturalibꝰ ⁊ ſpoliatus gratuitis. Neqꝫ po-
teſt dici ꝙ habuerit fidem tm̄ informē: qm̄ vt
teſtat̄ btūs Auguſtinus. xiiij. de ciuitate dei.
Adam in ſtatu innocētie habuit charitatem
Secundum de corde puro ⁊ fide nō ficta. Secundo ad
idem arguit̄ ſic. Adam videt̄ fidēꝫ ſuā aliquo
ſacrificio aut ſigno ſenſibili fuiſſe ꝓteſtatus.
Quia vt dicit magiſter in hyſtorijs. Adam do
cuit filios ſuos offerre primitias ⁊ decimas.
ergo vr̄ ꝙ ab Adaꝫ icepit eccleſia q̄ hꝫ ſacr̄m
Tertio ad idem ſic. Dicit Hugo de ſcō vic. Tertium
cōueniens fuit vt ſemꝑ medicina curreret cū
morbo: ſed morbꝰ pro quo oblatꝰ eſt xp̄s verū
ſacrificiū cuiꝰ figura fuerūt ſacrificia que offe
rebātur antiquitus: icepit ab Adam. ergo ab
ipſo credenda ſunt inchoata fuiſſe ſacrificia
ſenſibilia. Quarto ſic. Ad plura tenet̄ pec- Quartum
cator q̄ innocens. q2 tenet̄ ad opera ſatiſfacti
onis: cuiuſmodi erāt ſacrificia. g Adam q̄ pec
cator fuit: magis tenebat̄ ad ſacrificia offerē-
da q̄ Abel innocēs. g ſeq̄tur ꝙ ab ipſo Adaꝫ
inceperit eccl̄ia q̄ habet ſacr̄a. Quinto ad Quintum
idem ſic. Adam anteq̄ Abel naſceret̄ fuit mē
brū xp̄i: ergo alicuiꝰ corporis membrū. ſed nō
niſi eccleſie que eſt corpus xp̄i. vt ait Apl̄s ad
Ephe. i. ergo ab ipſo Adam incepit eccl̄ia nō
ab Abel. ꝯn̄a patet. aſſumptū eſt notū: quoni
am Adam habuit fidē formatā: ſicut inductū
eſt ſupra. Si aūt dicat̄ ꝙ Adam nō ꝯtinuauit
ſanctitatē ſuā: ⁊ ideo nō eſſet dicendus princi
pium eccleſie. Cōtra. Hoc nō debet ſibi obeſ- Cōfirmatio p̄ia
ſe. q2 pro ꝑſeuerante in bono reputādus eſt q̄
finaliter bonꝰ eſt. vnde cū eccleſia orat pro fi-
delibus dicit. Ut indulgentiā quā ſemꝑ opta
uerunt pijs ſupplicationibꝰ cōſequātur. q2 er-
go finaliter optauerūt ſemꝑ dicūtur optaſſe.
pari ratione de Adam dicendū vr̄ ꝙ pro ꝑſe-
uerante in bono habēdus ſit: q2 finaliter fuit
bonus. Et cōfirmat̄ per ſil̄e de Petro: cui do- Cōfirmatio ſcđa
minus inquit Math. xvi. Super hanc petrā
.i. cōfeſſionē fidei edificabo eccleſiam meam.
Et licet petrus poſt negauerit xp̄m: nihilomi
nus nō obfuit quin fundamentū eſſet eccleſie
ergo pari rōne vr̄ ꝙ nō obſit peccatū Ade q̄n
ab ipſo eccleſia dicat̄ incepiſſe. Sexto ſic. Sextum
Eccl̄ia credit Adam penituiſſe anteq̄ gene-
raret Abel. vn̄ Sapie. x. de eius liberatione a
peccato dr̄. Hec illū qui primꝰ formatus eſt a
deo pater orbis terrarū: cum ſolus eſſet creatꝰ
cuſtodiuit. ⁊ eduxit euꝫ a delicto ſuo. Sed pe
nitentia vera nō eſt ſine fide ⁊ charitate: ergo
id qđ prius. Septimo. mortuo Abel eccl̄ia Septimū
ſtetit in Adam ⁊ Eua. quia ſancti dicūt: ꝙ ex
quo eccleſia incepit nunq̄ deſijt eſſe. Conſtat
aūt ꝙ mortuo Abel nō ſtetit eccleſia in Cayn
ſed in Adam ⁊ Eua. ergo etiam ante natiui-
tatem Abel eccleſia ſtetit in illis. Octauo Octauum
Adam fuit principiuꝫ actiuū per quod huma
num genus deſcēdit. vnde Sapiētie. x. pater
orbis terrarūꝫ nominatur. ab Abel autem ne
mo propagatus eſt. ergo Adam potius dicen
dus eſt principium a quo cepit eccleſia q̄ ipſe
Abel. Nono confirmando rationē p̄cedē- Nonum

tem arguit̃ ſic. Principiū ex parte malorum
fuit actiuū ſiue ꝓpagatiuū alioꝝ poſt ſe. ſcilꝫ
cayn. genuit eñ filios ⁊ filias ⁊ facta eſt mul-
tiplicatio maloꝝ. ergo pari rōne ex parte bo-
norum ponēdū fuit ꝑncipiū actiuuꝫ. g̊ magis
Adam ſiue ſeth ſiue enos dicēdus eſt ꝑncipi-
Decimum um eccl̃ie ꝙ̄ abel. Decimo ſi abel dr̃ ꝑncipi
um a quo cepit eccl̃ia. hoc videt̃ eſſe q: eminē
tiorem habuit fidē pre his qui erant in prima
etate: ſed ſignū fidei magis viſuꝫ eſt relucere
in Enos. de quo dr̃ ꝙ cepit inuocare nomē do
mini. Geneſis. iiij. ergo Enos ſiue ſeth rectiꝰ
dicēdus eſt ꝑncipium a quo cepit eccleſia ꝙ̄
Undecimum Abel. Undecimo arguit̃ ꝙ Abrahā ſit hu
iuſmodi ꝑncipiū a quo incepit eccl̃ia. dr̃ eniꝫ
ad Roma. iiij. Abrahā accepit ſignū circūciſi
onis ſignaculū iuſtitie fidei que eſt in prepu-
tio vt ſit pater oīm credentiū: ⁊ ita videtur ꝙ
ſit pater fideliū. vnde etiā pater multarū gen
tium a dño legit̃ vocatus. Geneſis. xvij. ergo
videt̃ ꝙ ab ipō dicēda ſit incepiſſe eccl̃ia tan
Duodecimum ꝙ̄ a ꝑncipio. Duodecimo ſic arguit̃. gl. ſup
illud ps̄. lxxix. Uineaꝫ de egypto tranſtuliſti.
dicit. i. eccl̃iam que incepit a iudeis ⁊ ꝑficitur
in gētibus. ergo a iudeis dicēda eſt eccl̃ia in
Decimūtertium cepiſſe et nō ab Abel. Decimotertio ſic. ij.
ad Ephe. ij. Elegit nos deus vt eſſemus primi
tie oīm credentiuꝫ. ergo videt̃ ꝙ in apoſtolis
eccl̃ia incepiſſe dicēda ſit qui ꝑmitie omniū
Decimūquartū credentiū eſſe dicunt̃ ⁊ nō in abel. Decimo
quarto arguit̃ hac rōne. Eccleſia incepit ab
abel. ergo eccleſia fuit qñ abel fuit. hec ꝯñtia
videt̃ bona. hec domus incepit hic. ergo hec
domus eſt hic: ſed in ſolo abel eccl̃ia eſſe non
potuit. g̊ nō eſt dicēdus abel principiū a quo
eccleſia inceperit.

Capitulum. xxvij. In quo reſpondetur obiectionibꝰ iam factis.

Cap. XXVII

P Ro ampliori in-
tellectu pñtis materie eſt ſciēduꝫ
ꝙ aliqui antiq̊ doctores ꝓpter rō
nes ꝑmo loco poſitas voluerunt
dicere ꝙ in veritate eccl̃ia inceperit in adam
et ꝙ quādo Adam ⁊ Eua erant ante peccatū
eccleſia erat. Item dicūt ꝙ poſt peccatū ite-
rum eccleſia incepit ab adam cum valde ꝓba
bile ſit ꝙ pniam egerint anteꝙ̄ naſceret̃ abel
Et ſi dicat̃. quare ergo ſācti nō dicūt ꝙ eccle-
ſia ab adam incepit. Reſpōdent dicentes ꝙ
nō eſt neceſſe ꝙ ſancti dicāt oēe verū: ꝙ̄uis
eñ ſm veritatē inceperit ab eo: tñ noluerunt
illud dicere vt quilibet ſciat ꝙ homo deſpica
bilis ſit per pctm̄ nō ſolum corā deo ſed etiaꝫ
coram hoībus. dicūt ꝑterea ꝙ a doctoribꝰ dr̃
eccleſia incepiſſe ab abel nō eo ꝙ abel fuerit
primus qui fidē ⁊ charitatē habuerit: q̄a hu-
iuſmodi fuit adam: ſed quia ī abel fuerūt figu
rate tres ꝑncipales ꝑſone in eccleſia. ſ. paſto-
res. ꝟgines. ⁊ martyres. Ceterū ſubiūgunt ꝙ
nō eſt incōueniēs dicere ꝙ eccleſia poſtꝙ̄ in-
ceperit: deſijſſet eſſe. ⁊ ꝙ nūc idem eſſet poſſi-
bile niſi illud cōſtaret ꝙ dñs dixit Mat. vlt.
Ego aūt vobiſcū ſum vſqꝫ ad cōſummationē
ſeculi. ſed hoꝝ doctoꝝ modū dicendi relinquē
tes ⁊ cōmuniorē ſententiā doctoꝝ ſequentes
dicimus. ſicut dictuꝫ eſt ꝙ eccleſia cuius ſunt
ſacramēta: quia de tali eſt ſmo: ab abel ince-
perit rōnibus ſupra notatis. Unde dicendū
eſt ad ea que obijciebant̃. Ad primū reſpō Ad primum
detur negādo conſequētiā. qm̄ ad hoc ꝙ quis
dicat̃ ꝑncipiū a quo inceperit eccl̃ia que ha-
bet ſacramenta: nō ſufficit ꝙ ꝑmus fuerit qui
habuit fideꝫ formatā: ſed requirit̃ ꝙ fidē illā
ſacramēto aliquo viſibili oſtēderit aut ꝓfeſ-
ſus fuerit. ſicut dictuꝫ eſt. ſ. ⁊ ꝙ in ipſo fuerit
diſtinctio ſiue diſcretio a cōgregatione oppo
ſita maloꝝ. ſicut initiū vie vniꝰ ē vbi ꝑmo ſit
diſcretio ab alia via. ⁊ ꝙ ab eo ſuata fuerit ſi
ne interruptione integritas ſanctitat̃. Hec
aūt nō fuerūt in adam. qm̄ adam ⁊ ſi primꝰ ha
buerit fidem: nō tamē illā ſigno aliquo ſacro
ſenſibili legit̃ fuiſſe ꝓfeſſus. nō eñ in ſtatu in-
nocētie cū in illo ſacramēta nō eſſent. ſacmē-
ta aūt cum ſint vaſa medicinalia. vt dicit hu-
go de ſancto victore nō competūt ſtatui inte
gritatis ſed lapſus. ſm illud Mat. ix. Nō eſt
opus ſanis medicus: ſed male habentibus. ꝙ
vero poſt lapſum adam fidem ſuā ſigno ſacro
aliquo ſenſibili oſtenderit: ſcriptura ſacra nul
libi cōmemorat. Preterea in adaꝫ propter in
differentē ſtatum eius ⁊ ꝓpter cōmune ꝑnci-
pium generationis nō diſcernebat̃ in eo con
gregatio bonoꝝ a congregatione maloꝝ. In
abel ꝟo facta eſt diſcretio a cayn. Ceterū cuꝫ
Adam lapſus fuerit ꝑ pctm̄: nō fuit in eo con
tinuata iuſtitia ſanctimonie. quare cōuenien
ter dictū eſt ꝙ Adam nō fuerit ꝑncipiū a quo
eccleſia ceperit: ſed potius abel. Ad ſcōm Ad ſecundū
reſpondet̃ negādo aſſumptū ⁊ ad id quod in
ducit̃ ex magiſtro in hyſtorijs. ꝙ Adam docu
erit filios offerre ꝑmitias ⁊c. Reſpondet̃ ꝙ ⁊
ſi ita ſit nō intelligit̃ ꝙ ipſe ꝓ ſe obtulerit. vñ
ſicut dictū eſt lꝫ fidem habuerit ꝑmus non tñ
in ſigno quod eſt ſacramentū legit̃ demōſtra
tum: nec inſup vt dictū eſt: in eo diſcretio fcā
eſt bonoruꝫ a malis. Item ſcōo reſpondet̃ ad
idem ꝙ cōceſſo ꝙ Adam ſacrificiū deo obtu-
lerit: ſicut ⁊ alij iuſti deo ſacrificiū obtulerunt
ſm ſui tpis cōgruentiā dicēte beato Greg. ꝙ

apud antiquos p ſacrificioꝝ oblationes re-
mittebat pueris originale pctm: nō tñ de ei⁹
ſacrificio ſicut nec ꝺ oībus iuſtoꝝ ſacrificijs
fit mētio in ſcriptura. quare aūt Adam nō le
gatur ſacrificiū obtuliſſe. dicit btūs Tho. ij.
ij. q. lxxxv. ar. i. Ne in eo ī quo notat origo pec
cati ſimul etiā ſanctificationis origo ſignifi-
caret. Quod etiā notaſſe videt aplus qui ad
Hebre. xi. fidem ſanctoꝝ patrū veteris teſta-
menti cōmēdās ab abel incipiēs ita dicit. Fi
de plurimā hoſtiā. i. maioris pcij abel ꝙ cayn
obtulit deo per quā teſtimoniū cōſecutus eſt
ēē iuſtus ꝛc. Ad tertiū qꝺ obijcit ꝙ ab adā (Ad tertium)
inchoauit morbus ergo ꝛ medicina. Dicēdū
ſm Alex. in. iij. ꝙ reuera ab ipo inchoauit me
dicina. ſ. ſacrificiū cōtriti cordis dilectiōis et
deuotionis: ſed nō incepit ab ipo ipius medi-
cine ſignū. ſ. viſibile ſacrificium. ꝛ hoc triplici
rōne. Prima quia ab illo a quo incepit diuie
inhonorationis exemplū nō debuit ſumi rit⁹
honorādi deū. ab adam aūt cepit exemplū di-
uine inhonoratiōis: cū puaricatus eſt diuinū
mandatū. Geneſ. iij. Unde Zach. xiij. Adaʒ
exemplū meū. ſed ab illo debuit incipere rit⁹
diuini honoris q̄ fuit iuſtitie ꝛ innocētie pmū
exemplū. Secūda ratio eſt q̄ ſupra dicta ē. q̄a
cum ecclia ſit aggregatio fideliū colentiū de
um ab illo a quo incipit ecclia debʒ incipere
ritus colēdi deū. ꝛ ita oblatio ſacrificioꝝ. ab
adam aūt nō debuit dici incepiſſe eccleſia ſed
ab abel. Tertia rō eſt q: ſicut dicit Aug. ſuper
Gen. ad lrām. Adam erat vir ſpūalis mēte p
ditus. vnde ꝛ poſt lapſum cōuertebat ſe poti
us ad interius ſacrificiū quod eſt ꝯtritio cor-
dis. alij vō nō ita prediti cōuerterūt ſe ad ſa-
crificiū exterius. vnde cōueniēs fuit vt prius
in adam pcederet oblatio ſacrificij interioris
ſpiritualis: poſtmodum vero in filijs eius ſe-
queretur oblatio ſacrificij exterioris materia
lis: vt in illis pmis vtriuſq ſacrificij prebere
tur exemplum. Ad quartuʒ vō quod obijci (Ad quartum)
tur ꝙ ad plura tenebat ptōr adam ꝙ inocēs
abel. Dicēduʒ ꝙ verū eſt: nō tñ ꝓpter hoc ſeqt
ꝙ teneret ad ſacrificia. Sacrificia eī pmo et
pncipaliter fuerūt inſtituta in remediū pcti
originalis. ſm qꝺ dicit Greg. Quod apꝺ nos
valet aqua baptiſmi hoc egit apud veteres:
vel p paruulis ſola fides: vel p adultis virtus
ſacrificioꝝ. Quia ergo in adam nō fuit origi-
nale pctm diſtinctū ab actuali: nō cōpetebat
ei offerre ſacrificiū viſibile: quod diſtincte et
immediate inſtitutū eſt cōtra originale. In fi
lijs vero Ade pmo fuit diſtinctū actuale ꝛ ori
ginale. vnde cōueniebat vt ab ipis pmo ſacri (Ad quintum)
ficia offerrent: hec ille. Ad q̄ntum vbi dici
tur ꝙ Adam fuit membrū xpi anteꝙ abel ꝛc.
Reſpondet negando conſequentiā. licet eñ
ſicut in ſuperioribus diximus: eccleſia vliter
loquēdo ꝓut dicit cōgregationē omniū itelle
ctualiū creaturarū habentiū fideʒ formatā in
creatōe angeloꝝ fuerit initiata nihilominus
diſtinguēdo eā ad ꝯgregationē hoīm fideliū
ſm ꝯditionē ſtatus vite pñtis cui⁹ ſunt ſacra
quo mō de ea eſt nr̄a nunc conſideratio: nō in
Adā ſed in Abel initiata eſt rōnib⁹ ſupra poſi
tis: qm̄ lʒ Adam dicat pmo fuiſſe membruʒ
corpis xpi: ſicut ꝛ angel⁹ bonus in pma ſui cō
ditione: nihilomin⁹ nō ſeqtur ꝙ in ipſo icepe-
rit eccleſia cui⁹ ſunt ſacra. Ad id vero quod (Ad cōfirmatiōeʒ primam)
obijciebat ꝯtra rōnem cōtinuitatis ſanctita-
tis. ꝙ pro pſeuerāte in bono reputādus ē qui
finaliter bon⁹ eſt. Rñr ꝙ hoc nō arguit cōti-
nuitatē aliquā ſanctitat. dictū aūt illud ſi ve-
ritatē habet. intelligendū ē reſpectu ꝯſecutio
nis eiuſdē pmij cōis. ſ. viſiōis beate cū eo q̄ in
ꝯtinua ꝛ nō iterrupta iuſticia pſeueraſʒ a pn
cipio vite ſue vſq in finē eiuſdē. Eandē q̄ppe
beatitudinē cōſequūtur innocētes ꝛ peniten
tes: lʒ q̄nq gradu differenti. Sic etiā exponit
illꝺ Jacobi in canonica ſua. c. ij. Quicūq aūt
totā legē ſeruauerit offenderit aūt in vno fa-
ctus eſt oīm reus. qꝺ pro eo ꝺr: q: eandē penā
damni. ſ. carentiā diuine viſionis incurrit ho-
mo p vnā tranſgreſſionē diuine legis quā in-
currit qui plurib⁹ tranſgreſſionib⁹ in legem
peccauit: lʒ penaʒ ſenſus grauiorē ſentiat qui
plurib⁹ offendit vt exponit Nicolaus de lyra
ibidē. Ex tali aūt modo loquēdi nihil arguit
ad ꝓpoſitum: vt manifeſtū eſt. Quod aūt in (Ad cōfirmatōeʒ ſecundā)
ducebat pro ſimili in argumēto de fidelib⁹: q̄
dicunt ſemp indulgentiā optaſſe. Dicendū ꝙ
nō eſt ſile: q: tale deſideriū idulgentiā ꝯſequē
di poteſt eſſe ſine pſeuerantia ꝛ cōtinuatione
bone vite ꝛ ſanctitatis. Pariter rñdet ꝙ non
eſt ſile qꝺ inducebat p ſili de beato Petro q:
Petrus nō eſt dictus fundamentū a quo pri-
mū principiū habuit eccleſia ſicut ſuperi⁹ di-
ctū ē. Ad ſextū qꝺ obijcit de penitētia Ade. (Ad ſextum)
Rñdet negādo ꝯñam: q: licʒ Adā penituerit
ante natiuitatē Abel ꝛ credat habuiſſe chari
tatē nō tñ legit (vt dictū eſt) ꝙ ſacrificiū ob
tulerit in quo fides eius fuerit demonſtrata.
Preterea in eo nō fuit diſcretio bonoꝝ a con-
gregatione maloꝝ: cū nō fuerit aliud principi
um e diuerſo diuidēs ꝯtra Adā. Ad ſeptimū (Ad ſeptimū)
rñr negando ꝯñam. plura eñ requirebātur in
Adam ad hoc vt eſſet initiū a quo iciperet ec
cleſia ꝙ ad hoc ꝙ mortuo Abel in eo ꝛ in Eua
maneret diceret eccleſia: ſicut manifeſte appa
ret. Ad octauū ꝙ de Adam dicit ꝙ fuerit pn (Ad octauū)

cipium actiuum ⁊c. reſpōdetur negando cōſe-
quentiā. Non eīn reqritur ꝙ exemplar ſancti-
tatis ſit actiuū ꝓncipiū generatiōis carnalis
cū ſanctitas nō tranſfundaꝛ in ꝓpagatione

Ad nonū

carnis. Ad nonū dicēdū ꝙ nō eſt ſimile de
bonis ⁊ de malis: lꝫ eīn ꝓncipiū cōgregatiōis
maloꝝ eſſet ꝓncipiū actiuū generatiōis. non
aūt ſic eſt de ꝓncipio bonoꝝ: ⁊ hoc ē recte vt
oſtenderetꝛ ꝙ ꝓncipiū malicie eſt ab homine.
ideo cōuenīēter deſcēdit in carnalē generati
onem. ꝓncipiuꝫ ꝟo bonitatis ex deo eſt quod
ꝑ ſpūalem generationē deſcēdit nō autē per

Ad decimū

carnalē niſi ꝑ accidēs. Ad decimū de enos
dicendum ꝙ Seth ſiue Enos licet eſſent ex
emplar quoddam fidei ſue poſteris: nō tamē
fuit aliquis eorum primū exemplar in diſcre-
tione bonoꝝ a malis. ꝓceſſit eīn Abel qui fuit
et ipſi Seth ⁊ ipſi Enos et ceteris exemplar

Ad vndecimum

fidei ⁊ ſanctitatis. Ad vndecimū qꝺ argui
tur de abrahā rn̄detꝛ pari modo. ꝙ abrahā nō
dicitꝛ ꝓncipiū ſiue pater credentiū ſimpl̄r: ſed
poſt lapſum a fide generalē: cū quaſi oīns de-
clinaſſent ad ydolatriā. ⁊ hoc quia fuit exem-
plar fidei ceteris. vt ait glo. vnde ⁊ in eo ꝑ ſi-
gnaculū circūciſiōis diſcreti ſunt credētes a
nō credētibus: ſed ꝓpter hoc vt manifeſtū eſt
nō arguitꝛ ꝙ fuerit ꝓncipiū a quo ꝓmo incepe

Ad duodecimuꝫ

rit eccl'ia. Ad duodecimū qꝺ dicebatꝛ de iu
deis rn̄detꝛ ꝙ accipiēdo ꝓncipiū eccleſie poſt
lapſum ydolatrie a iudeis incepit eccl'ia. q̄a
gens illa ꝓmo credidit ⁊ in fide ꝑſeuerauit vſ
qꝫ ad aduentū xp̄i in quo ꝓ magna parte exce
cata eſt. Preterea ſꝫm ſtatuꝫ noui teſtamenti
etiā eccl'ia a iudeis incepit. vt pꝫ de apoſtolis
et xp̄i diſcipulis: rōne cuius ſicut inductū eſt.
Ap̄ls de ſe ⁊ alijs apoſtolis dicit. Elegit nos
deus ꝓmitias. glo. fidei vt in ꝓmitiua eccl'ia
crederemus in xp̄m. atqꝫ fide ꝯfiteremur. Et
ī. Elegit nos ap̄los ꝓmitias oīm credentium
quia ap̄li ꝓmo crediderūt: hec glo. Dilatata
eſt aūt poſtmodū eccl'ia in gētibus et ꝑfecta.
vnde glo. ſuꝑ ps. lxxix. q̄ fuit inducta in arguē
do dicit ſic. Vineā dicit eccl'iaꝫ q̄ incepit a iu
deis: ⁊ ꝑficitꝛ in gētibus. vna tn̄ ⁊ eadē eſt etſi
altera gens det ꝓncipiū altera ꝑfectioneꝫ: ſꝫ
tn̄ nō militat cōtra id quod dicitꝛ ꝙ in abel in

Ad decimūtertiū

cepit eccl'ia. Ad decimūtertiū pꝫ rn̄ſio
ex iam dictis. Ap̄lus eīn nō aſſerit ap̄los eſſe
ꝓmos credētes ſimpl̄r cuꝫ multi. ſ. pr̄iarche ⁊
ꝓphete credētes ꝓceſſerint ap̄los. de quoꝝ
patrū admirabili fide idem ap̄ls ampliſſimū
ſꝫmonē texuit in epiſtola ad Hebr. c. ij. ſꝫ dicit
eos eſſe ꝓmos credētes noui teſtamenti fidē

Ad decimūquartum

iam diſtincta ⁊ reuelata. Ad decimūq̄rtū
rn̄detꝛ negādo ꝯn̄tiā. q̄ꝙ eīn verū ſit ꝙ eccl'ia
eſſet qn̄ Abel erat q2 illo tp̄e Adaꝫ ⁊ Eua erāt
iuſti: ꝯn̄a tamē nō valet ſicut neqꝫ iſta. Iſta do
mus incepit ab iſto lapide. ḡ fuit qn̄ iſte lapis
primo fuit. Item vniuerſitas hui⁹ ciuitatis in
cepit a tali hoīe ergo fuit qn̄ ille homo fuit. et
ita in ꝓpoſito ꝯn̄a facta nō habet vires. Se-
cūdo pōt rn̄deri negādo minorem. q̄m licet ec
cleſia quo ad rōnem vniuerſitatis q̄ importatꝛ
in hoc noīe eccleſia. dr̄ eīn eccleſia collectio fi
deliū vt in. c. eccleſia. de ꝯſe. di. i. nō poteſt ſta
re in vno cōpletiue: nihilomin⁹ quo ad fidem
in qua fundatꝛ eccleſia ⁊ a qua q̄s de eccl'ia ca-
pere dr̄: bn̄ ſeruatꝛ in vno. Dicit eīn btūs Hie-
ro. ſuꝑ. ps̄. cxxxiij. eccl'ia. Vbi fides vera ē: ibi
eccleſia eſt. Iuriſte dicūt ꝙ ius vniuerſitatis
bene pōt manere in vno ſolo: licet nō rōe vni-
uerſitatis ⁊ ita ſuꝑ illud. ps̄. Sepe expugnauerūt
me a iuuētute mea. dicit glo. q̄ eſt beati Aug.
ꝙ aliqn̄ in ſolo Abel eccl'ia erat: ⁊ expugnat⁹
eſt a fratre ſuo malo. Idē doctores dicūt mr̄i
theologi: ⁊ ita vī inuēta cōis obſeruātia i die
bus tenebrarū in cuſtodia vni⁹ cādele: ꝙ in ſo
la beata ꝟgine: in q̄ integra ⁊ iperturbata mā
ſit in triduo fides xp̄iana: fuit eccl'ia. Ex q̄bus
faciliter ſoluitꝛ queſtio illa q̄ a quibuſdā q̄ritꝛ.
Utrū eccl'ia poſſit i vno ſolo ſaluari. Sane ex
his q̄ dicta ſunt de antiq̄tate eccl'ie apte retū
ditur ſtulticia dicentiū ante eccleſiā fuiſſe ipe
riū ⁊ regna: ꝯtra quos ⁊ ſcriptura ſctā eſt ⁊ rō.
Cū eīn eccleſia ab ipſo iuſto Abel initiū hūe-
rit. Vel ſꝫm alios vniuerſalius loquētes de ec
cleſia ab ipſo primo hoīe Adā. qui in inocētia
creat⁹ eſt: manifeſtū eſt multo tēpe preceſſiſſe
quodcūqꝫ regnū iuſtū ſiue iniquū. Primū aūt
regnū: qꝺ tyrannice fuit vſurpatū: fuit regnū
Nēroth: q̄ fuit robuſt⁹ ⁊ venator hoīm. i. opp̄ſ-
ſor ⁊ extinctor Gen̄. x. de cuius regno imedia-
te ſe q̄tur. Fuit aūt principiū regni ei⁹ Baby-
lon. Prim⁹ aūt rex iuſtus fuit Melchiſedech
de quo ſcriptura loq̄tur Gene. xiiij. ⁊ ad Heb.
vij. quoꝝ regna multo tp̄e poſteriora ſunt ipō
Abel. Scꝺo cū regnū nō ſit niſi quedā hoīm
cōmunitas certa ſpecie principat⁹ diſpoſita:
illa videlꝫ in q̄ vnus principatꝛ toti cōitati ſꝫm
virtutē: vt dr̄. iij. politicoꝝ. manifeſte appet ꝙ
ſit ſtultū dicere ꝙ regnū precedat hoīm cōita
tem. Sane regnū ſi iuſtum eſt cōitatem fide-
liū ꝓſupponit que ad formā regalis ꝓncipat⁹
diſponitꝛ. vt eīn ait btūs Aug. ⁊ ponitꝛ i. c. vbi.
xxiiij. q. i. vbi fides nō eſt nō pōt eſſe iuſticia.
q2 iuſtus ex fide viuit. Si aūt regnū iniuſtum
eſt ⁊ iniquū etiā neceſſario ꝯgregationē malo
rū preſupponit: que dr̄ eccleſia malignantiū.
Et ita pꝫ ꝙ dictū illoꝝ nedū erroneū eſt ⁊ he-
reticū: ſed ſtultum ſiue ſtolidum.

Capitulū.xxviij. Qđ eccleſia poſtꝙ incepit non deſijt eē ac ꝙ in ea fides: ſcītas: doctrina: prelatio: ⁊ ſacramēta vſqȝ in finē ſeculi ſint duratura.

Cap. XXVIII Eccleſie fides nō deficiet

manibus geſtatur ⁊ lacte nutritur vt creſcat.
Quinto ablactat̄ vt ad patris menſam acce-
dat: vt ſic validiori cibo alatur. Primū ergo
tempus eſt cōceptōis. ſecūdū in vtero alitio-
nis. tertiū emiſſionis. quartū portatōnis ⁊ la-
ctationis. q̄ntū ablactatōis: ita de illis quos
educat eccl'ia. Primo eīn in vtero naſcunt̄. i.
concipiunt̄: dum rudimētis fidei inſtruuntur
in cathecismo ⁊ exorciſmo. Secūdo in vtero
alunt̄ dū in fidei ꝓmordijs plenius informati
proficiūt. Deinde tertio in lucē educunt̄ dum
per baptiſmum regenerant̄. Quarto quaſi ec
cleſie manib⁹ portant̄ ⁊ lacte alunt̄ donec a
lacte ſanctiſpūs ſeparati ad menſam patris
accedant vt valido veſcantur cibo ſcʒ pane
angeloꝝ. in ꝓncipio erat verbum. Hinc eſt ꝙ
abraham nō in natiuitate iſaac: nō in circūci-
ſione: ſed in ablactatione magnū conuiuiū di
citur feciſſe. hec ibi. Quare beatus Augu. lib.
de ſymbo. in fine ita de eccl'ia loquit̄. Sancta
mater eccleſia in qua huius ſacramenti deter
minat̄ auctoritas mater ⁊ virgo: corpore caſta
prole fecūda: ſpōſa xp̄i pie nutrit filios quos
deo patri dignos aſſignare contēdit. Filij di-
ligite tantā matrē. Filij boni nolite deſerere
vos continue requirentem: rependite vicem:
amate amantē: tāta eſt: talis eſt: nobilis eſt re
gina prole fecunda eſt. nō eam patiamini aut
peſſimoꝝ ſeruoꝝ iniurijs inſidijſq; macerari:
agite cauſas matris veſtre: exquirite eius am
pliſſimā dignitatē. ſeruus malus nō inſultet
dn̄e. hereticus arrianus nō inſultet eccl'ie: lu-
pus eſt: agnoſcite. hec Augu. Ubi ꝯſiderādū Mater xp̄i
venit merito in hoc loco quō eccl'ia nō ſolum
fidelium ſed etiā ipius xp̄i: cuius ſponſa ⁊ con
iunx eſt: mater dicat̄. Q aūtē dicat̄ mater eti
am ip̄e xp̄s ip̄a veritas teſtat̄: dicēs. Quicūq;
eīn fecerit volūtatē patris mei qui in celis eſt
ipſe meus frater ⁊ ſoror ⁊ mater eſt. Mat. xij.
Frater quidē ⁊ ſoror: q: geniti a deo ſpūaliter
a quo ego naturalit̄ genit⁹. ipſe quippe vt ait
apl's. ꝓmogenitus eſt in multis fratrib⁹. glo.
Fratres dignatus eſt vocare oīs qui per ei⁹
ꝓmatū in dei grā renaſcūt̄. Poſuit aūt vtrūq;
ſexum ne feminam videretur excludere. Ma
ter vero quia in cordibus credentiū me gene-
rauit verbo ⁊ exemplo. Unde apl'us ad Gal̄.
iiij. ait. Filioli mei quos parturio donec forme
tur in vobis xp̄s. Ne aūt alicui videat̄ impoſ-
ſibile q̄ de eccl'ia iam dixim⁹: videlʒ ꝙ ſit re-
ſpectu vni⁹ ⁊ eiuſdē. ſ. xp̄i: filia: ſoror: coniunx
⁊ mat̄: cū in carnalib⁹ ꝯiugijs nulla huiuſmo-
di exēpla reperiant̄ eſt ꝯſiderandū: ꝙ vt inq̄t
btūs Aug. ſup pſ̄. cxxvij. tractās illō v̄bū. Fi-
lij tui ſic nouelle oliuarū. In iſtis carnalib⁹ nu
ptijs ⁊ ꝯiugijs: alia vxor alij filij: in eccl'ia que
vxor ipi filij. Ad eccl'iaʒ eīn ꝑtinēt apl'i ⁊ i mē

bris erant eccleſie. ḡ ꝛ in coniuge ipſius erant ꝛ cõiunx erãt ſm ꝓportionẽ ſuã quã in membris obtinebant. Quare ergo de illis dꝛ: cũ receſſerit ab eis ſpõſus: tunc ieiunabũt filij ſpõſi: ergo ipſa cõiunx ꝛ ipſa filij. Mirũ dico fratres mei. In verbis aũt dñi inuenimus quia q̃ vxor ipſa ꝛ filij. Eccleſiã em̃ ꝛ fratres ipſiꝰ eſſe ꝛ ſorores ipſius eſſe ꝛ matrẽ ipſius eſſe. Nam cũ ei nũciaret᷑ mater eius ꝛ fratres eiꝰ ſtantes Reſpõdit dñs ꝛ ait. Que mihi mater aut qui fratres? Et extendit manꝰ ſuas ſup diſcipłos ſuos ꝛ ait. Ecce mater mea ꝛ fratres mei. Fratres erant: mater quomõ erant: addidit. Qui fecerit voluntatẽ patris mei: ipſe mihi frater ſoror ꝛ mater eſt. Mater quomodo: niſi q: ipſe xp̃s eſt in chriſtianis quos chriſtianos p baptiſmũ quotidie parit eccleſia. ḡ in quibus intelligis coniugem in illis matrẽ in illis filios Hec Auguſti.

Capitulũ. xli. Qr eccleſia quã꜒ coniunx Xp̃i ꝛ mater oĩm fideliũ dicat᷑ eſſe: virgo tñ tota eſſe nõ deſiſtit.

Capłm. XLI Eccleſia tota virgo eſt

Quoniã fortaſſis aliq̃bus qui ita carnalibꝰ aſſuetũ habẽt ſenſum ꝛ ingeniũ ſenſibilibus concretuȝ vt de ſpũalibus non ſpiritualiter ſed carnaliter iudicẽt: videbit᷑ extraneũ ꝙ eccleſia ꝯiunx ſit ꝛ mater innumeroꝝ filioꝝ multitudine fecundiſſima: ꝛ nihilominꝰ tota virgo eſſe dicatur: placuit nobis de hoc aliq̃d tãgere. Plane mater eccłia tota virgo eſt: alꝰs nõ reſpiceret eã illud Cãt. iiij. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nõ eſt in te. Plura ſunt ſcripture ſctẽ loca que ſanctã dei eccleſiã virginẽ atteſtant᷑: ſicut oĩa illa in quibꝰ apud ꝓphetas. Uirgo filia ſyon. virgo iſrael dicta eſt. Dr etiã Mat. xxv. Sile eſt regnũ celoꝝ decẽ virginibus ꝛc. Per has decẽ virgines oẽs xp̃iani ſignificantur. Due q̃ppe ſunt ỽginitates. altera corpis. altera ſpũs. Corporis ỽginitas ẽ: vt ait Aug. lib. de nup. ꝛ ꝯcup. in carne corruptibili incorruptõis perpetua meditatio. i. ꝓpoſitũ firmũ rõis ab omni pollutione ſeruare corpus intactũ. Uel vt dicit ſup. pš. cxlvij. virginitas carnis eſt corpꝰ intactuȝ. Uirginitas ỽo mẽtis ẽ fides incorrupta: q̃ virginitas eſt oĩm fideliũ. vñ Aug. ſup Iob. Oĩs eccłia ỽgo appellata eſt. diuerſa ſũt mẽbra eccleſie diuerſis donis pollere videt᷑ atq꜒ gaudere. alij cõiugati. alie cõiugate. alij viduati vxoribꝰ vxores vltra nõ querũt. alie viduate maritos vltra nõ querũt alij integritatem ab ineunte etate cõſeruant alie virginitatem ſuam deo deuouerũt. diuerſa ſunt munera ſed oẽs iſti vna virgo eſt. Ubi eſt iſta virginitas: nõ em̃ ẽ in corpore. in corpore em̃ paucarũ feminarũ eſt. ꝛ ſi dici ỽginitas in viris põt: paucoꝝ viroꝝ. Feminarũ ſanctitas integritas etiã corporis eſt in eccłia ꝛ honorabilius membrũ eſt. Alia aũt multa nõ in corpore ſed oĩa in mente ſeruãt virginitatem que eſt iſta virginitas? mẽtis eſt. Quid ẽ virginitas eccłie? integra fides: ſolida ſpes: ſincera charitas. Itẽ idẽ Aug. ꝛ habet᷑ in ca. nuptiarũ. xxvij. q. i. Ipa eccłia xp̃i cõiunx eſt q̃ fidei ſpei charitatis integritate nõ ſolũ in virginibꝰ ſacris ſed etiã in cõiugatis fidelibꝰ tota virgo eſt. Uniuerſe quippe eccłie cuius oĩa illa ſunt mẽbra Apłus dicit. Aptaui vos vni viro virginẽ caſtã exhibere xp̃o. Hoc ſcribit apłs ad Eph. ꝛ ad Cor. xi. cuiꝰ ſenſus eſt. Deſpõdi. i. laboraui ſiue adaptaui fide ꝛ ſacramẽtorũ exhibitiõe deſpõſari. vos vni: nõ multis. Uiro ſciꝫ legitimo ieſu xp̃o vero ſponſo. Uos inquã virginẽ nõ virgines: q: licꝫ plures ſitis natura: vna tñ eſtis fide ſpe ꝛ charitate. Cãti. vi. Una eſt colũba mea. Caſtã ſcꝫ mente. exhibere. i. vt exhibeatis vos xp̃o exiſtẽtes ỽginẽ caſtam p fidei integritatẽ. Ubi notãdũ ꝙ duplex aſſignat᷑ differẽtia int᷑ ꝯiugiũ xp̃i ꝛ eccleſie ꝛ alia carnalia coniugia hoim. Prima aſſignatur in glo. ſup illud Oſee. ij. Sponſabo te mihi in ſempiternũ q̃ eſt ꝙ homies de virgine nõ virginẽ faciũt. deꝰ ỽo ꝯiunctꝰ etiã meretricibus eas virgines facit. aĩa quippe q̃liſcũq꜒ ante fuerit q̃tũcunq꜒ ꝑus corruptoĩbꝰ ꝓſtituta iacuerit ꝯiuncta xp̃o p cõiugiũ ỽgo eſt. Unde oĩbꝰ fidelibꝰ dr Apoc. xiiij. Hi ſũt q̃ cũ mulieribꝰ nõ ſunt coinq̃nati: virgines em̃ ſũt. vbi in mulieribꝰ errore ſignificauit: q: error p mulierẽ cepit. vt ait glo. ij. ad Cor. xi. Si vero q̃ratur: quõ hec auctas de oĩbꝰ fidelibꝰ intelligenda venit: cũ de ſaluãdoꝝ nũero ſint multi q̃ ſepenumero erroribꝰ multis fuerũt coinq̃nati. Dicimus hoc ideo dici: q: omẽs finaliter bonos deus miſericordia reputat nunq̃ fuiſſe coinquinatos. Pari ratione in ſequentibus dr. Et in ore coꝝ nõ eſt inuentũ mendaciũ. Unð glo. ſup illð Oſee. ij. Spõſabo te mihi in ſempiternũ: dicit. Nota miſericordiã viri: meretrix diu fornicata ad virũ reuertitur: nec recõciliari viro ſed ſponſari dicitur. Secunda differentia eſt ꝙ hoies nõ poſſunt cõiugem ſine corruptõe fecundare. xp̃s aũt ſic. vñ Augu. ꝛ ponit᷑ in. ca. Nuptiarũ. vbi ſup. Nouit aũt ille ſcꝫ xp̃s cõiugẽ virginẽ ſine corruptiõe fetare: quẽ in ipa etiã carne potuit mat᷑ ſine corruptione ꝓcreare. Non eſt ḡ mirãdũ ſi ſctã eccłia ſimul dicat᷑ ꝛ mat᷑ ꝛ ỽgo. Mater q̃dem fecunda nõ de viro ſed de ſpiritu. Uirgo fidei ſacro

Cõiugiũ xp̃i ꝛc

Unde beat⁹ Amb.li.de ſancta virgi.ait.Sā-
cta mater eccleſia imacłata coitu:fecūda par
tu:virgo eſt caſtitate:ꝫ mater eſt ꝓle.Partu-
rit itaqꝫ nos virgo:nō viro plena ꝫ ſpū.partu
rit nos ꝙ̄ virgo:nō cū dolore membroꝝ:ſed cū
gaudijs angeloꝝ.Nutrit nos virgo:nō corpo
ris lacte: ꝫ apłi quo informem adhuc creſcen-
tis ppłi lactauit etatē.Que igit̄ nupta plureſ
liberos habet ꝙ̄ ſancta mater eccłia:ꝙ virgo
eſt ſacrō:ſed mater eſt ppłis.cui⁹ fecunditatē
etiā ſacra ſcriptura teſtatur:qm̄ plures filij de
ſerte ꝙ̄ ei⁹ que habet virū.Hec Ambroſius.

Capitulū.xlij.Qr eccleſia dicatur regina.

Capitulū XLII Eccłia eſt regina

a Mplius ſācta dei eccleſia legit̄ Regina nun
cupata.Unde.ps̄.xliiij.dicit̄:
Aſtitit regina a dextris tuis.
glo.i.eccłia ꝙ ſub rege regit.Aſtitit a dextris
.i.in eternis ſpe.In veſtitu deaurato.i.in do-
ctrina ſapiētie.Circūdata varietate.i.in oib⁹
linguis variata.in linguis eſt varietas ꝛ vni
tas in auro.quia:vt dicit Aug.in glo.eandeꝫ
ſapientiā eandē doctrinā ꝛ diſciplinā oēs lin
gue predicant. Dicitur aūt eccleſia Regina
triplici rōne. Primo q: cōiunx eſt dn̄i.ſ.Jeſu
xp̄i:in cui⁹ veſtimento ꝛ femore ſcriptū ē.Rex
regū ꝛ dn̄s dominantiū.Apoc.xix. Secūdo
d̄r regina q: ipſa in mēbris ſuis veris pruden-
ter ꝛ virtuoſe ſe regit:qui prelati cunctis mo-
tibus carnis:modo luxurie appetitū refrenāt
modo eſtū auaritie tēperant:mō gloriā decli-
nāt:modo ſuggeſtionē liuoris obruunt:modo
ignē furoris extingunt. Reges ḡ tales: vt ait
Greg.vere ſunt ꝙ tentationū ſuarū motibus
nō cōſentiendo ſuccumbere ꝫ regendo preeſſe
nouerūt.Unde reges:vt inqͭ Iſid.a recte re-
gendo vocati ſunt.ideoqꝫ recte faciēdo regis
nomen tenet̄:peccando amittit̄. Recte ḡ illi
reges vocant̄ qui taꝫ ſemetipſos ꝙ̄ ſubiectos
bene regendo modificare nouerunt. Tertio
eccleſia ſancta regina noīatur rōe principat⁹
ꝛ plationis quā hn̄t ꝑpoſiti in ea.Un̄ glo.ſup
ps̄.xliiij.Ut regina:q: ſub rege regit.ſ.platos
ſuos:qui nō imerito reges appellant̄.Un̄ Au
gu.tractās illud ps̄.xliiij.Delectauerunt te fi
lie regū:ita dicit.Eteni oēs eccleſie predican
tib⁹ ꝛ euangelizantib⁹ apłis nate ſunt filie re
gū ſūt ꝛ eccłie filie apłoꝝ filie regū ſūt.ille em̄
rex regū:illi aūt reges de ꝗbus dictū ē. Sede-
bitis ſuper.xij.ſedes iudicātes.xij.trib⁹ iſrael
Et.ꝗ.filie regū ſunt ꝛ delectauerunt regē ſuū
in honore ipſi⁹:ꝛ ex oibus fit vna quedā regi-
na.vn̄ ſeqtur.Aſtitit regina a dextris tuis.Hec
Augu..Quare Threnoꝝ.i.c.ipſa eccłia nomi
natur dn̄a gentiū ꝛ ꝑnceps prouinciarū.glo.
interli.i.in prelatis.Regina aūt iſta.ſcꝫ eccle
ſia figurata ē in regina ſaba.de qua dr̄.iij.Re-
gum.x.ꝙ audita fama ſalomonis cū comitatu
multo venit videre euꝫ.vbi glo.dicit ſic. Hec
regina venturā eccłiam de gentib⁹ deſiderā-
tem xp̄m figurabat:que circūamicta varieta-
te populi ſui ꝛ paterne dom⁹ oblita currebat
barbara gēte nō aio.in apto peregrina:in oc-
culto ſcroꝝ fieri cōſcia optās. Et btūs Aug.
in ſermone de dedicatōe eccłie ſic de ea loqt̄.
Hec eſt regina illa ꝙ venit a partib⁹ ethyopie
audire ſapiētiā ſalomonis: ſed hec nō tam ex
vna regione ꝙ̄ ex vniuerſis mūdi partib⁹ regē
auditura ꝯuenit ſicut euāgeliſta cōmemorat:
regina auſtri venit a finib⁹ terre audire ſapiē
tiā ſalomonis:venit eccłia ad redēptorē ꝛ eru
ditorē ſuū vt de ſtulticia erroris doctrinā per
ciperet veritaꝭ.de ꝙ pleni⁹ ſicut audiuim⁹ Re
gum ſcribit hyſtoria ita dicēs. Ingreſſa regi-
na ſaba in hierłm cū comitatu ꝛ diuitijs cū ca
melis portantib⁹ aromata ꝛ aurū infinitū ni-
mis ꝛ gēmas ꝑcioſas:venit ad ſalomonē ꝛ lo
cuta ē vniuerſa ꝙ habebat in corde ſuo. Ergo
in figura hui⁹ regine venit eccłia ex gētibus
imponēs finē cupiditatibus vitijſqꝫ terrenis
audire ſapiam ſalomōis.i.viri pacifici dn̄i nr̄i
ieſu xp̄i ꝙ fecit vtraqꝫ vnū ſoluēs inimicitias
int̄ deū ꝛ hoīeꝫ ī carne ſua.Ueit poſt veteres
ꝛ ꝓphanas ſupſtitōes audire ꝛ diſcere d̄ fidei
illuminatōe ꝛ iudicio futuro.de aīe imortali-
tate:de ſpe reſurrectōnis ꝛ glie.Uenit aūt in
hierłm cū multo comitatu.i.nō iam cū vna gē
te iudeoꝝ:ſic ꝑus ſynagoga ſolos habuit he-
breos ꝫ toti⁹ mūdi gētib⁹ diuerſiſqꝫ natōibus.
venit ḡ exhibēs munera digna xp̄o:aurū ꝛ gē
mas ꝑcioſas:ꝛ ꝫ camelis portātib⁹.i.ex gētili
ppło venētibus ꝙ ꝑus fuerāt vicioꝝ feditate
diſtorti ꝛ maloꝝ onere curui ac pctōꝝ praui-
tate diffomes:cū his tāꝙ̄ muneribus regina
hec ingredit̄ ad pacificū regē xp̄ꝫ:exhibēs ſe-
cū aromata fidei:aurū ꝑcioſū:incēſum ꝑcioſū
ſplēdoreſqꝫ gēmarū.i.omniū inſignita ornatu
virtutum.hec Auguſtinus.

Capitulum.xliij.de rationibus propter quas eccleſia nominatur corpus ſcꝫ myſticum xp̄i.

Cap. XLIII Eccła eſt corpus xp̄i myſticum.

c Eterum eccleſia ſancta dei noiata legit̄ corp⁹ xp̄i.
Unde apłs ad Eph.i. loqn̄s ait.
Ip̄m dedit ſcꝫ deus pat̄ caput ſup omnē eccle
ſiam que eſt corpus eius. Ubi aduertendū ꝙ
ſicut btūs Hiero. de carne xp̄i ait in epła ad
Ephe.ꝛ ponit̄ in.c.Duplicit̄.de ꝯſe.di.ij.ꝙ du
pliciter intelligit̄.ita corpus xp̄i duplicit̄ ac-

cipitur. Nam corp⁹ xp̄i dicit͛ illud corpus qḋ ſumpſit de virgine de mēbris carnalib⁹ naturali compage coniunctū. dicit͛ etiā corp⁹ myſticū qḋ eſt eccl'ia: qḋ corpus ex perſonis vtriuſq₃ ſexus fidelib⁹ ſpūali cōpage cōnexum ⁊ compactū eſt. Ad quā ſententiā pleni⁹ intelligendā cōſiderare oportunū eſt aliq̄d circa huiuſmodi ſignificationē termini myſticū. Myſticū quippe vt dic͛ Catholi. a myſterio dicit͛ myſticon eñ grece latine dicit͛ ſecretū. vnde myſticū idē eſt ꝙ ſacrū: diuinū: occultū: ⁊ figuratiuū. ⁊ quanq̄ ab oīb⁹ his ſignificatiōib⁹ ratio ſumi poſſit hui⁹ vocabuli myſticū cū de eccl'ia dicim⁹ qḋ eſt corpus myſticū. Tum primo q꞉ ſacra ſiue ſancta eſt quo ad p̄mā interp̄tationē: ſm̄ illud qḋ in ſymbolo canit͛. Sanctam eccl'iam catholicā. ⁊ illud. i. ad Cor. iij. Templū dei ſanctū eſt qḋ eſtis vos. Tum ſecūdo: q꞉ diuina eſt quo ad ſecundā ſignificatōe₃ conſors quippe facta eſt diuine nature: ſm̄ illud qḋ de ei⁹ mēbris dr̄ p̄s. lxxxi. Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi oēs. ⁊. ij. Pet. i. Diuine ꝯſortes nature. Tum tertio q꞉ occulta quo ad tertiam ſignificationē. occultū quippe nobis eſt in hac peregrinatione cōſtitutis q̄s ſimplicit͛ ⁊ veraciter actu p̄tineat ad vnitatē hui⁹ corporis: dicēte beato Bern̄. Quis poteſt dicere ego de electis ſum: ego de p̄deſtinatis ad vitam: ego de numero filioꝝ: reclamāte nimirū ſcriptura. neſcit homo an odio vel amore dignus ſit. Cōmuni⁹ tñ eccl'ia corpus denomiat͛ myſticū a quarta ſignificatiōe: videl₃ q꞉ figuratiuū ſiue p̄ figurā ſiue p̄ ſimilitudinē dictu₃: ſicut ex ap'lo colligit͛: qui de eccl'ia ad ſimilitudinē corp'is naturalis hoīs ſepe loquit͛. Ubi notandū ꝙ ratio hui⁹ myſtice ſignificatōnis colligit͛ inter alia p̄cipue ex quattuor. Primum eſt multiplicitas membroꝝ officialiū cōcurrētiū ad cōpoſitionē corporis. ſicut eñ naturale corpus humanū ex multis mēbris ꝯformibus in natura: ⁊ varijs deputatis actibus cōpaginat͛: ita eccl'ie corp⁹ ex multis fidelib⁹ varijs deputatis officijs cōſtitutum cōſurgit. Unde ap'ls. i. ad Cor. x. Unus panis ⁊ vnum corpus multi ſumus. Super quo dicit Augu. Typice. i. figuratiue: vn⁹ panis ⁊ vnū corpus eccl'ia dr̄: pro eo ꝙ ſicut vnus panis ex multis granis: ⁊ vnū corpus ex multis mēbris cōponitur: ita eccl'ia ex multis fidelibus charitate copulante cōnectit͛. Et ad Rom̄. xij. dr̄. Sicut eñ in vno corpore multa mēbra habem⁹. oīa aūt mēbra nō eundē actū habent: ita multi ſumus vnū corp⁹ in xp̄o. ſinguli aūt alter alteri⁹ mēbra habētes donatōes ſm̄ grām que data eſt nobis differentes ⁊c̄. Secundū aūt a quo ſumitur ſimilitudo eſt conformitas ⁊ vnitas mēbroꝝ ad caput. Plane quēadmodū in corpore naturali hoīs caput ꝯnaturale ē reſiduo corpori: ⁊ p̄ collū ei cōiungit͛ a quo ſicut a perfectiori: vtputa in quo oēs reſidēt ſenſ⁹ ſm̄ plenitudinē ſenſus ⁊ mot⁹ in totū corp⁹ diffunditur: ita in corpore eccl'ie caput qḋ eſt xp̄us ſm̄ illud ad Eph̄. i. Ip̄m dedit caput ſup omnē eccleſiā que eſt corp⁹ ei⁹ per aſſumptā naturam eſt reſiduo corpori cōnaturale. Et p̄ fidē q̄ intelligit͛ per collum. Cant. iiij. Sicut turris dauid collū tuū nos ei vnimur. ad Eph̄. iiij. Caput xp̄i ex quo totū corpus. ſ. eccl'ia cōpactū ⁊ ꝯnexū per oē₃ iuncturā ſubminiſtratōis. glo. id eſt p̄ fidē ⁊ charitatē que cōiungūt ⁊ faciūt mēbra xp̄i adinuicē miniſtrare. Tertiū vero a quo accipit͛ ratio myſtice locutōis eſt vnitas ſpūs. quēadmodu₃ quidē corp⁹ naturale hoīs vnū habet ſpm̄ viuificantē totū corpus ⁊ vniuerſa mēbra regentē: ita in toto corpore eccleſie vn⁹ eſt ſpūs viuificans ⁊ regens: qui ē ſpiritusſanct⁹. de quo. i. ad Cor. xij. Et in vno ſpiritu oēs nos in vnū corp⁹ baptizati ſum⁹. Cuius ſenſus eſt ſm̄ glo. ꝙ baptizati. i. abluti ſumus vno ſpū ducti ſum⁹ in vnū corpus. Unde glo. dicit. Quēadmodū totū corp⁹ hoīs vna anima vegetat͛: ita vn⁹ ſpūs facit oīa in mēbris xp̄i. Et iḋo ad Eph̄. iiij. dicit͛. Unū corp⁹ ⁊ vn⁹ ſpūs. Quartū vero in quo myſtica ſimilitudo attēdit͛ eſt: ꝙ ſicut in corpore humano caput ⁊ membra dicunt͛ cōſtituere vnā perſonam vt dicat͛ vnus homo. vt dicit Aug. ſuper Iob. homel'. xxi. ita ſuo modo in corpore eccl'ie Unde idem Aug. ſup p̄s. lxi. Unus eñ homo cū capite ⁊ corpore ſuo ieſus xp̄s ſaluator corporis: ⁊ membra corporis duo in carne vna ⁊ in voce vna ⁊ in paſſione vna: ⁊ cū tranſierit iniquitas in requie vna. hec Auguſtinus.

*Mysticū q̄d ſit* (margin note)

Capitulum. xliiij. de varietate membroꝝ eccleſie et ſignificatione eorum.

*Cap. XLIIII Eccleſie mēbra* (margin note)

Quemadmodu₃ autē in corpore humano ſm̄ varietatē actuū ⁊ operationū diuerſa ſortiunt͛ vocabula ipſa corporis membra: vt aliud vocet͛ caput: aliud ocul⁹ aliud manus ⁊c̄. ita in corpore xp̄i myſtico: qḋ eſt eccleſia ſm̄ diuerſitatem ⁊ varietatē operationum ⁊ officioꝝ quibus fideles xp̄i tanq̄ corporis mēbra deputati ſūt diuerſas ſortiūt͛ mēbroꝝ rōnes. Ufi Iob dicebat. c. xxix. Oculus fui ceco: pes claudo. Oculus erat quē ſpiritus ſapiētie illuſtrabat. oculus fuit ceco q꞉ imprudēti prudent͛ ꝓuidebat ⁊ deuio ac errāti viā demōſtrabat ſalutis. pes erat claudo q꞉

debilib⁹ roboris fulcimēta preſtabat. Mem-
bra autē eccl'ie ſūt que ſequunt̃: vt in li. Cāti.
cui⁹ materia vt dicit glo. in pncipio eſt ſpon-
ſus ⁊ ſponſa caput ⁊ eccl'ia. caput: facies: ge-
ne oculi: aures: naſus: labia: dentes: collū: vbe-
Caput ra: manus venter: crura ac pedes.. De capite
eius habet̃ Cant̃. v. Caput eius aurū optimū
glo. caput. i. xp̄s: qui eſt caput corporis eccl'ie
ſapiētia plenū. Colo. ij. In ipſo ſunt om̄s the-
ſauri ſapiētie ⁊ ſcientie dei abſconditi. Et dr̃
aurū optimū quia fulgētiſſimū. Eſt em̄ ſpecio
ſus forma pre filijs hominū. ps̄. xliiij. Merito
autē xp̄s dr̃ caput corporis eccleſie. Primo q2
inſtar capitis ceteris membris ſuperior eſt ac
ſublimior. Joh. iij. Qui de celo venit ſup om̄s
eſt. Secūdo q2 ſicut in capite om̄es habitant
ſenſus qđ nō eſt in ceteris membris. In capi-
te em̄ viſus eſt auditus olfactus guſtus ⁊ ta-
ctus. in ceteris aūt ſolus ſenſus tact⁹. ita ⁊ in
xp̄o plenitudo eſt om̄is grē: vtputa in quo ha-
bitat om̄is plenitudo diuinitatis. ad Colo. ij.
vnde Aug. in ep̄la ad Dardanū. Quia ille ca-
put eſt in eo ſūt oēs ſenſus diuinitatis. in ſan-
ctis vero alijs quaſi ſolus ſenſus tactus q̊bus
datus eſt ſpūs ad menſurā. Tertio xp̄us dicit̃
caput corporis eccl'ie: q2 ſenſum ⁊ motuȝ fidei
om̄ib⁹ eiuſdē corporis mēbris tranſfudit ⁊ tri
buit. ſm̄ illud Joh. i. de plenitudine ei⁹ oēs ac
cepim⁹. Has tres rōnes ſimul cōplectit̃ ap̄ls
ad Colo. i. dicēs. Om̄ia p ip̄m ⁊ in ip̄o creata
ſunt ⁊ ip̄e eſt ante oēs ⁊ om̄ia in ip̄o conſtant:
⁊ ipſe ē caput corporis eccl'ie. vbi glo. ita dic̃.
Super oēs eſt. nullus eſt ei equalis etiā ſm̄ ꝙ
homo. ⁊ ſicut om̄ia creauit ita ⁊ in ip̄o conſtāt
om̄ia q̊ oīb⁹ ſm̄ diuinitatē infuſus oīa ſuſtinet
⁊ regit: ⁊ cū talis ſit ip̄e etiā ſm̄ hoīs naturaȝ
eſt caput corporis ſui ſciȝ eccl'ie q̄ vnita eſt ei
grā ⁊ natura vt capiti. bn̄ ergo dr̃ caput corpo
ris. i. eccl'ie: q2 ita ſe habet ad eccl'iam ſicut ca-
put ad corp⁹. puidet em̄ eccl'ie ⁊ regit eā ⁊ in
ipſo ſunt oēs ſpūales ſenſus eccl'ie ſicut in ca-
Facies pite oēs ſenſus corporis. hec ibi. De facie au
tem eccl'ie dr̃ Cant̃. ij. Oſtende mihi faciē tuā
facies em̄ tua decora. Per faciē em̄ in qua ma
xime decor pulchritudinis ⁊ perſone ſpecioſi-
tas relucet viros exemplares ſanctitate ⁊ re-
ligione cōſpicuos intelligim⁹: q̊bus ait xp̄us
Math. v. Sic luceat lux veſtra corā hoīb⁹ vt
videant opera veſtra bona ⁊ glorificēt patrē
veſtrū qui in celis eſt. vnde glo. Cant̃. ij. inq̊t.
Oſtende mihi faciem tuā. i. qđ intus pulchri-
tudinis habes ⁊ in ſecreto quietis didiciſti in
publica actione ad vtilitatem multoꝝ demō-
ſtra. Et Orige. ſup Canti. Facies eccleſie ſpe
cioſa eſt: hereticoꝝ vero turpis. ſi quis tamen

eſt qui bene nouerit pulchritudinē vultus p-
bare. i. ſi quis ſpūalis eſt qui ſciat examinare
om̄ia: nam apud imperitos ⁊ animales homi-
nes pulchriora vident̃ mēdacij ſophiſmata ꝙ
documēta veritatis. De genis autē eccleſie Gene
dicit̃ Cant̃. i. Pulchre ſunt gene tue ſicut tur-
turis. ⁊ Cant̃. iiij. Sicut fragmen mali punici
ita gene tue. ⁊ Cant̃. v. Gene illius ſicut areo
le aromatū conſite a pigmētarijs. Per genas
autē in q̊bus pulchritudo pudor ⁊ verecūdia
deſignat̃ eos intelligim⁹ in eccl'ia qui pudibū
di ſunt ⁊ verecūdi: quos pudet dicere vel face
re audire vel videre turpia. vnde Origen̄. ſup
Cant̃. Gene aūt ei⁹ dicunt̃ in q̊bus honeſtas
⁊ verecundia anime cognoſcit̃ per quas ſine
dubio illi in mēbris eccl'ie declarant̃ qui caſti
tatis ⁊ pudicicie excolunt honeſtatē. hec Ori
genes. Verū tales maxime intelligendi in ec
cleſia ſunt prelati elegātes morib⁹ ⁊ ſancte cō
uerſationis candore fulgentes: qui non modo
in exempluȝ ſed in timorē ſunt ceteroꝝ. Qua-
re glo. Cant̃. iiij. ſup illud. Sicut fragmen ma
li punici gene tue. i. pudibūdi prelati qui faci
es ſunt eccl'ie in quoꝝ conſpectu pudet alios
male agere. Sed videam⁹ quomodo ſpūs ita
pulchre deſignat genas eccleſie: inquit quidē
Primo pulchre ſunt gene tue ſicut turturis.
tum pp̄ter caſtitatē qua prelati ⁊ miniſtri ec
cleſie pollere debent. Eſa. lij. Mundamini q̄
fertis vaſa dn̄i. Tum pp̄ter gemitū cōpaſſio-
nis quē habere debent erga proximū. ij. Coꝝ. xi.
Quis infirmat̃ ⁊ ego non infirmor. turtur aūt
gemitū habet pro cantu. Tertio pp̄ter contē
plationis ſolitudinē quā amare debent ſicut
turtur. Oſee. ij. Ducam illam in ſolitudinē ⁊
ibi loquar ad cor eius. Secūdo gene eccleſie
dicte ſunt ſicut fragmen mali punici: in quo
multa grana rubea cōtinent̃. In quo deſigna
tur ꝙ in multis exemplū debent eſſe ceteris.
ſm̄ illud ap̄li. i. Thim̄. iiij. Eſto exemplū fideli
um in verbo in ꝯuerſatiōe in charitate ⁊ fide
⁊ caſtitate. Vel ideo ſic dicte ſunt: q2 maxime
p̄lati ⁊ p̄dicatores nō debēt erubeſcere frag-
men mali punici. i. xp̄m crucifixū ſed illum ha
bent imitari ⁊ apta cōfeſſione pre ceteris pfi
teri. ſm̄ illđ ad Rom̄. i. Nō erubeſco euāgeliū
glo. ſicut illi q̄ crucem xp̄i putāt ignominiam
Tertio gene eccl'ie cōparāt̃ areolis aromatū
ꝯſitis a pigmētarijs. Cant̃. v. q2 ſicut in areis
herbe plātant̃ aromatice: ſic in eoꝝ mētibus
plātata ſūt germina odorifere ſuauitat̃: a pig-
mētarijs. i. a ſctis videlȝ doctorib⁹ q̄ de ap̄lis
⁊ pp̄his aromata ſmonū ſctōꝝq; operū aſſū-
pſerūt ⁊ meſſuerīt q̄ i ceteris plātarūt fidelib⁹
Dicit̃ aūt ſicut areole cōſite nō inſite: q2 coad

intores dei ſumus.i.Corin.iij.vel a pigmenta
rijs.i.a tribus diuinis pſonis.Pater enim ap
propriate loquēdo ibi ꝯſerit robur fortitudis.
Filiꝰ lumen diſcretionis. Spūſſanctꝰ odorez
ſuauitatꝭ.Eccleſiaſtici.xxiiij.Quaſi myrra ele-
cta dedi ſuauitatē odoris. Verū qꝛ opera tri-
nitatis īdiuiſa ſunt:vt ait Diony.⁊ Aug.treſ-
qꝫ pſone ſunt vnus deꝰ.Joh.x.Ego ⁊ patꝰ vnū
ſumus.Et prime Johan.i. Tres ſunt qui te
ſtimoniū dant in celo Pater:Verbū:⁊ Spūſ
ſanctꝰ.⁊ hi tres vnū ſunt.ideo ſingularitꝰ dicitꝰ
Eccleſia.xxviij.Vnguētarius faciet pigmēta
Oculi ſuauitatis. De oculis vero eccleſie ita hētur
Cantꝰ.iiij.vbi ſpōſus ſpōſam de oculis cōmen
dās ait.Oculi tui colūbarū.⁊ Cantꝰ.vij.Ocu
li tui ſicut piſcine in eſebō.per oculos em̄ in q̄
bus virtus ſedet viſiua ad prouiſionez totius
corporis deſignātur in ecclīa q̄ maiori acumi-
ne ⁊ pſpicacitate īgenij vigētes diuinarū ſcri
pturarū archana profundiꝰ penetrāt et ceter
adminiſtrant q̄ ꝓ diſcretionis āplitudine ⁊ i-
telligentie claritate quā ſup ceteros hn̄t non
tm̄ ſibi ſ; etiā alijs precauent ab inſidijs mali-
gnoꝝ ſpirituū.Duo aūt oculi ecclīe deſignātꝰ.
Vnꝰ dexter.ſ.qui illuminati ſunt ſpū ſapiētie
in cognitōne diuinoꝝ.Alter ſiniſter.ſ.qui illu
minati ſunt ſpū ſcie.i.in adminiſtratiōe bona
rerū tpaliū.de iſtis dicit ſpōſus.Oculi tui co
lumbaruz.nō dixit corui vel vulturis q̄ ſp hn̄t
ocl̄os ad cadauera.nō dicit accipitris vel he
rodij quoꝝ oculꝰ ſemp eſt ad ſanguinē ⁊ rapi
nā.ſ; dicit colūbarū que ſimplices ſūt ⁊ iuxta
riuos aquarū ⁊ fluenta pleniſſima reſidēt:ita
doctores eccleſie ſci ſimplices ſunt ſine plica
erroris ⁊ malitie ⁊ fluētis ſcripturarū inſiſtūt
vt in illis ſpūalia myſteria cognoſcant.Vnd
Origeñ.ſuper Cantꝰ.ita dicit.Qꝛ autem oculi
eccleſie comparantur columbis:ob hoc profe
cto ē:qꝛ diuinas ſcripturas non iam ſm̄ litte-
ram ſed ſm̄ ſpirituz intelligant et aſpiciāt in
eis ſpiritualia myſteria.Columba enim indi-
cium eſt ſpiritusſancti.Spiritualiter ergo in
telligere legem ⁊ ꝓphetas hoc eſt:oculos co-
lumbe habere.Hec Orige.Et glo.Cantꝰ.vij.
dicit.Oculi ſunt qui archana reſpiciūt vt in
aperto poſſint proloqui qui fluenta doctrine
Aures auditoribus dare nō ceſſant. De auribus ec-
cleſie Cantꝰ.i.implicita mentio fit:vbi ſpon-
ſus ait ſponſe.Murenulas faciemus tibi ver
miculatas argento.Murenule iuxta glo.ſūt
ornamenta aurium.Sunt quidem quedā ca-
thenule ex diuerſis annulis inuicem ſibi pene
trantibus facte.Per aures que doctrine ver-
ba audiunt ⁊ ſuſcipiūt:intelligendi ſunt in ec
cleſia.vt ait glo.Viri ſpiritu ſancto illumina
ti qui ſpiritualis intelligentie auro interius ⁊
celeſtis eloquētie argento exteriꝰ ſplendētes
ſm̄ perſonarū diuerſitatem alijs nō ceſſant re
uelare ꝓfunda ſapiētie diuine.quarū aurium
ornamenta dicta ſunt argēto vermiculata qꝛ
vario nitore fulgere debent ſermones docto-
rum.vnde quippe ſm̄ qualitatē auditoꝝ for-
mandus eſt ſermo doctoꝝ ſm̄ Grego.Plane
nō oīa miniſtrāda ſūt om̄ibꝰ:ſed p̄cepta oībꝰ:
perfectis cōſilia:paruulis rudimēta:grandi-
bus vero profunda ſecreta. De naſo autē ec- Naſus
cleſie habetꝰ Cantꝰ.vij.vbi ſpōſus ita ſponſam
de naſo cōmendat.Naſus tuus ſicut turris li
bani que reſpicit contra damaſcū.Per naſuz
vero in quo ſagacitas ⁊ diſcretio notatꝰ ⁊ deſi
gnatur:illos accipimus in eccleſia qui ſagaci
ter diſcernūt quid ſit odor vite in vitā:mortis
in mortē.que ſit fragrantia virtutū:quid ſit fe
tor vicioꝝ.vnde glo.ait.Per naſum intellige
eos qui cautiſſimi diſcretores ſunt boni ⁊ ma
li.quos nulla fallit hypocriſis.iſti dicuntꝰ tur-
ris libani que reſpicit cōtra damaſcū.Dama-
ſcus interpretatꝰ potus ſanguinis vel bibens
ſanguinē.⁊ figurat dyabolū qui noſtrarū ſitit
ſanguinē animarū:cōtra quē iſti dicuntꝰ liba-
ni turris.Turris inquā ꝓpter fortitudinē cō-
ſtantie.Turris ꝓpter altitudinē virtutū.Tur
ris ꝓpter loci eminentiā quā in eccleſia tenet
vt incurſus malignoꝝ ſpirituū a lōge ꝓſpici
ant ⁊ precaueant:⁊ ita ꝯtra inſidias dyabolo-
rum ⁊ neqꝫ hominū ſuos muniāt ⁊ aliquos in-
de extrahant. De labijs ecclīe Cantꝰ.iiij.ita Labia
ſponſus ſponſam cōmendat.Fauus diſtillās
labia tua ſponſa.Per labia vero quibꝰ verba
formantꝰ doctores ⁊ predicatores intelliguntꝰ
in eccleſia:qui per ſuauitatem ſermonis ⁊ cō-
gruitatē doctrine.vt ait glo.melli comparātꝰ.
ps̄.cxviij.Qꝛ dulcia faucibꝰ meis eloquia tua
ſuper mel ori meo.Et Cāticoꝝ.iiij.Labia tua
⁊ eloquium tuum dulce.Quā obrem.Cantꝰ.ij.
ait ſponſus ſponſe.Sonet vox tua in auribus
meis:vox em̄ tua dulcis.ſuper quo dicit Ori-
genes ſup Cantꝰ.Auditā vult fieri vocem ec-
cleſie ſue:quia qui eum confeſſus fuerit coram
hominibꝰ:⁊ ipſe confitebitꝰ eum coram patre
ſuo qui in celis ē:quia vox tua ſuauis ē:⁊ quis
nō cōfiteatꝰ ſuauē vocem eſſe eccleſie catholi-
ce fidē verā ꝯfitētis:inſuauē vero ⁊ iniocūdā
eſſe hereticoꝝ vocē qui non dogmata veritatꝭ
ſed blaſphemias in deū ⁊ iniq̄tatē in excelſuz
loquuntꝰ. De dētibꝰ eccleſie Cantꝰ.vi.ita ſpō Dentes
ſus ſpōſe loquitꝰ.Dentes tui ſicut greges oui-
um que aſcendunt de lauacro.Per dētes qui
candidi ſunt ⁊ fortes ⁊ inſtrumēta ſūt coope-
rantia tam ad maſticādū diuidendūqꝫ cibū q̄

ad formandū ſermonē: intelligendi ſunt in eccleſia pfecti doctores fide cōſtantiſſimi: innocentie puritate candidi: alijs cibū frangētes & maſticando exponētes ſalutē: irriguis affluunt doctrinis. ſicut greges pleni ſūt aqua in velleribꝰ cū de lauacro mox aſcendūt. De collo eccl'ie ſcribit Cant. iiij. Sicut turris dauid collū tuū que edificata ē cū ꝓpugnaculis. Et Cāti. vij. Collū tuū ſicut turris eburnea. Per collū aūt p qđ ꝯiungit corpꝰ capiti & in corpꝰ cibus traijcit & incorporat: intelligunt prelati qui cibos doctrine & ſacramenta eccleſiaſtica alijs diſpēſando xpo & eccl'ie alios incorporant. Uñ dictū eſt petro Act. x. Macta & mā duca: qꝛ vt dicit Augu. ſup pš. cxxiij. In eccl'ie corpus nemo intrat niſi priꝰ occiſus moriatur qđ fuit vt ſit qđ non fuit. venit paganꝰ adhuc in illo idolatria viuit. inſerendus eſt mēbris xpi: vt inſerat neceſſe eſt vt manducet: ſed nō pōt manducari ab eccl'ia niſi pmo mactatꝰ renunciet ſeculo: tūc mactat cū credit in deum. hec Aug. Tales turris dicti ſunt: qꝛ ſancte vite exēplis & verbi poteſtate tanꝗ ꝓpugnaculis ceteris facti ſūt turris inexpugnabilis munitiōis. De vberibꝰ eccl'ie Cant. iiij. ita ſpōſus ſponſe loquit. Pulchriora ſunt vbera tua vino. Per vbera que lac paruulis infundunt doctores & magr̄i in eccl'ia deſignant: vt dicit glo. Cant. Qui ſolidos cibos atterēdo in naturā lactis conuertūt vnde nutriunt paruuli nuper in fide renati. de quoꝝ numero erat petrus q ait. i. Pet. ij. Quaſi modo geniti infantes rōnabiles ſine dolo lac concupiſcite vt in eo creſcatis in ſalutē. Erat & apl's Paulꝰ qui ait corinthijs. Tanꝗ paruulis in xpo lac potū dedi nō eſcā. i. Coꝝ. iij. Hec vbera pulchriora eſſe vino dicunt. qꝛ vt ait glo. interli. honeſtiora & pulchriora ſunt documēta eccl'ie ꝗ philoſophice & logicales doctrine. Ubi cōſiderandum ꝙ tam in hoc. iiij. ca. ꝗ in. vij. Cant. vbera eccl'ie duo eſſe deſcribunt. vbi dr̄. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capree gemelli q paſcunt in lilijs donec aſpiret dies. Duo dicunt tum qꝛ duo teſtamēta ex quibꝰ tanꝗ ex vberibus duobꝰ vniuerſum lac emanat quo mater eccl'ia ſuos nutrit filios. Tum qꝛ duplex dicit eſſe doctrina. ſcꝫ doctrina credēdoꝝ & doctrina agendoꝝ. Aſſimilant aūt hinnulis capree gemellis qui acute vident & conformitatē habent: quia in doctoribꝰ eccl'ie facta & dicta ſic inter ſe ꝯgruere debēt ac ſibi reſpōdere vt ſermoni vita ꝯcordet q paſci in lilijs phibent. i. ſcripturarū floridis ſententijs & ad caſtitatē mūdiciā inuitātibꝰ in quibꝰ etiā ipſe ſpōſus paſcitur. Cant. ij. Dilectꝰ meus mihi & ego illi: qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies. ſcꝫ eternitatē. de qua pš. lxxxiij. Melior ē dies vna in atrijs tuis ſup milia. De manibꝰ ſpōſe ita ipa ſponſa loquit Cant. v. Manus mee diſtillauerunt mirrā. Per manꝰ aūt qbꝰ maxime operamur & dimicamꝰ ſm illud pš. cxliij. Qui docet manꝰ meas ad preliū: & digitos meos ad bellū: accipiunt in eccl'ia viri probi actiue vite deditī q in campo cōmunicatōnū huiꝰ ſeculi viriliē ſe exercentes & cōſtātiſſime dimicantes labores: anguſtias: amaritudines ac tormēta grauiſſima ꝓ celeſtis vite deſiderio perferentes clariſſima patientie & longanimitatē exempla ceteris reliquerūt. Uñ glo. ſup illud Manꝰ mee diſtillauerūt mirrā dicit. i. exemplū amara patiēdi. De ventre eccl'ie Canti. vij. ſic ſponſus cōmēdat ſpōſam. Uenter tuꝰ ſicut aceruus tritici vallatꝰ lilijs. Per ventrē autē in quo fructꝰ generatōis cōcipit & formatur vt ex glo. colligit: boni ꝯiugati deſignant Dicunt aūt aceruus tritici vallatꝰ lilijs. Aceruus ꝓpt bonoꝝ operū abundantiā quibꝰ boni cōiugati fructꝰ ſibi preparāt quibꝰ ꝑpetuo reficiant. Tritici qꝛ pauperū refectioni ſollicite intēdūt. Uallatꝰ lilijs: qꝛ vt dicit glo. oīa bona que operant gr̄a vidēde claritatis agūt

De cruribꝰ ſponſe pōt rōne cōformitatis cōgruenter accipi illud Cant. v. qđ de cruribus ſponſi ſcribit. Crura eiꝰ colūne marmoree que fundate ſunt ſup baſes aureas. Per crura aūt que corporis ſunt colūne: deſignant in eccl'ia viri ſapiētia & ſanctimonia preſtātiſſimi q alios ſuo robore in eccleſia ſuſtentant & corroborant: vt dicit glo. Uñ de bris apl'is petro iacobo & iohanne dicit paulus ad Gal. ij. Qui videbant colūne eſſe. glo. i. ſuſtētatio totiꝰ eccleſie. De pedibꝰ aūt eccl'ie ſatis apte habetur Cant. vij. vbi inqt ſponſus ipe eccl'ie. Q pulchri ſunt greſſus tui in calciamētis filia pncipis. glo. i. dei. Per pedes autē qui totū corpꝰ ſuſtētant & portant: intelligunt in eccl'ia apl'i qui xpi fidē in oēm terrā predicādo exēplis & miraculis coruſcando deportant. de qbꝰ Eſa. lij. & ad Rom. x. Q ſpecioſi pedes euāgelizātium pacem euangelizantiū bona. glo. pedes xpi ſunt apl'i eius pdicationē portādo: qui ſpecioſi dicti ſunt: quia a puluere peccati mundi Calciamēta autē iſtoꝝ pedū eccleſie teſtimonia ſunt ſcripturarū & ſanctoꝝ patrū exempla ꝓpter quā tam admirabilē & ſpecioſam varietatē membroꝝ in ſponſa merito ſponſus ait illi Cātico. iiij. Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. Et hec de ſignificatione membrorum corporis eccleſie pro nunc dixiſſe ſufficiat.

Collum

Ubera

Manus

Uenter

Crura

Pedes

Capitulū.xlv. In quo ponūtur obiectōes ꝯtra illō
qd̄ dictū eſt de capite corporis eccleſie.

Cap. XLV ONtra autem ea
C que dicta ſunt de capite corporis
eccleſie arguet᷑ aliq̄bus rōnibꝰ ꝙ
xp̄s nō ſit caput ecclie vt tandem
ex illarū ſolutōne ſplēdidior nob̄ fiat ṽitas iā
Argu. primū dictoꝝ. Arguit᷑ aūt p̄mo ꝙ xp̄s nō ſit dicē⸗
dus caput ſed potius cor ecclie. quia cor ē p̄n
cipiū vite in toto corpe. ſicut ſapiēs ſalomon
Prouer.iiij. dicit. Omni cuſtodia cuſtodi cor
tuū qm̄ ab ip̄o vita ꝓcedit. ſed hoc ꝯuenit xp̄o
qui totā eccliam viuificat. ẜm illud .i. Corin.
xv. Sicut in adam omnes moriunt᷑: ita in xp̄o
om̄s viuificant᷑. ḡ maxime dicēdus eſt chriſtꝰ
cor ecclie. Et ꝯfirmat᷑: q2 p̄or actus anime eſt
vita. ſecūdꝰ eſt illuminare ⁊ ſenſificare. ⁊ p̄us
ꝓcedit vita a corde in mēbris ⁊ poſtea ſenſus
a capite ī mēbris. ḡ a p̄mo actu deberet xp̄s
magis denoiari q̄ꝫ a ſecūdo. ⁊ ita magis debe
Secundū ret dici cor ecclie q̄ꝫ caput. Scd̄o arguitur
ſic. Si xp̄s dicēdus eſſꝫ caput ecclie aut dice
ret᷑ ẜm diuinā naturā aut ẜm humanā: ſʒ nec
ſic nec ſic. ḡ nullo mō. ꝓbat᷑ mior ꝑ vtraqꝫ pte
et p̄mo ꝙ nō ẜm diuinā naturā: q2 vnius na⸗
ture ſunt caput ⁊ corpus: ſed xp̄s ẜm diuinaꝫ
ſubſtantiā nō eſt eiuſdē nature cum corpe ec⸗
cleſie vt de ſe patet. ergo videt᷑ ꝙ xp̄s ẜm di⸗
uinam naturā nō ſit dicēdus caput eccleſie.
Scd̄a pars Quod nec ẜm humanā naturaꝫ arguit᷑ ſic. A
capite eīm ſp̄us aīalis ad mēbra diffundit᷑: ſed
ſp̄us ſanctus nō diffundit᷑ a xp̄o in eccleſiam
ẜm ꝙ homo ſed inquātū deus. dicit eīm Aug.
xv. de tri. ꝙ xp̄s nō dat ſpm̄ ſanctū inq̄ꝫtū ho
ſʒ inq̄ꝫtū deus. ḡ xp̄o ẜm humanā naturā non
Tertium ꝯpetit eſſe caput ecclie. Tertio ſic. Sen⸗
ſus ⁊ motus traducit᷑ a capite in mēbra: ſʒ grā
que motū vite facit in corpe ecclie nō eſt per
traductionē ab vno in aliū. ḡ xp̄s ẜm hanc ſi⸗
Quartum militudinē n̄ poteſt dici caput ecclie. Quar
to. gratia capitis nō influit niſi ad eos qui iā
ſunt mēbra ⁊ nulli ſunt mēbra niſi iungant᷑ ꝑ
fidē ⁊ charitatē. ergo in nullos influit niſi in
habētes fidem ⁊ charitatē: ſed habētes fideꝫ
et charitatē habēt motū ⁊ ſenſum. ḡ videt᷑ ꝙ
gratia capitis in nullos influat nec motum
nec ſenſum. ḡ videt᷑ ꝙ influere ſenſum ⁊ motū
Quintum nō ꝯpetat xp̄o. Quito ſic. Capitis nō eſt
aliud caput: ſed caput xp̄i eſt deus. ẜm illud .i.
Corinth.xij. Caput xp̄i deus. ḡ ip̄e xp̄s nō eſt
Sextum caput. Sexto ꝯfirmat᷑ ſic. Unius corpis
vnū eſt caput: ſed xp̄s eſt caput ecclie ẜm di⸗
Septimum uinitatē: ergo nō ẜm hūanitatē. Septimo
ſic. De rōne capitis eſt ꝙ habeat om̄s ſenſus
q̄ ſunt in corpore. vt dicit Aug. ī epl̄a ad Dar
danum. ſed aliq̄s ſenſus ſp̄ualis eſt in ecclia
qui nō eſt in xp̄o. ſ. fides ⁊ ſpes. ergo xp̄s non
eſt dicēdus caput ecclie. Octauo. Caput Octauum
in homine eſt particulare mēbrū recipiēs in⸗
fluentiā a corde: ſed xp̄s cū ſit vniuerſale prin
cipium eccleſie nō recipit aliquā influentiaꝫ
ab aliquo mēbro corpis ſed totū corpus ab ip
ſo ẜm illud Joh. primo. de plenitudine eiꝰ ac⸗
cepimus omnes. ergo non eſt eccleſie caput.
In oppoſitum ſunt ea que diximus in prece⸗
denti capitulo.

Capitulum.xlvi. In quo reſpondetur obiectiōibus
iam factis.

R ESpondētes dici Cap. XLVI
mus ꝙ queādmoduꝫ tota eccleſia Chriſtus eſt ca⸗
vnū corpus myſticū dr̄ ꝑ ſilitudieꝫ put eccleſie
ad corpꝰ naturale hoīs: vt ſupra de
clarauimus: ita xp̄s dr̄ caput ecclie ẜm ſimili
tudinē humani capitis in quo eſt reꝑire q̄ttu
or ꝯditiones reſpectu alioꝝ mēbroꝝ ſingula
riter. Prima eſt q2 excellit ea dignitate in tri
bus in altitudine ſitus q2 eſt p̄ma pars hoīs
incipiēdo a ſuperiori. Scd̄o in nobilitate pro
prie ṽtutis. ſ. quia nobiliores vires: vt ymagi
natio memoria ⁊ hmōi: habēt locū in capite.
Tertio in ꝑfectione: q2 in capite congregant᷑
oēs ſenſus: cū ī alijs mēbris ſit ſolus ſenſus ta
ctus. Secūda ꝯditio capitis humani eſt ꝙ a
capite ſunt vires animales in alijs mēbris. et
ſic dr̄ p̄ncipiū alioꝝ membroꝝ dans eis ſenſū
et motū. Tertia eſt ꝙ dirigit alia mēbra in ſu⸗
is actibus ꝓpter ymaginationē ⁊ ſenſus q̄ in
eo fontaliter abūdāt. Quarta ꝯditio ſiue ꝓ
prietas eſt: ꝙ eſt ꝯforme in natura alijs mem
bris. Unde btūs Ambro. in Hexameron. lib.
vi. de capite ita loquit᷑. Primū oīm cognoſca
mus humani corpis fabricā inſtar eſſe mundi
ſiq̄dem ⁊ celū eminet vt aer terra mareqꝫ ve
lut quedā mēbra ſunt mūdi. ita ⁊ caput ſupra
reliquos artus noſtri cernimus eminere p̄ſtā
tiſſimūqꝫ eſſe omniū ſicut elemēta celū tanq̄ꝫ
arcem inter reliqua vrbis menia: in hac arce
reliquā regalē quādā habitare ſapiam ẜm ꝓ⸗
pheticuꝫ dictū: q2 oculi ſapiētis in capite eiꝰ
hanc eſſe tutiorē ⁊ ex illa oībus mēbris vigo⸗
rem prudentiāqꝫ deferri. Rōne aūt p̄me ꝓpe⸗
tatis. ſ. ꝑfectionis: omne quod eſt ꝑfectiſſimū
in quacūqꝫ natura ſiue dignius in aliquo ge⸗
nere: dr̄ caput: ſicut leo in aīalibus. ⁊ ī de Eſa.
xi. dr̄. Senex ⁊ honorabilis ip̄e dr̄ caput. Rōe
aūt ſcd̄e ꝓpetat᷑. om̄e p̄ncipiū dr̄ caput. ſicut
fons caput fluminū. ⁊ p̄ncipiū vie caput vie.
ẜm illud Hiere.ij. Ad om̄e caput vie poſuiſti

lupanar tibi. Rōe aūt tertie ꝓprietatis dicit̃
oīs rector caput ſicut rex dux pōtifex. ſm illō
ṗmi Regū.xv. Cū eſſes paruulus in ocul' tu-
is caput in tribubus iſrael factus es. Quātū
igit̃ ad has tres ꝓprietates capitis xp̄us pōt
dici caput ⁊ ſm humanā naturā ⁊ ſm diuinā
Scd̃m diuinā pꝫ ṗmo.ſ.rōne excellētie digni
tatis ⁊ pfectionis: qꝛ ſm diuinā naturā ē ple-
nitudo in eo oīs diuinitatis. vt dicit apl's ad
Col.ij. Unde eſt ſup oīs deus bn̄dictus in ſe
cula.ad Roma.ix. Scd̃o patet rōne ſecunde
ꝓprietatis: qꝛ ab ip̄o inq̄tum deus eſt in no-
bis omnis ſpūalis gratia. Tertio patet rōne
tertie ꝓpetatis qꝛ ip̄e deus mouet regit ⁊ diri
git nos in ſemetip̄m. Scd̃m etiā humanā na
turam competūt he ꝓpetates capitis chriſto
Primo qꝛ humana natura in xp̄o digniſſima
eſt tum rōne altitudinis: qꝛ eſt vſq; ad vnionē
in pſona diuina exaltata. tum rōne ꝓprie ope
rationis: qꝛ digniſſimū actum habuit ī eccl'ia
ſcꝫ redimere ip̄am ⁊ edificare in ſanguine ſuo
tum rōne pfectionis: qꝛ omnis gratia in eo ē
ſicut oēs ſenſus in capite: ſm illud Joh. ṗmo
Uidimus eū plenū gratia ⁊ veritate. Secūda
ꝓprietas capitis etiā cōuenit ei ſm humanā
naturā: quia p xp̄m ſenſum fidei ⁊ motū chari
tatis accepimus. Joh.i. Gratia ⁊ ꝟitas p ie-
ſum xp̄m facta eſt. Item ibidem. De plenitu-
dine eius oīs accepimus. Tertia ꝓpetas ca
pitis ſil'r ei cōuenit. ip̄e eſt eñ rex ⁊ pontifex
noſter. ad Hebre.iiij. Habemus pōtificē qui
penetrauit celos ieſum filiū dei. ip̄e quidē di-
rexit nos doctrina ⁊ exemplo. Cepit aūt ieſus
facere ⁊ docere. Actuū ṗmo. Sed quarta cō-
ditio cōuenit xp̄o in humanā naturā tm̄ et h̄
cōplet in ip̄o rōneꝫ capit̃. qꝛ xp̄s ſm humanā
naturā hꝫ pfectionē homogeneā cū alijs ⁊ eſt
ṗncipiū quaſi vniuocū ⁊ eſt regula cōformis
et vnius generis. Unde cōiter loquēdo xp̄us
ſm ꝙ deus pōt dici caput eccl'ie ſimul cū p̄re
et ſpū ſancto: ſed ꝓprie loquēdo eſt caput ſm
humanā naturā: ⁊ dꝛ gratia capitis ſm quaꝫ
p̄dicte ꝓpetates ei conueniūt ⁊ p̄cipue ſm ꝙ
influit alijs mēbris. de qua ꝓpheta p̄s.cxxxij.
Sicut vnguentū in capite quod deſcēdit.ſ.a
capite in barbam. Barbā.i.in ṗmos qui xp̄o
capiti inheſerūt. ⁊ deſcēdit vſq; in orā veſtimē
ti.i.p oīs ſtatus eccl'ie vſq; ad finem mundi

Ad primum Nūc venit reſpōdendū ad argumēta. Ad
ṗmū qd̄ obijcit̃ ꝙ debeat poti⁹ dici cor eccl'ie
q̄ caput. dicit̃ ꝙ poti⁹ ē dicēdus caput q̄ cor
propt̃ tria. Primo: ⁊ ē rō ſci Tho. in.iij. pte. qꝛ
caput hꝫ māifeſtā eminētiā reſpectu exterio-
rū mēbroꝝ: ſ; cor hꝫ quādā influētiā occultaꝫ:
⁊ iō cordi cōparat̃ ſpūs ſctūs q̄ inuiſibil'r ec-
cleſiā viuificat ⁊ vnit capiti. Item cōparat̃
xp̄s ſm viſibilē naturā qua homo hoībus p̄e
fertur. Scd̃a rō eſt quaꝫ aſſignat ſanct⁹ Tho.
in.iij. ſentē. qꝛ cor eſt principiū oīm membrorū
q̄ntum ad eſſe: vt dicit Phs: ſed caput eſt prin
cipiū aliarū virtū que ptinent ad ſenſum ⁊ mo
tum. ⁊ qꝛ cū dicim⁹ xp̄m eſſe principiū mēbro
rū eccleſie nō intendim⁹ q̄ntum ad eſſe natura
le ſm ꝙ ſunt hoīes ſed q̄ntū ad fidē ⁊ charita-
tem p quā mēbra eccleſie vniuntur. ideo accō
modati⁹ dr̃ caput q̄ cor. Tertia rō ⁊ eſt mgr̄i
Alex. de Alis in.iij. ꝙ ſicut dicit Aug. in li. de
ſpiritu ⁊ aīa: triplex eſt vis aīme ad corpus.ſ.
vis naturalis: q̄ operat̃ in epate ſicut ē vis nu
tritiua digeſtiua retētiua ⁊ expl'ſiua ⁊ augmē
tatiua. Scd̃a eſt vis vitalis q̄ operat̃ in corde
Tertia eſt vis aīalis que opat̃ in cerebro vnde
eſt motus ⁊ ſenſus in mēbris. operationes au
tē virtutis naturalis oīno ſunt inuoluntarie
nec ſunt ſubiecte rōi. opatōnes vero aīales oī
no ſunt ſubiecte rōni. ⁊ ideo recipiūt iperium
ab aīa. opatōes aūt vitales ptim ſūt ſubiecte
rōni ptim nō: ⁊ ideo ptim ſunt volūtarie ⁊ par
tim naturales. Qꝛ aūt ille motus qui eſt a xp̄o
capite in corp⁹ eccl'ie oīno ē ſm motū volūta-
riū qui ſimpliciter nō eſt naturalis vel vitalis
ideo licet ſint aliq̄ ſilitudines ꝓpter quas poſ
ſet xp̄s dici cor eccleſie: nihilominꝰ poti⁹ debꝫ
dici xp̄s caput eccleſie metaphorice q̄ cor vel
epar. Unde ipſe Apl's Paul⁹ in ſuis ep̄lis ſe-
pe chriſtum caput eccleſie appellat: cor autē
nō. Ad ſecūdū qd̄ obijcit̃ ꝙ xp̄s nō ſit caput Ad ſecundum
ſm diuinā naturā reſpōdet̃ ꝙ ſm illā ꝓprieta
tē capitis que eſt conformitas nature ad alia
mēbra corpis xp̄s nō eſt caput eccleſie: ſ; bene Ad ſcd̃am pt̃em
ſm alias tres ꝓprietates ſupra poſitas. Ad
aliā partē eiuſdeꝫ argumenti quod obijcit̃ ꝙ
xp̄s nō ſit caput ſm humanā naturā. Rn̄det̃
ꝙ dare ſpm̄ ſanctū eſt dupliciter.ſ. auctoritate
et miniſterio. Auctoritate q̄dē tm̄ dei eſt. ſ; mi
niſterio dicūtur etiā ſancti hoīes dare ſpm̄ ſā
ctum inq̄tuꝫ.ſ. per miniſteriū eoꝝ datur a deo
ſicut Paul⁹ dicit Gal.iij. Qui tribuit nobis
ſpiritū. glo. miniſterio nō auctoritate. ⁊ h̄ mō
xp̄o ſꝫ ꝙ eſt hō cōuenit dare ſpm̄ ſanctū nō au
ctoritatiue ſ; iſtrumētaliter ſiue miniſterialit̃
inq̄tuꝫ ei⁹ humanitas fuit inſtr̄m deitatis. et
ita actiones ipſi⁹ ex vnitate deitatis ſunt no
bis ſalutifere: vtpote grām in nobis cauſātes
⁊ p meritū ⁊ efficaciā quandā. Aug. aūt negat
xp̄m ſm ꝙ eſt hō dare ſpm̄ ſanctū p auctoritatē: in
ſtrumētaliter aūt ſiue miniſterialiter nō. cū h̄
modo etiā alijs ſanctis vt dictū eſt: cōueniat
dare ſpm̄ ſanctū. Ad tertium qd̄ obijcitur: ꝙ Ad tertium
gratia nō ſit per traductionem: dicendū ꝙ in

hoc quod de plenitudine xpi oēs accepimus
eſt aliquid ſimile traductōni q̄uis nō ſit ꝓpe
traductio. ⁊ hoc ſufficit. Eſt ḡ ſilitudo q̄tum
ad ipm ſpm̄. ſ. increatū. qui idē numero eſt in
capite ⁊ in mēbris ⁊ aliquo modo a capite ad
mēbra deſcēdit nō diuiſus ſed vnus. Eſt aūt
diſſimilitudo q̄tū ad ipm donū ſm qđ ſpūs
ſanctus in nobis habitat: q2 illud nō traduci
tur de ſubiecto i ſubiectū. ſufficit aūt ad hoc
ꝙ aliqs habeat ſimilitudinē capitis ſilitudo
dicta nō traductionis. Ad quartū qđ obij
citur ꝙ caput nō influat niſi in vnita mēbra:
dicendū vt dicit Bonauētura in. iij. ꝙ hoc hꝫ
veritatē in eo capite quod hꝫ determinatam
potentiā ⁊ nō pōt ſibi mēbra vnire nec de nō
membro mēbrū facere: ſed nō habet veritatē
nec locū in capite xpo qui pōt ſm diuinā na-
turam hoc facere. ⁊ ſm humanā mereri ⁊ im-
petrare ⁊ ita ſenſum ⁊ motū ꝑmo influere et
cōtinuare. Ad q̄ntum quod dr̄ ꝙ capit̄ nō
eſt aliud caput. Dicendū ꝙ in metaphoricis
locutionibus nō opꝫ attēdi ſimilitudinē q̄tū
ad omnia. ſic em̄ nō eſſet ſilitudo ſz rei ꝟitas.
capitis igit̄ materialis nō eſt aliud caput: q̄a
corpus humanū nō eſt pars alterius corporis ſz
corp⁹ ſimilitudinarie dictū. i. aliqua multitu-
do ordinata eſt ps alterius multitudis. ſicut
multitudo domeſtica eſt ps multitudinis ci-
uilis. ⁊ ideo paterfamilias q̄ eſt caput multi-
tudinis domeſtice hꝫ ſupra ſe caput rectorē
ciuitatis: ⁊ p hūc modum nihil ꝓhibet caput
xpi eſſe deū cum tm̄ ipe ſit caput eccl'ie. Eſt tm̄
aduertendū ꝙ xpi caput dr̄ deus nō ſm com-
pletam rōnem capitis. eſt em̄ caput ipſi⁹ ſm
ꝙ eſt ꝑncipiū eius. Principiū aūt eſt ſm hu-
manitatē ⁊ diuinitatē: ſed inq̄tum eſt ꝑncipi
um eius ſm humanitatē deficit quarta cōdi-
tio capitis: q̄ eſt cōformitas in natura. inq̄tū
aūt eſt ꝑncipiū eius ſm diuinitatē ſic deficit
ꝑma: quia pater nō hꝫ maiorē dignitatem q̄
filius q̄ eiuſdē maieſtatis ſunt honoris ⁊ glie
Ad ſextū qđ obijcit̄ ꝙ caput recipit influē
tiam a corde. dicendū vt dicit magr̄ alexāder
de alis in. iij. ꝙ nō eſt p oīa ſimile de capite ⁊
corpe materiali ⁊ ſpūali: q2 in capite materia
li ita eſt ꝙ cū influat ad corpus ⁊ ad ſingula
eius mēbra ipm tn̄ caput indiget alijs mem-
bris. vnde alia mēbra influūt ipſi. ſicut enim a
capite influit ſenſus ipſi corpori. ita a corde i-
fluit vita capiti. ⁊ ſilr̄ ab epate influit nutri-
mentū ad caput ſine qb⁹ nō pōt eē caput. vn̄
mutuo ſibi ꝓuiūt caput ⁊ mēbra: vnde caput
materiale nō ſolū ſe hꝫ in rōe influent̄ ad alia
mēbra ſz et in rōe recipient̄ ab ipſis: q2 ſe hn̄t in
mutua indigētia: ita ꝙ mēbra indigēt capite

Ad quartum

Ad quintum

Ad ſextum

et ecōuerſo. Unde. i. Cor. xij. Nō poteſt autem
ocul⁹ dicere manui opa tua nō indigeo: nec ca
put pedib⁹. nō eſtis mihi neceſſarij. Sed xps
ſm humanitatē qui eſt caput ſpūale reſpectu
corporis ſpūalis. ſ. eccleſie: nō indiget mēbris ſu
is. vn̄ ſe habet ad ipſa ſolū in rōne influētis et
nō ab ipſis recipiētis. ⁊ ita ex hac poti⁹ parte
cōpetit ſibi rō capitis in qua iportat̄ ꝑncipi-
um ⁊ origo reſpectu corporis myſtici q̄ capiti
materiali reſpectu ſui corpis. Ad ſeptimum
rn̄r negando ꝯn̄am. vnde cū em̄ deus ⁊ homo
vn⁹ ſit xps p hoc ꝙ xps ſm diuinitatem ⁊ hu-
manitatē dr̄ caput eccleſie nō ſeq̄tur ꝙ eccle-
ſia habeat duo capita. Ad octauū rn̄r ꝙ q̄c
quid pfectionis eſt in fide et ſpe totū cōuenit
xpo. ſolū aūt q̄tum ad id qđ imperfectiōis eſt
de ipſo negatur.

Ad ſeptimū

Ad octauū

Capitulū. xlvij. In quo declarat̄ qualiter xps poſſit
dici mēbrum eccleſie ⁊ qualiter non.

Cap. XLVII

ſ Urgit nō ime
rito ex dict̄ dubitatio. An. ſ.
ſicut rō capitis reſpectu cor-
poris eccl'ie xpo attribuit̄: ita
ratio mēbri eiuſdē corpis ei-
dem cōueniat ⁊ videbit̄ fortaſſis alicui ꝙ ſic.
Tum q2 caput naturale ad cui⁹ ſilitudinē xps
dr̄ caput eccl'ie nō modo dr̄ caput corpis natu
ralis ſed etiā mēbrū illi⁹ principale. Nam cor
caput ⁊ epar deſignant̄ ꝑncipalia mēbra cor-
poris. ergo ſilr̄ xps pōt dici mēbrū corpis my-
ſtici: cū ſit caput illi⁹. Tū ſcđo ex illo Apl'i. i.
ad Cor. xij. Uos eſtis corp⁹ xpi ⁊ mēbra de mē
bro. glo. i. de xpo capite ⁊ cū mēbro nr̄o. Sꝫ ꝙ
xps ſm ꝙ rō capitis et reſpectu corpis eccl'ie
ei attribuit̄ ſm humanitatē dici nō poſſit mē
brū eccleſie ſic oſtēditur. Pro quo ꝯſiderandū
cū ſancto Tho. in. iij. ſentē. ꝙ in noīe capitis i
portat̄ principiū ⁊ origo alicuius rei. In noīe
aūt mēbri importat̄ ptialitas q̄ repugnat rōi
ꝑme originis: q2 in ꝑma origine ſūt oīa ꝟtute
q̄ iueniūtur in originatis. ⁊ iō nō pōt dici mē-
brū quod nō recipit ab aliquo alio influentiā.
q2 aūt caput in naturali corpe nō ſolū influit
alijs mēbris: ſed etiā ab alijs accipit: vt nutri
mentū ⁊ alia obſeq̄a: nō tm̄ caput ſz etiā cōmē
brū dr̄. ſz xps ſm ꝙ homo non recipit aliq̄d ab
alijs mēbris eccl'ie: ſed a ſolo deo. vn̄ nō pōt di
ci membrū ſm ꝙ caput eccl'ie dr̄ ipſe ſm hūa-
nitatem. poteſt aūt dici membrū ſm hūanita-
tem: ſm ꝙ ipſe eſt caput eccleſie ſm diuinita-
tē. ſic em̄ ei⁹ hūanitas cōparata ad diuinitatē
eſt membrū ipſi⁹ diuinitat̄ que eſt caput: q2 ip
ſa diuinitas cui eſt vnita ipſa humanitas mo
uet ipſā hūanitatē ⁊ ſenſificat eā ſicut caput

Probatio prima

Secunda

membra. Et hoc modo xp̄s eſt mēbrum cor-
poris eccl'ie cuius caput eſt ipa diuinitas. et
ſic dicit apl's id quod ſupra allegatū eſt. i. Co
rinth. xij. Vos eſtis corpus ⁊ mēbrū de mem-
bro. i. de xp̄o capite. vnde appellat xp̄z caput
ſm humanitatē eſſe mēbrū reſpectu diuinita
tis. Preterea ſctūs Thomas. in. iiij. ſniarum.
diſtin. xlix. notat circa hanc partē ꝙ nomē ec
cleſie dupl'r accipit. Vnꝫ em̄ noiat tm̄modo
corpus quod xp̄o cōiūgit ſicut capiti. ⁊ ſic ec
cleſia tm̄ habet rōnem ſponſe: ⁊ hoc modo xp̄e
nō eſt eccl'ie mēbrū ſed eſt caput influēs om-
nibus alijs mēbris. Alio modo accipit eccle
ſia ſm ꝙ noiat caput ⁊ mēbra cōiuncta. ⁊ ſic
xp̄s pōt dici membrū eccl'ie inꝗ̄tum hz diſtin
ctum officiū ab omnibus alijs. ſ. influere alijs
vitam ꝗ̄uis nō multū ꝓprie dicat membrum
quia membrū importat partialitatē quandā
in xp̄o aūt bonū ſpūale non eſt particulariza
tum ſed eſt totaliter integrū. Unde ip̄e eſt to
tum eccl'ie bonū nec eſt aliq̇d maius ip̄e cum
alijs ꝗ̄ ip̄e ſolus. Sic aūt loquēdo de eccleſia
nō eccl'ia nominat tantū ſponſam ſ ſponſum
et ſponſam ꝓut p cōiunctionē ſpūalem eſt ex
eis vnū effectū. Unde btūs Aug. ſup ps. xxx.
ita ait. Vnus dr̄ xp̄s caput ⁊ corpus ſuuz. ip̄e
dicit cū de cōiugio loqueret. Erūt duo in car
ne vna igit iam nō duo ſed caro vna fit. ergo
tanꝗ̄ ex duobus vna quedā pſona ex capite ⁊
corpe ex ſponſo ⁊ ſpōſa. Nam vnitatez pſone
hmōi mirā ⁊ excellentē cōmēdat. Eſa. ꝓpha
Naz loquēs etiā in eo xp̄s in ꝓphetia ait. Si
cut ſponſo alligauit mihi mitrā ⁊ ſicut ſpōſaz
ornauit me ornamēto. Se dixit ſponſuz: ſe di
xit ſponſam. quare ſe ſponſum: q̄re ſe ſponſaz
niſi q: erant duo in carne vna: h Aug. Unde
lz ꝓpter hanc variā acceptionē nois eccleſie
chriſt⁹ aliquo modo dicat mēbrū eccl'ie eo. ſ.
mō quo ſupi⁹ declarauim⁹. nullo tn̄ mō poteſt
dici mēbrū ſpōſe. Pz etiā ex dict̄ rn̄ſio ad ob
iecta. Ad p̄mū aūt qđ obijcit ꝙ caput na-
turale nō tm̄ dr̄ caput ſ etiā mēbrū corpis. di
cēdū eſt ꝙ nō eſt p oia ſile de capite naturali
potẽtia ad actũ reducẽda: q2 erãt ꝑdeſtinati.
Preterea vt veritas iſta ſplẽdidior fiat arguit᷑
multipl'r. Primo ſic. Nullus põt dici dei fili⁹
ꝑ adoptionẽ actu ⁊ ſimpl'r nec membrum xp̃i
niſi habeat ea actual'r q̃bus q̃s efficit᷑ fili⁹ dei
ꝑ adoptionez ⁊ ea q̃bus incorporatio corpori
eccl'ie ſiue xp̃o ꝑficit᷑ ꝙtũcũqȝ ſit predeſtinat⁹
aliquis ad hmõi: q2 iſta ꝑdicata dicunt rẽ nõ
ens rõnis. Et ꝑ ſimile pꝫ q2 ꝙtũcũqȝ aliq̃s p⸗
deſtinatus ſit ad btitudinẽ nõ d2 actu beat⁹
niſi habeat ea q̃ formal'r faciũt ad btitudinẽ.
⁊ ita in ꝓpoſito. cũ g̃ ꝑdeſtinatio nõ ſit aliq̃d
formale exñs in ꝑdeſtinatis quo q̃s aut filius
dei aut membrũ xp̃i dicat᷑: impoſſibile eſt di⸗
cere cũ veritate ꝙ denoĩatio ſimpl'r mẽbrorũ
xp̃i aut dei filiorum accipiẽda ſit ex ſola diſpõne
diuine ꝑdeſtinatõis ſed accipiẽda ẽ ſcḋm preſentẽ
iuſtitiã cũ talis q̃ ſcḋm pñtez iuſtitiã eſt mẽbrũ
xp̃i actu habeat ea q̃bus aliq̃s actu talis d2 ⁊
ſimpl'r. Habet eñ actu ſpm̃ adoptõis quo q̃s
efficit᷑ actu filius dei. ſcḋm illud ad Roma. viij
Qui ſpũ dei agunt᷑ filij dei ſũt: q̃ eſt etiã quo
q̃s incorpat᷑ corpori eccl'ie: ſcḋm illud ad Eph.
iiij. Unus ſpũs ⁊ vnũ corpus. glo. Spũs ſcũs
eſt quo efficimur vnũ corpus. Item q̃ ſcḋm pre⸗
ſentẽ iuſtitiã eſt talis cõiungit᷑ actu xp̃o iun⸗
ctura fidei ⁊ vinculo charitatis que ſunt ea
q̃bus membra corpis ad inuicẽ cõnectuntur
⁊ colligant᷑: vt ait glo. ſup illud ad Ephe. iiij.
Caput xp̃s ex quo totũ corpus compactum ⁊
cõnexum ꝑ cõem iuncturã. Compactũ. ſ. per
fidem ⁊ cõnexum vinculis charitat᷑. Preterea
talis actu ſuſcipit gratie influxũ a xp̃o: ⁊ non
niſi tanq̃ membrũ a capite. g̃ videt᷑ ꝙ deno⸗
minatio ſimpl'r qua quis denoĩat᷑ membrum
eius. aut filius dei accipiẽda ſit nõ ex ſola diſ
poſitione diuine electõis: ſed ſcḋm pñtem iuſti
tiam. Et ꝙ ita ſit neceſſario ꝯfitendũ ex ipſa
ſcriptura ſancta que mẽtiri nõ põt. in multis
locis apte colligere poſſumus. d2 eñ Jo. ꝓmo
Dedit eis ptãtem filios dei fieri. glo. Mira⸗
bilis ptãs vt qui filij dyaboli erant filij dei ⁊
fratres xp̃i ꝑ eum liberati dicant᷑: ſed clarum
eſt ꝙ hoc nõ põt intelligi ſcḋm ꝑdeſtinationẽ:
q2 reſpectu illi⁹ cũ immutabilis ſit: nulla po⸗
teſtas nobis data eſt vt ſcḋm illam filij efficia⸗
mur dei. Dicit eñ Aug. ꝙ numerus ꝑdeſtina
torum certus eſt q̃ nec augeri põt nec minui:
g̃ impoſſibile eſt vt denoĩatio filiorum dei attẽ⸗
dat᷑ ex ſola diſpoſitione diuine ꝑdeſtinatiõis
Itez ap'ls ad Theſſa. ſcribẽs dicit. Filij lucis
eſtis ⁊ filij dei. i. Theſſa. v. Item. i. Jo. iij. Nũc
filij dei ſumus. ſed manifeſtũ eſt ꝙ loquebant᷑
fidelibus in deũ credẽtibus qui ſcḋm pñtem iu
ſtitiã ſunt filij dei, nõ aũt ꝑdeſtinatis tm̃ cum

illi ignoti eſſent. g̃ falſum eſt fundamentum
eorum in quo dicũt ꝙ accipiẽda ſit ſcḋm diſpoſiti
onem electiõis diuine denoĩatio filiorum dei ſi
ue membrorum xp̃i. Itez Roma. xij. Multi vnũ
corpus ſumus in xp̃o. ſinguli aũt alter alteri⁹
mẽbra habẽtes ac donatões ſcḋm gratiam que
data eſt nobis ⁊c. iſtd nõ põt referri ad ſolos
ꝑdeſtinatos vt pꝫ. Preterea ap'ls. i. ad Cori.
v. An neſcitis q2 corpa veſtra mẽbra ſunt xp̃i
et. i. Corinth. xij. Etenĩ in vno ſpũ oẽs nos in
vnũ corpus baptizati ſumus. ſenſus ẽ ſcḋm gl.
Aug. nos abluti in vno ſpũ ducti ſum⁹ in vnũ
corpus. Item ibidẽ ſubiũgit ap'ls. Vos autẽ
eſtis corpus xp̃i. glo. fidei vnitate xp̃i capitis
que verba Ap'li cũ oĩbus credẽtibus in xp̃m
dirigant᷑ ⁊ nõ ꝑdeſtinatis ſolũ: pꝫ manifeſte
ꝙ denoĩatio ſimpl'r filiorum dei ⁊ membrorum xp̃i
ſcḋm pñtem iuſtitiã accipiẽda ſit ⁊ nõ ſcḋm diui
nam ꝑdeſtinationẽ que quorum ſit ignotum no
bis. ẽ g̃ fundamẽtũ illorum falſum. Ceterũ hoc
manifeſte apparet ex eo ꝙ ꝑ iuſtificationem
hoĩes dicunt᷑ incipe eſſe filij dei ⁊ mẽbra xp̃i
et ꝑ caſum ſiue receſſum ab ipa iuſtificatõne
deſinũt eſſe tales qui iuſtificatõis tpe mẽbra
xp̃i aut filij dei eſſe dicebant᷑. Dicitur eniz ad
Ephe. v. Eratis aliqñ tenebre nũc autem lux
in dño vt filij lucis ambulate. vbi glo. dicit.
Prius filij eratis dyaboli ꝑncipis tenebrarũ
nũc iuſtificati ꝑ fidem ⁊ baptiſmũ filij dei per
adoptionẽ que eſt lux vera. ⁊ ad Ro. v. Juſti⸗
ficati ex fide pacẽ habeamus ad deũ ꝑ ieſum
xp̃m dñm noſtrũ: ꝑ quẽ acceſſum habemus in
grãm iſtam in qua ſtamus ⁊ gloriamur in ſpe
glorie filiorum dei. Preterea hoc menifeſte po⸗
nit Aug. li. iij. ꝯtra donatiſtas: ſic dicẽs. Ma
li q̃ intus cũ gemitu tolerant᷑ ꝙuis ad eandez
columbe vnitatẽ ⁊ illã glioſam eccl'iam non
habentẽ maculaz aut rugam aut aliq̃d hmõi
nõ ꝑtineant. tamẽ ſi corrigant᷑ ⁊ ſeipos ad ba
ptiſmũ acceſſiſſe fateant᷑ nõ rebaptizant᷑ ſed
incipiũt ꝑtinere ad columbã ꝑ cui⁹ gemituz
eis pctã ſoluunt᷑ a cui⁹ pace alienati tenebãt᷑
hec Aug. Item idem li. ij. cõtra Creſconiũ. c.
xxi. Damnati a xp̃o iam in corpe xp̃i nõ ſunt q̃
eſt eccl'ia qm̃ nõ põt habere xp̃s mẽbra dãna
ta. ꝓinde ⁊ ipſi extra eccl'iam baptizant: oĩa
quippe iſta monſtra: abſit vt omnia in mem⸗
bris illius colũbe vnice computent᷑: abſit vt
intrare poſſint limites hort⁹ ꝯcluſi: cuius ille
cuſtos ẽ q̃ nõ põt falli: q̃ tñ ſi ꝯfiteant᷑ ⁊ corri
gant᷑ tũc intrãt: tũc mundant᷑: tunc in arbori
bus hortus ꝯcluſi ſunt: in mẽbris vnice nume
rant᷑: h Aug. Ecce q̃ apte doctor clariſſimus
Augu. ponit malos hoĩes quouſqȝ corrigant᷑
nõ ꝑtiere nũero. ſ. ⁊ merito ad vnitatẽ eccl'ie

ita vt incipiāt eſſe de numero arbor̄ hor̄ cō cluſi. Corrigi aūt dicunt̄ fideles in iuſtificatō ne in qua p̄ pniam emēdant̄ errata. ⁊ ordo ip- ſe viriū anime adinuicē ⁊ ſuperior̄ ad deū q̄ p̄ pctm̄ pūerſus erat reparat̄. Quare manife- ſtuʒ eſt ꝙ denoīatio ſimplr̄ mēbror̄ xp̄i aut fi- liorū dei nō ſumēda eſt ex diſpoſitione diuine electionis ſiue p̄deſtinationis: quod etiā hac rōne monſtrat̄. Si p̄deſtinatio ſufficit ad de- nominādū aliquē membrū eſſe xp̄i actu ⁊ ſim pliciter: neceſſario valet iſta ꝯ̄ntia. Iſte hō ē p̄deſtinatus a deo. ḡ eſt membrū xp̄i ab etno ſicut dicimus ꝙ aliqs p̄deſtinatus vel elect⁹ eſt etiā dilectus ab eterno. Unde apoſtol⁹ ad Ephe. i. Elegit nos in ſeipo vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati: ſed iſtud eſt falſum ꝙ quis ſit membrū xp̄i ab eterno cū nullū corpus ab et- no ſit. ḡ falſum eſt illud ex quo ſequit̄ quod eſt ꝙ quis dicat̄ actu ⁊ ſimplr̄ xp̄i mēbrū aut fili us ex ſola p̄deſtinatōne diuina. Attent̄ hn̄ his q̄bus iam cōfutatū eſt p̄mū aduerſariorū fundamentū facile eſt oñdere falſitatē ſecūdi in quo dicūt ꝙ mēbra xp̄i ita indiſſolubili vin culo adherēt xp̄o ꝙ qui eſt mēbrū xp̄i indiſſo- lubiliter ⁊ ꝑpetuo eſt membruʒ xp̄i. Falſitas huius fundamēti lʒ ex ſupioribus manifeſta ſit: quia ſi a iuſtificatōe incipit q̄s effici mem bꝛum xp̄i ⁊ per caſum ab illa deſinit eſſe: patʒ ꝙ nullus in hac vita niſi eſſet confirmatus in gratia dicēdus ſit indiſſolubil̄r membrū xp̄i: nihilominus ex alijs demōſtrat̄ ſic. Et queri- mus quid aduerſarij veritatis intelligāt per illud indiſſolubile vinculū: aut p̄deſtinatōeʒ: aut grām: aut fidem formataʒ. Primū nō pōt dici vinculū: quia cū p̄deſtinatio (vt dixim⁹) nihil ponat i p̄deſtinato: nō pōt dici vinculū cōnexiuū aut vnitiuū alicuius. Quāq̄ꝫ em̄ pre deſtinatio arguat quādā neceſſitatē ordinis ſiue ꝯſequētie vt q̄ p̄deſtinatus eſt neceſſario cōſecuturus ſit id ad quod p̄deſtinatus ē. nō tn̄ ponit in actu aliquid in p̄deſtinato per qd̄ actu membrū vnitū ſiue incorporatū xp̄o dici poſſit aut filius dei ⁊ hmōi. Si aūt vinculum iſtud nominēt fidē aut charitatē: ſicut ē ap̄li doctrina: cū ab iſtis poſſit homo cadere ſicut cōſueuit ſepiſſime. Unde Apoc. ij. dr̄. Habeo aduerſum te pauca ꝙ charitatē tuam p̄mam dereliq̄ſti. nō pōt quis rōne taliū vinculorum aut nexuū dici ſiue effici ꝑpetuo membrū xp̄i niſi iſta ꝑpetuo in eo pſeuerarēt quod non eſt cōmune om̄ibus. Preterea apte ap̄ls Paul⁹ cōfutat hunc errorē ad Ro. viij. dicēs. Si q̄s ſpm̄ xp̄i nō habet nō eſt eius. glo. ſ. membrum Sed nō om̄s illi qui habēt ſpm̄ xp̄i ſemꝑ hn̄t: cū cōtingat illos peccare mortal̄r: ⁊ q̄ nō hn̄t

Contra ſcd̄m fun damentū erroris

qn̄qꝫ habēt cū cōtingat illos iuſtificari. vnde glo. ſup illud quod ſequit̄. Corpus quidē mor tuum eſt ꝑpter pctm̄. i. in pctis. Sp̄us vero vi uit ꝑpter iuſtificationē dicit ſic. Anima q̄ an̄ fuerat impia viuit: quia deo q̄ eſt vita cōiūgi tur ⁊ hoc ꝑpter iuſtificationē. i. per peccator̄ remiſſionē que eſt ex ſpū ſancto. Itē in codeʒ c. idē ap̄ls ait. Ip̄e enim ſpūs teſtimoniū red- dit ſpūi noſtro ꝙ ſumus filij dei. dicit gl. q̄ eſt Aug. i. ſpūs ſanctus: q2 cōmunis eſt pr̄i ⁊ filio amborūqꝫ vnio p̄ quem fit ſocietas ⁊ vnitas q̄ efficimur vnū corpus vnici filij dei. vnitas ei nos cōpaginat quā facit charitas que a ſpū ſancto eſt. Sequit̄. Nihil em̄ debet ſic formi- dare xp̄ianus q̄ ſeparari a corpe xp̄i: h̄ ibi. Er go manifeſtū eſt falſum eſſe p̄fatū fūdamētuʒ in quo dicūt: ꝙ qui membrū eſt xp̄i indiſſolu- biliter ⁊ ꝑpetuo eſt mēbrū eius. Ex iſtis cla riſſime patet etiā falſitas tertij fundamēti ad uerſarior̄ veritat̄ in quo dicūt: ꝙ p̄deſtinati qui nūc ſunt infideles ſint etiā incorpati xp̄o q̄ etiā multis alijs rōnibus oſtēdit̄. Prīo ſic. Ap̄lus dicit. i. ad Corinth. xij. ꝙ vno ſpū om̄s nos in vnū corpus baptizati ſumus. ſenſus ē vt dicit glo. om̄s nos baptizati. i. abluti: vno ſpū ducti ſumus in vnū corpus. Ergo ſolo ſpū ſancto q̄s dr̄ incorpari xp̄o ſiue charitatis vin culo que p̄ ſpm̄ ſanctū in nobis habitantē dif fundit̄ in cordib⁹ noſtris. Ad Ro. v. ḡ qui nō hn̄t ſpm̄ ſanctū cuiuſmodi ſunt p̄deſtinati exi- ſtentes infideles nō pn̄t dici incorporati ſiue mēbra xp̄i. ꝯ̄ntia eſt manifeſta. ptʒ etiā ex illo Ap̄li ad Ro. viij. ſupius inducto: ſi q̄s non hʒ ſpm̄ xp̄i nō eſt eius. glo. ſ. membrū. Secundo ſic. Si p̄deſtinati etiā fideles exn̄tes incorpo rant̄ xp̄o ſiue ſunt membra xp̄i. ſequit̄ ꝙ tales ſint vna pſona myſtica cū xp̄o immo ſint ip̄e xp̄s ſm̄ illud Ap̄li. i. Corinth. xij. Cū ſint mul ta membra vnū corpus ſunt ita ⁊ xp̄s: vbi dic̄ Aug. in glo. Om̄s fideles ſunt xp̄s: nō dicam corpus xp̄i: q2 ip̄e xp̄s ſunt tam maiores q̄ mi nores. caput em̄ eſt xp̄s. Dicit̄ xp̄s ꝑpter inef fabilem vnionē capitis ⁊ membror̄: h̄ glo. Si ergo p̄deſtinati exn̄tes in infidelitate aut in hereſi ſunt mēbra xp̄i: ſequit̄ ꝙ qui ſunt infi- deles actu ⁊ heretici ſint ip̄e xp̄s ſicut vna ꝑ ſona cū xp̄o: qd̄ nō modo hereticuʒ ſ3 xp̄ianis auribus horrendum eſt. Unde Apoſtolus. ij. Corinth. vi. Quis aūt cōſenſus tēpli dei cū ydol̄. vos em̄ eſtis tēplū dei viui ſicut dic̄ do- minus. Tertio ſic. Clarum eſt ꝙ omnes infi- deles ⁊ peccatores q̄diu in infidelitate ⁊ cri- minibus iacent ſunt membra dyaboli ⁊ vnū corpus dicuntur cum illo: qui rex eſt ſup om̄s filios ſuperbie. Job. xl. c. cuius omnes iniqui

Contra tertium fundamentum

dicti ſũt corpus eiꝰ ⁊ mẽbra: ſm illud Job. xli.
Corpꝰ eiuſ q̃ſi ſcuta fuſilia. vbi glo. inq̃t: corpꝰ
leuiathan oẽs iniq̃. Si ergo predeſtinati infi-
deles ⁊ iniqui actu ſunt corpꝰ xp̃i ſiue mẽbra
xp̃i ⁊ actu mẽbra diaboli: ſeq̃tur ꝙ vnũ ⁊ idez
ſit corpus xp̃i ⁊ corpus diaboli: qḋ ẽ abſurdiſ-
ſimũ. Dicit em̃ Apl's. ij. ad Cor. vi. Que cõuẽ-
tio xp̃i ad belial. vbi glo. inq̃t: q: nos membra
xp̃i illi diaboli: ⁊ xp̃s ⁊ diabolus nõ cõueniũt
Quarto ſic. Dic̃ apl's. i. ad Corin. vi. An ne-
ſcitis ꝙ q̃ adheret meretrici vnũ corpꝰ efficit̃
cũ ea. Erũt inq̃t duo in carne vna: q̃ aũt adhe
ret deo vnus ſpiritꝰ eſt cũ eo. Sunt ergo p̃de-
ſtinati fornicatores vnũ corpus cũ meretrice.
Si g̃ tales ſunt etiã corpꝰ xp̃i: ſimul aliq̃s ẽ et
corpus xp̃i ⁊ corpus meretricis qḋ eſt abſur-
dũ dicẽte Apl'o vbi ſupra. Que p̃ticipatio iu-
ſticie cũ iniq̃tate. Quinto idẽ oſtendit̃ mani-
feſte ex illo. i. Jo. iij. Filioli nemo vos ſeducat
qui facit iuſticiã iuſtus eſt: ſicut ⁊ ille iuſtꝰ eſt:
qui facit peccatũ ex diabolo eſt. Oĩs qui natꝰ
eſt ex deo peccatũ nõ facit q̃m ſemen ipſiꝰ i eo
manet: ⁊ nõ poteſt peccare q̃m ex deo eſt: i hoc
manifeſti ſunt filij dei ⁊ filij diaboli. oĩs q̃ non
eſt iuſtꝰ nõ eſt ex deo. Hec beatꝰ Joh. Ex quo
manifeſte ↄcludit̃ ꝙ predeſtinati exiſtẽtes in
pctõ infidelitat̃ aut pctõ mortali filij ſũt dia-
boli. Quis aũt audebit dicere tales xp̃o incor
poratos niſi q̃ ſenſu caret ⁊ nõ intelligit q̃ lo
q̃tur. Unde Aug. in ep̃la ad Creſconiũ ſuperi
us inducta. Non põt h̃re xp̃us mẽbra dãnata.
Et apl's vbi ſup̃ ait. Que ſocietas lucis ad te
nebras. Sexto cõfirmat̃ h̃ ratio. Si predeſti
nati cũ ſunt infideles aut heretici ſiue ſciſma
tici aut alio quouis mortali pctõ inq̃nati ſunt
incorporati xp̃o: queritur quo medio. Non na
turali vinculo: q: vnio ſiue incorporatio mem
broꝝ xp̃i cũ xp̃o nõ eſt naturalis ſicut eſt illa q̃
xp̃i mẽbra naturalia vniũtur corpori ſuo natu
rali. Nec etiã vinculo vnionis hypoſtatice: ſi
cut humanitas xp̃i filio dei vnita eſt: q: filius
dei vt dicit Damaſ. nõ accipit naturam in vl'i
ſed in athomo. i. eſt indiuiduo. Oportet ergo
ꝙ ſpiritualiter intelligat̃ hmõi mediũ ſiue vi-
culũ: hoc aũt nõ vr̃ intelligi niſi id quidez qḋ
ſcriptura ſc̃tã ponit ⁊ doctores ſancti: videlz
ſp̃us ſanctꝰ ſiue charitas ipſa: q̃ vt dicit Aug.
cõpaginat totũ xp̃i corpꝰ ⁊ ſine quo mẽbra ad
inuicẽ nec coherent nec capiti xp̃o. Unḋ glo.
ſuper illud Colo. ij. Non tenens caput ex quo
totum corpus per nexus ⁊ coniunctiones ⁊c̃.
dicit. Per nexus. i. per charitatem ſine q̃ mẽ
bra adinuicem nõ coherent nec inſeruiũt nec
viuũt. Et Aug. ſup Cañ. Joh. dicit. Dilectio
ſola diſcernit inter filios dei ⁊ filios diaboli:
nõ diſcernunt̃ filij dei a filijs dyaboli niſi cha
ritate: h̃ tale mediũ nõ habent actu infideles
blaſphemi ⁊ ij qui q̃ñcũq; p̃deſtinati ſint ꝙ
habituri ſint grãm ⁊ gloriã in futuro vt patz.
g̃ fundamentũ p̃fatuz eſt hereticũ. Septimo
ſic. Si p̃deſtinati om̃s tam iniqui q̃ iuſti eẽnt
actu incorporati xp̃o: cõtrarietas eẽt magna
in corpe xp̃i quod eſſet incõuenientiſſimũ di-
cere. ↄ̃ntia tñ manifeſta eſt: quia in fide eſſet
ↄ̃rietas: puta inter eos qui eſſent fideles ⁊ in
fideles. Cõtrarietas etiã in ſpũ: quia quidam
ſpũ dei vegetati vt iuſti: q̃dam ſpũ dyaboli vt
iniq̃. Falſitas ⁊ incõueniẽtia pz ex illo Aug.
tractatu. iij. ſup Can. Jo. dicent̃. Qui non eſt
xp̃o cõtrarius in corpe eius heret ⁊ membruz
ipſius computat̃: nunq̃ ſunt mẽbra ſibi cõtra
ria: corpis integritas ex vniuerſis mẽbris cõ-
ſtat: hec Aug. Octauo ſic. Si p̃deſtinati etiã
infideles aut iniqui exñtes ſunt membra xp̃i
aut viua aut nõ viua: alterũ dare neceſſe eſt.
Si mortua nõ põt eẽ. q: vt dicit Hugo de ſcõ
victore ⁊ catholice. Jn corpe xp̃i nihil ẽ mor-
tuũ. Si dicãt ꝙ ſunt viua: hoc eſſe nõ põt: q:
mẽbra corpis xp̃i nõ dicunt̃ viuere niſi p ſp̃m
dei p quẽ vita mẽbris diffundit̃. vñ ad Roma.
viij. dicit̃. Sp̃us aũt viuit pp̃ter iuſtificatõez
glo. q: deo q̃ eſt vita iungit̃ p pctõꝝ remiſſio-
nez que eſt ex ſpũ ſcõ. Jtẽ ad Ro. i. ⁊ Jr. Juſtus
ex fide viuit. ⁊ Job. xx. vt credẽtes vitã habe-
ant. ſed hanc vitã nõ habẽt actu predeſtinati
q̃diu infideles p̃manent ⁊ iniq̃ ⁊ ſimiles qui
ſunt in pctõ mortali. g̃ fundamẽtũ p̃fatum in
veritate ſtare non põt. Nono ſic. Hec opinio
hoim tollit fructũ paſſionis xp̃i vt videtur. g̃
talis opinio nullo modo venit tolerãda a fi-
delibꝰ. aſſumptũ videt̃ manifeſtũ ex illo Apl'i
ad Roma. v. Cuz inimici eſſemus recõciliati
ſumus deo p mortem filij eius. Si fuimus ini
mici dei prius ⁊ p mortẽ filij eius reconciliati
fuimus: neceſſario fateri oportet p̃deſtinatoſ
aut non eſſe filij dei morte reconciliatos: aut
prius fuiſſe inimicos. ſi inimicos. ergo nõ ad-
herẽtes chriſto. ergo nõ incorporatos chriſto
ergo non membra chriſti: niſi quis vellet ſine
ratione dicere vt inimici chriſti ſunt membra
chriſti: ⁊ ex inimicis chriſti compactum ſit cor
pus chriſti. Decimo ſic. Apoſtolus ad Ephe.
ſecũdo. de incorporatione duorum populoruz
ſcz iudeorum ⁊ gentiliũ in vnũ corpus chriſti
loquens dicit ſic. Ut duos. ſcilz populos con
dat. id eſt coniungat in ſemetipſo in nouo ho
mine faciens pacem vt reconciliet ambos in
vno corpore per crucem interficiens inimi-
citias in ſemetipſo. glo. Ecce quaſi ſublata
inimicitia: et lege euacuata facit pacem in

ter ipſos ⁊ ābos recōciliat deo pr̄i. Ex quo pꝫ
iſtos duos pplos itelligētie ordine quodā pri
us fuiſſe reconciliatos deo pr̄i ꝙ̄ in corpe vno
xp̄i vnitos. ergo q̄ adhuc ſunt inimici dei per
infidelitatē aut alia pctā q̄ diuidūt inter deū
⁊ hoīes: ſm illud Eſa. lix. Iniq̄tates veſtre di
uiſerunt inter vos ⁊ deū veſtrū. non pn̄t dici
deo vniti aut xp̄o incorporati etiā ſi ſint p̄de-
ſtinati vt ſuo tpe incorporent̄. Preterea iſta
aſſertio inde reddit̄ falſa: q2 facit vanas ⁊ ina
nes oēs exhortationes ⁊ admonitiones q̄ ſa-
cra ſcriptura vl'r facit vt hoīes cōuertant̄ ad
deū: appropinquent deo ⁊ ei vniant̄. Dicit̄. n.
Zacha. i. Cōuertimini ad me ⁊ ego cōuertar
ad vos. ⁊ Iaco. iiij. Appropinquate deo ⁊ ap
propinquabit vobis. Itē apud Eſa. habet̄ ⁊
introducit̄ ab aplo. ij. Corin. vi. Exite de me-
dio eoꝝ. glo. q̄ eſtis in medio neq̄tie eoꝝ: ⁊ ſe-
paramini dicit dn̄s ⁊ imundū ne tetigeritis
⁊ ego recipiā vos. glo. ante eiectos: ⁊ ero vo-
bis in patrē ⁊ vos mihi in filios ⁊ in filias di
cit dn̄s omp̄s. Ex q̄bus pꝫ clariſſime falſum
eſſe ꝙ p̄deſtinati infideles aut in pctō exn̄tes
q̄bus exhortatiōes hmōi fiunt: ſint deo incor-

Contra quartū fundamentum

porati actu ſiue vniti. Falſitatē aūt quarti
fundamenti in quo dicūt ſolā predeſtinatoꝝ
vniuerſitatē vl'em eccl'iam dici: ſufficient̄ mō
ſtrauimus circa. c. iij. hui⁹ opis. pꝫ etiā eius
falſitas ex dictis iam in cōfutatiōe alioꝝ fun
damentoꝝ. Quib⁹ fundamētis cōfutat̄ faci
le eſt iam videre oēs illoꝝ ꝓpoſitiones ſupi⁹
poſitas falſas eſſe ac erroneas ⁊ merito cōdē
natas fuiſſe ab vl'i eccl'ia in cōcilio Conſtāti-
enſi. vt pꝫ ex epl'a fe. re. Martini pape quā

Contra primam ꝓpoſitionē dicti erroris

oībus prelatis alemānie ſcribit. Prima eſt ꝙ
nō oēs fideles iuſtificati ſunt mēbra xp̄i: ſ; ſo-
li electi finaliter regnaturi in ꝑpetuū cū xp̄o
pꝫ falſitas ex dictis: qd̄ etiā ex illo apparet
qd̄ inq̄t aplus. i. ad Cor. xij. Vos aūt eſtis cor
pus xp̄i ⁊ mēbra de mēbro. glo. fidei vnitate
xp̄i capitis. Clarū eſt aūt ꝙ oībus credentib⁹
in xp̄m loquitur nō autem predeſtinatis tm̄.
Itē ex illo ad Ephe. v. Mēbra ſumus corpis
eius: qd̄ verbū Aug. ptractans ſup pſ̄. xxxvi.
ita dicit. Nos in corpe ipſius ſum⁹ ſi fides no
ſtra ſincera ſit in illo ⁊ ſpes nr̄a certa ⁊ chari-
tas accenſa ſit in corpe ipſius ⁊ mēbra ipſius
ſumus. Q aūt prima ps illius ꝓpoſitiōis fal
ſa ſit ⁊ erronea rōne ſic oñdit̄. Duo principal'r
req̄runt̄: vt ex doctrina doctoꝝ ſctōꝝ colligi-
mus: ad h vt q̄s dicat̄ mēbrū corpis xp̄i. Pri-
mū eſt cōformitas nature. ſecūdū eſt cōformi
tas vite grē. q̄ duo notant̄. Cant. iiij. vbi dicit̄
Hortus cōcluſus ſoror mea ſpōſa. Sororis q̄-
dē noīe nature cōformitas: ſponſe vo appel-
latōe vnio grē deſignat̄. Primū hoꝝ eſt mi⁹
principale. tum q2 bonis ⁊ malis cōe eſt. tū q2
nō pōt aliq̄d eſſe vnū nūero ſ; vnū ſpecie aut
genere tm̄ in oīb⁹ que vniri dicūtur. Secūdū
vero qd̄ eſt cōformitas grē eſt magis pncipa-
le ⁊ cōpletiſſimū: q2 vn⁹ numero eſt ſpūs fons
grē qui in capite nr̄o xp̄o ⁊ in oīb⁹ mēbris ei⁹
vitā oībus influit ſpūalem. Quo p̄ſuppoſito
arguit̄ ſic. Oēs fideles iuſtificati ſiue preſciti
ſiue p̄deſtinati habēt cōformitatē in natura
cū xp̄o qd̄ eſt primū: hn̄t inſup ꝯformitatē i vi
ta grē in eodē ſpiritu qd̄ erat ſecundum. g̊ oēs
tales veraciter ⁊ ſimpliciter dicēdi ſunt mem
bra xp̄i. pꝫ ex ſuppoſito: qm̄ ad eſſe mēbrū xp̄i
nō req̄runt̄ niſi illa duo. vnde Apl's romanis
ſcribēs: qui tn̄ nō oēs p̄deſtinati fuiſſe credū-
tur inq̄t. Multi vnū corp⁹ ſum⁹ in xp̄o: ſingu
li aūt alter alteri⁹ mēbra habētes donatōnes
ſm grām q̄ data eſt nobis: ad Ro. xij. Falſitas
aūt ſecūde ptis illi⁹ ꝓpoſitionis ex eadē radi
ce fit manifeſta loquēdo de p̄deſtinatis qui i
infidelitate vel in alioꝝ ſordib⁹ pctōꝝ detinē
tur. cū eīn p̄deſtinati hmōi nulla vnione niſi
ꝯformitate nature q̄ predeſtinatis ⁊ preſcitis
cōis eſt ⁊ que nō eſt vnio ſimpliciter: vniant̄
xp̄o. ſeq̄tur ꝙ tales nō hn̄t vnde ſimpliciter et
actu noīandi ſint mēbra xp̄i aut eſſe de corpe
xp̄i qd̄ eſt eccl'ia. Unde Apl's hac rōne vtitur
ad Ro. viij. cū ait. Si q̄s ſpm̄ xp̄i nō habet hic
nō eſt eius. glo. ſ. mēbrū. Preterea falſitas ⁊

Contra ſecundā

error ſcd̄e ꝓpoſitionis in qua dicūt: ꝙ cū aliq̄
iuſtificātur nō icipiūt eſſe mēbra xp̄i q̄ nō erāt
anteq̄ iuſtificarētur. lꝫ ſufficiēter parū āte in
hoc ca. in cōfutatione primi fundamēti hoꝝ
erroꝝ oſtēſa ſit: nihilomin⁹ ex multis alijs eti
am oſtendit̄. Et primo ex illo qd̄ dictū eſt Pe
tro Act. x. Macta ⁊ māduca: qd̄ ideo dictum
eſſe dicit Aug. ſup pſ̄. cxxiij. Qr in eccl'ie cor-
pus nemo intrat niſi pri⁹ occiſus morit̄ quod
fuit vt ſit qd̄ nō fuit: alioq̄n qui nō occiditur ⁊
nō manducat̄ ab eccl'ia: eſſe in numero popu-
li poteſt qui videtur oculis humanis. in nume
ro aūt populi qui cognit⁹ eſt deo: ⁊ de quo di-
cit Apl's. Nouit dn̄s qui ſunt ei⁹: nō pōt eē ni
ſi māducatus. neq; manducari poterit niſi p̄-
mo mactat⁹. Venit pagan⁹: adhuc in illo ido
latria viuit inſerendus eſt mēbris xp̄i: vt inſe
rat̄ neceſſe eſt vt manducet̄: ſ; nō pōt māduca
ri ab eccl'ia niſi pri⁹ mactatus renūciat ſeculo
tūc mactat̄ credit in deū: tūc māducat̄. Scd̄o
ꝯtra illud eſt. i. Petri. ij. Qui de tenebris nos
vocauit in admirabile lumen ſuū: qui aliquan
do nō popul⁹ dei: nunc populus dei. Tertio il
lud qd̄ ait Apl's ad Ephe. iiij. In menſurā vni
uſcuiuſq; mēbri augmentū corpis fiat in edifi

cationē ſui in charitate. glo. Jllos qui nō ſunt corp⁹ edificat in ſuā ciuitatē vel ſocietatem. Quarto illud Colo. ij. Ex quo totū corp⁹ p nexus ⁊ cōiunctiones ſubminiſtratū ⁊ ꝯiunctū creſcit. glo. virtutib⁹ ⁊ mēbris in augmentum dei. glo. ait in augmētū dei: q2 quaſi augeꝭ de⁹ hoibus ab errore redeuntib⁹ ſicut minuebaꝭ deſerentib⁹. Quinto ad Ephe. iiij. ſcribitur. Quoſdā dedit aplos. ſeqtur: i edificatōeꝫ corporis xpi. glo. vt edificēt eos in corp⁹ xpi q̄ adhuc alieni ſūt. Dicit etiā Aug. in epla ad dardanū. Jn cōpageꝫ xpi tanꝗ̄ in viuā ſtructurā templi dei que eſt ei⁹ eccleſia nati hoies nō ex operib⁹ iuſticie q̄ fecerūt: ſ renaſcendo p gratiā trāſferūtur tanꝗ̄ de maſſa ruine ad edificij firmamentū. hec ille. ¶ Falſitas tertie ꝓpoſitionis in qua dicūt ꝙ nec aliq̄ cū cadūt a iuſtificatione p culpā mortalē deſinunt eē mēbra xpi: qui erant mēbra xpi: ſatis manifeſta ē ex dictis: q2 cum tales peccādo mortaliter priuētur ſpūſancto quo corpus xpi ⁊ vnū ⁊ viuū eſt: planiſſimuꝫ eſt ꝙ mēbra xpi ſimpliciter ſiue actu eſſe deſināt. ¶ Falſitas etiā quarte ꝓpoſitionis in qua dicunt ꝙ predeſtinat⁹ ſemp manet mēbrū xpi licet cadat a grā pſentis iuſtificationis: pꝫ ex dictis. Preterea ꝙ etiā falſa ſit ⁊ erronea hec ꝓpoſitio in qua dicunt ꝙ Paulus Aug⁹ ⁊ latro cū infideles eſſent ⁊ xpm pſequerētur oues erāt ⁊ mēbra xpi: pꝫ ex dictis vt nō ſit op⁹ alia addere: ſed tm̄modo ꝯtra eos inducam⁹ Aug. in quodā ſermōe de cōuerſione Pauli loquentē. Eliſus eſt ſeuiēs ⁊ factus eſt credens. Eliſus eſt lupus ⁊ fact⁹ eſt agnus. Eliſus eſt pſecutor ⁊ factus eſt p̄dicator. Eliſus eſt filius pditionis ⁊ erectus eſt vas electōis. hec Aug. Ceterū ꝙ ſexta ꝓpoſitio falſa ⁊ erronea ſit in qua d̄r ꝙ iudas tēpore quo iuſtificatus cū alijs aplis xpm ſequeretur nō erat ouis xpi nō membrū xpi: ex dictis etiā aperte colligitur ex eo ꝙ iudas crediꝭ baptizatus ſicut ⁊ alij apli a xpo baptizati credūtur: vt dicit Aug. ⁊ habeꝭ de con. di. iiij. ca. q̄n ab hieroſolimis. ⁊ c. ſe. Sed quicūꝗ̄ baptizati ſunt in xpo xpm induerūt: ad Gal. iij. ⁊ p cōſequēs mēbra eius facti ſunt. oportet neceſſario affirmare ꝙ iudas tpe iuſtificatōis ſue xpi mēbrū fuerit. Cui⁹ ſentēt ie celebre teſtimonium beat⁹ Aug. dat de iuda loquēs ſup. ps. xli. qui inſcript⁹ eſt pſecutioni Abſalonis filij dauid in patrē ſuū; vbi ita loqtur. Agnoſcamus quēadmodū ⁊ xpm perſeqbatur filius ſu⁹: habebat em̄ filios de quib⁹ dicebat. Nō ieiunāt filij ſponſi q̄diu cum illis eſt ſpōſus: cū auteꝫ ab eis ablatus fuerit ſpōſus tūc ieiunabūt filij ſponſi. ergo filij ſponſi apli ⁊ inter eos pſecutor dyabolus iudas. Et. ī. Judas filius ſpōſi pſequens ſponſum. hec ibi. Ecce aptiſſimū teſtimoniū ꝙ iudas ꝓ tpe iuſtificatiōis ſue filius ſponſi erat ⁊ per cōſequens mēbrum xpi.

Contra tertiam · Contra quartaꝫ · Contra quintam · Contra ſextam

Capitulū. lvi. in quo ponunꝭ alij duo modi dicēdi ſiue deſignandi membra corporis xpi.

Capitulum LVI

## Secūdus modus

Secūdus modus dicēdi ⁊ deſcribēdi mēbra corporis myſtici xpi eſt dicentiū ꝙ ſoli fideles in grā gtū faciēte exñtes mēbra corpis xpi dicēdi ſūt. ad quā ſniam plures rōnes formanꝭ. pmo q̄dē ſunt octo ille q̄ in. iiij. c. hui⁹ libri aſſignate ſunt: pter q̄s ſunt q̄ ſequunꝭ. Primo arguiꝭ ex illo Cant. vi. Una eſt columba mea. i. eccl'ia q̄ hoc loco colūba d̄r. vt. ſ. annotauim⁹: q2 ſpūſancti donis ē illuſtrata. Ex quo videꝭ apte colligi ad mēbra hui⁹ colūbe tm̄ illos ptinere q̄ virtutibus adornati ſunt. Ūn̄ Aug. hoc verbū ptractans. lib. iiij. ꝯ̄ Donatiſtas ita dicit. Una eſt colūba mea: aſſerat: qui pōt hui⁹ columbe mēbra eſſe qui ſeculo verbis non factis renūciāt. Secūdo arguiꝭ ex illo Sapie. iij. ¶ Filij ſapiētie eccl'ia iuſtoꝝ. vbi ſoli ad eccl'iam iuſtoꝝ q̄ eſt ipſa ſancta vl'is eccl'ia ptinere videnꝭ: qui filij ſunt ſapiētie cuiuſmodi ſunt iuſti ⁊ ſancti viri: ſm illud. Eccli. xiiij. Beatus vir qui in ſapientia morabiꝭ. Tertio arguiꝭ ex illo Aug. lib. iiij. cōtra Donatiſtas. Uox inquit nō mea vel alicui⁹ hoīs: ſed ipſius dñi: nec per hoies ſed per angelos ſonuit xpo nato. Gloria in excelſis deo: ⁊ in terra pax hoibus bone volūtatis: q̄ vtiꝗ̄ nato xpo non ſonaret ore angelico niſi deus hoc vellet intelligi eos eſſe in vnitate corporis xpi qui ſunt in pace xpi: eos auteꝫ in pace xpi eſſe q̄ ſunt bone volūtaꝭ. Quarto arguiꝭ ex illo Hugonis de ſctō victore. lib. de ſacris in ſcd̄a pte dicētis. Nihil in corpore xpi mortuū nihil extra corpus viuū. Quinto arguiꝭ ſic. Corpus xpi verū eſt figura corpis myſtici: ſed in corpe xpi vero non eſt aliqd̄ mēbrū impurū. ergo videꝭ ꝙ nullus dicēdus ſit mēbrū corpis xpi myſtici niſi purus ſit a pctō. Et cōfirmaꝭ per illud Aug. qd̄ magr̄ ſniaruꝫ deducit in. iiij. di. viij. q̄ loquendo de vnitate eccl'ie ita dicit. Cui⁹ vnitatis ſacr̄m eſt corp⁹ xpi ꝓpriū de virgine ſumptū: q2 vt corpus xpi ex multis mēbris puriſſimis ⁊ imaculaꝭ ꝯſtat ita ſocietas eccleſiaſtica ex multis pſonis a criminali culpa liberis conſiſtit. in cui⁹ rei typo archa dñi de lignis ſethin facta eſt q̄ ſunt imputribilia ⁊ albe ſpine ſimilia. hec ille. Tertius modus loquēdi in hac materia eſt: ꝙ oēs fideles fidei integritatē ſeruātes ſunt mēbra

Argumentum primum qd̄ cū ſequentib⁹ ſoluet. infra ca. lix. · Secundum · Tertium · Quartum · Quintum · Tertius modus

xpi. Pro quorum ſnia facere videntur oia que dicta ſunt circa.c.iij.hui9 operis.in quo longo ſmone oñſum eſt: quod in ſancta et vli ecclia boni et mali pmixti ſunt. Pro quorum opinione etiam ſuffragari pot qd ait apls.ad Gal.iij.Quicunque baptizati eſtis in xpo:xpm induiſtis.Ex quo videtur quod oes baptizati in xpo mebra xpi dicendi ſunt:cum induere xpm nihil aliud eſſe videatur quam xpo adherere ſiue xpo vniri tanquam membrum eius.Unde Aug.tractans hoc verbum ſup ps lxxiij.ita dicit.Si enim xpiani oes et fideles et baptizati ipſum induerent ſicut apoſtolus ait Quotquot in xpo baptizati eſtis xpm induiſtis:ſi mebra ſunt facti corpis et dicunt ſe ſctam non eſſe capiti ipſi faciunt iniuriam.hec ille.Item idem arguitur ex illo.i.Thy.iiij.Saluator oim eſt et maxie fidelium.et.i.Joh.ij.dr.Ipſe eſt ppiciatio p pctis nris:non aut p nris tm;ſed etiam totius mundi.Saluare aut hoies aut ppiciatorem eſſe p peccatis eorum copetit xpo ſm quod eſt caput.ergo ſequitur quod oim illorum ſit caput:et ita omnes fideles membra eius ſunt.

Caplm.lvij.in quo veritas declaratur mote difficultatis:quorum ſcz hoium xps caput ſit et que corporis ſui qd eſt eccleſia membra ſunt dicendi.

Cap.LVII

Ad declarationem hui9 difficultatis lz plura dicta ſint a nobis circa.c.v.hui9 opis: nihilominus p maiori intelligentia veritatis aliqua alia addetes:notandum duxim9 cum excellentiſſimo doctore ſco Tho.in.iij. parte ſumme ſue:quod inter alias differentias inter corpus naturale hois et corpus myſticum vna eſt hec.videlz quod mebra corporis naturalis ſunt oia ſimul:mebra aut corporis myſtici no ſunt oia ſimul:nec quantum ad eſſe nature: qr corpus ecclie conſtituitur ex hoibus qui fuerunt a pncipio mundi vſque ad finem ipſius. Nec quantum ad eſſe gratie:qr quidam etiam eorum qui ſunt in vno tpe gratia carent poſtmodum habituri alijs eam iam habentib9.ſic ergo mebra corpis myſtici no ſolum accipiuntur ſm quod ſunt in actu:ſed etiaz ſm quod ſunt in potentia. Quedam tm ſunt in potentia que nunquam reducentur ad actum:et hoc ſm triplicem gradum.quorum pmus eſt per fidem.ſecundus per charitatem vie.tertius per fruitionem patrie Sic ergo dicendum eſt quod accipiendo gnaliter ſm totum tps mundi xps e caput oim hoim: ſed ſm diuerſos gradus. Primo enim et principaliter e caput eorum qui actu vniuntur ſibi per gloriam. Secundo eorum qui actu vniuntur ſibi p charitatem.Tertio eorum qui actu vniuntur ſibi per fidem.Quarto vero eorum qui ſibi vniuntur ſolum in potentia nondum reducta ad actum:reducenda tm ſm diuinam predeſtinationem. Quinto vo eorum qui ſunt in potentia ſibi iungi que nunquam reducentur ad actum ſicut hoies in hoc mundo viuentes qui no ſunt predeſtinati:qui tm ex hoc ſeculo recedentes totaliter deſinunt eſſe mebra xpi qui iaz nec etiam ſunt in potentia vt xpo vniantur. Sunt ergo iſtis bene conſideratis mebra xpi ſiue corporis eius qd eſt ecclia in triplici differentia. Quedam.n.ſunt mebra actu vnita:et viua:ſiue vita glie ſicut illi qui actu vniuntur deo p gliam in ſuperna beatitudine oſtituti:ſiue per fidem formatam: que dicitur per dilectionem operans: ſicut ſunt fideles iuſti in hac preſenti vita. Quedam vo ſunt mebra vnita quidem aliquo modo:ſcz per fidem: ſed non ſunt viuentia:qr non vniuntur ei vinculo charitatis. Hmoi ſunt fideles in pcto mortali exiſtentes qui fidem informem hnt:que cum ſine operibus mortua ſit.Jaco.ij.et.i.Joh.iij.dr.Qui non diligit manet in morte:tales vita gratie carentes ſunt velut membra mortua. et qr ronem perfectam membri non ſolum conſtituit vnitas continuationis quam mebruz hz cum alijs mebris in vno corpe;ſed vnitas vite ſiue ſpus corpus formantis et viuificantis:qr vt dicit Ariſt. ij.de aia.mebruz mortuum improprie et equoce dr mebrum. Hinc eſt quod fideles in pcto mortali exntes non dicuntur mebra xpi pfecte et pprie: ſed impfecte et improprie ſicut dictum eſt de mebro mortuo.Un ſctus Tho.in.iij. pte ita dicit Fideles qui peccant mortalib9 ſubuertuntur non ſunt mebra xpi actualiter ſed potentialiter: niſi forte impfecte p fidem informem que vnit xpo ſm quid et non ſimpliciter:vt ſcz per xpm ho conſequatur vitam gre.hec ſcus Tho.ibi.Item idem in primo ſcripto ita dicit. Hoies aute fideles pctores ptinent aliquo modo ad vnitatem ecclie in quantum continuantur ei per fidem que eſt vnitas materialis:no tm pnt dici membra pprie ſicut nec mebruz mortuum niſi equoce.hec ibi.ſcus Tho. Alexan.vero de Alis de hac materia in.iij. ſuo loquens dicit ſic.Ad vnionez corpis myſtici ſiue ecclie nunquam pprie ptinent exntes in pcto mortali:tm refert dicere vnitatem ecclie et corporis ecclie.in vnitate enim ecclie ſunt boni et mali dummodo habeant fidem rectam.Et hoc eſt qd habetur.Math.xiij.quod ipſi tritico adiuncta ſunt zizania.et dicit Aug.quod ecclia e ager in quo radicantur triticum.i.boni.et zizania.i.mali ſimul:tm ſeparabuntur in fine.Unitas vo corporis non eſt niſi per fidez formatam charitate Scdm ergo ppriam ronez corpis mali no ſunt de corpe ecclie:quamuis ſint de ecclia. hec Alex. Itaque ſm iſtuz doctorem fides informis que ſufficit ad hoc quod quis dicatur pertinere ad vnitatem ecclie:non ſufficit ad vnitatem corporis eccleſie. cuius ratio talis poteſt aſſignari: qr cum

Membra xpi triplicia

Prima

Secunda

vnitas corꝑis ↄſtet ex ptibus ſuis: neceſſario
oportet ꝙ ſicut in corꝑe naturali id qꝺ̓ eſt for-
ma ſubālis ſit in toto ⁊ in qualꝫ pte corporis:
ita ⁊ in corꝑe myſtico neceſſe eſt vt id qꝺ̓ ē ad
ſilitudinem ſpū̄s hūani in eo:ſit ⁊ in toto cor-
pore myſtico ⁊ in qualꝫ eius parte: ⁊ ↄ̄ns ſicut
mēbꝛū naturale recedente aīa nō vere ſed im-
proprie ⁊ eq̄uoce dr̄ membꝛū:ita in corꝑe my-
ſtico ſpū ſancto qui q̄ſi aīa vegetans ⁊ viuifi-
cans in corꝑe eſt:ab aliquo ꝑ pctm̄ mortale ex
pulſo:iam talis ꝓꝑe ad vnitatem corꝑis eccle
ſie nō pertinet:q2 vt dicit Hugo de ſctō vict.
nihil in corꝑe xp̄i mortuū:nihil extra corp⁹ vi-
uū. Hinc Apl's ad Ro.viij. Si quis nō hꝫ ſpi-
ritū xp̄i nō eſt ei⁹.ſ.membꝛū Ceterū alia dicū
tur mēbꝛa ſm̄ potentiā:⁊ hec ſunt in duplici
differētia. Nam quedā ſunt ſic in potentia: q̄
tn̄ nunq̄ reducent̄ ad actum quales ſunt multi
pctōres p̄ſciti qui nunq̄ cōuertētur ad deum
dicūtur mēbꝛa in potētia ſm̄ ꝙ ſunt vnibiles
corꝑi. Iſta aūt potētia fundat̄ in duob⁹ vt di
cit ſcūs Tho. vꝫ p̄mo ⁊ principaliter in virtu
te xp̄i q̄ eſt ſufficiēs ad ſalutē toti⁹ humani ge
neris:ſm̄ illud Eſa.l. Non eſt abbꝛeuiata ma-
nus eius:vt ſaluare nō poſſit. Secundo in li-
bertate arbitrij. Alij vero ſunt mēbꝛa in potē-
tia que reducenda eſt in actū ſm̄ ordinationē
diuine ꝓuidentie:ſicut ſunt peccatores etiā
infideles qui ſunt p̄deſtinati ad vitā eternam
quoꝝ potentia dicim⁹ ꝙ fundat̄ in trib⁹. Pri
mo in virtute xp̄i que vt dictū eſt:ſufficiens ē
ad ſalutem toti⁹ hūani generis.i.Ioh.ij. Ad-
uocatū habem⁹ apud patrē Ieſum xp̄m iuſtū
ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̄is: nō ꝓ nr̄is
aūt tm̄ ſed toti⁹ mūdi. Scđo in infallibilitate
diuine ꝓuidētie. Tertio in libertate arbitrij.

Tertia

Capitulū.lviij. In quo reſpōdet̄ obiectionib⁹ factis
in contrariū per eos qui dicunt: ꝙ ſoli electi mēbꝛa ſūt
corporis chꝛiſti.

Capl'z LVIII

b

IIs ſic declara
tis facile nobis eſt iam reſpō
dere cūctis obiectōib⁹ aduer
ſarioꝝ. Rn̄debim⁹ primo ad
rōnes factas ꝓ parte illoꝝ q̄
dicūt ſolos electos ſiue p̄deſtinatos membꝛa
xp̄i eſſe ac illoꝝ tm̄ xp̄m eſſe caput. Ad p̄mā
in qua obijcit̄ ex illo ad Ephe.v. Xp̄us dilexit
eccleſiā ⁊c̄.reſpōdet̄ negādo ↄn̄am:qm̄ ſm̄ iā
dicta xp̄s nō tm̄ dr̄ caput hui⁹ vite decurſu eo
rū quoꝝ ſaluator ſm̄ efficientiā eſt: cuiuſmo-
di ſunt p̄deſtinati:ſed etiā omniū quoꝝ ſalua
tor eſt ſm̄ ſufficientiam:dūmodo ſibi fide for-
mata vniātur. vl'r quidē inquit Apl's. Quicū-
q̄ baptizati eſtis xp̄m induiſtis ad Gala. iij.
Itē qui ſpū dei agūtur hi filij dei ſūt Ro.viij.

Ad primū argu. ca.liiij.factum

Ceterū indifferēter loq̄tur de oīb⁹ fidelibus.
idē apl's cū ait. Multi vnū corp⁹ ſum⁹ in xp̄o
ad Ro.xij. Mēbꝛa ſum⁹ corꝑis eius.ad Eph.
v. Ad ſecundū qꝺ̓ obijcit̄ ex illo. Nouit dn̄s
q̄ ſunt eius.rn̄det̄:ꝙ dei nō ſunt tm̄ p̄deſtina-
ti:ſed etiā q̄ ſm̄ p̄ntem iuſticiā ꝑ grāꝫ ſibi vni
ti ſunt. vn̄ ſctūs Tho.in.iij.pte.q.xlviij.dic̄.ꝙ
hō dupliciter đr eē dei. Uno mō in q̄tū ſubij-
cit̄ poteſtati eius. ⁊ hoc mō nunq̄ deſinit hō
eſſe dei:ſm̄ illud Daniel.iiij. Dn̄abit̄ excelſus
in regno hoīm ⁊ cuicūq̄ voluerit dabit illud
Alio modo ꝑ vnionē charitat̄ ad eū ſm̄ qꝺ̓ đr
Ro.viij. Si q̄s ſpm̄ xp̄i non hꝫ non eſt ei⁹. ⁊ h
modo q̄s deſinit eſſe dei ꝑ pctm̄. Ad glo. vero
q̄ inducit̄.rn̄det̄ dupliciter. Primo ſm̄ ꝙ dic̄
dn̄s Altiſiodo.in ſum.ſua circa.viij.di.iiij.ſen
tentiarū:ꝙ hoc intelligendū eſt diuiſim non
autē cōiunctim. ⁊ tunc eſt ſenſus. illi ſunt hor
tus cōcluſus fons ſignat⁹ ⁊c̄. q̄ ↄformes ſunt
imagini filij ſui ſiue ſint preſciti ſiue p̄deſtina
ti ſiue vocati ſiue iam gl'ificati. planc oēs iſti
duꝫ tn̄ actu ↄformes ſint imagini filij dei qꝺ̓
fit per grām gratū facientē: ſunt illi quoꝝ nu
merus eſt hortus ↄcluſus fons ſignatus ⁊c̄. ſi
cut.ſ̄.circa.v.c.declarauim⁹. Secūdo rn̄det̄:
ꝙ ſi illud totū predeſtinauit vocauit iuſtifica
uit ⁊ gl'ificauit accipiendū ſit cōiunctim: tūc
glo. illa loquit̄ de eccl'ia ſm̄ ſtatū vite future
ad quē ſoli electi ꝑtinebunt tunc actu: nūc ve
ro in p̄ſēte ſolū ꝑtinent ſi in pctō mortali exi-
ſtant:ſicut ſuperius diximus. Habet̄ p̄terea ex
iſta glo. manifeſte ꝙ electi non ſunt hort⁹ cō-
cluſus ⁊c̄. niſi prius iuſtificati: ⁊ tūc bene con
cedit̄ ꝙ numerus taliū ſit hortus ↄcluſus ⁊c̄.
ſm̄ diuinā predeſtinationē ⁊ ſimul ſm̄ p̄ntēꝫ
iuſticiā:ſed cū hoc ſtat ꝙ etiā p̄ſciti ꝓ tpe iu-
ſtificationis eoꝝ ſint etiā hortus ↄcluſus ⁊c̄.

Ad ſecundum

Ad tertium qꝺ̓ obijcit̄ ex illo.i. Ioh. ij. Ex
nobis ꝓdierūt ⁊c̄.rn̄detur:ꝙ illi q̄ receſſerūt
ab eccl'ia per aliquā impietatem ⁊ in illa mor
tui ſunt dicunt̄ non fuiſſe primo de eccl'ie cor-
pore ſm̄ predeſtinationē:non aūt ſimpliciť ſi
cum in eccl'ia erant integrā fidē firmā ſpem ⁊
ſincerā charitatē obſeruabāt. Un̄ tales q̄diu
pie vixerūt ſm̄ p̄ntem iuſticiā filij dei fuerūt.
Un̄ Aug.li.de correctiōe ⁊ grā. ⁊ ponitur de
pe.di.iiij.§.nam cū.dicit ſic. Iſti cū pie viuūt
dicūtur filij dei:ſed q2 victuri ſunt impie ⁊ in
eadē impietate morituri non eos dicit filios.
hec Aug. Et ita ſil'r mō rn̄detur ad auctatem
Ioh. ⁊ ad dictū Aug. ⁊ ad oīa ſilia q̄ Aug. po
nit locis ſupra noīatis. Uerū cōmemorādū
eſt qꝺ̓ ſuperius diximus ꝙ ex ſola predeſtina-
tione qua aliq̄s eſt p̄deſtinat⁹ vt ſit filius dei
ꝑ grām adoptionis:non đr q̄s fili⁹ dei ſimpl'r

Ad tertium

ſiue actualiter ſed ſolū in potētia: ſed ex pn̄ti iuſticia eſt ⁊ noīat̄ q̄s filius dei actu ſiue ſimpliciter.lȝ ſic iuſtificat⁹ non ſit p̄deſtinat⁹ ad vitā eternā. Vn̄ btūs Aug. ſup Joh. homelia xlv. longo pceſſu tractat quō dicēdi ſint oues xp̄i q̄ adhuc in errore ſunt: ⁊ finaliter dicit ſic Scdm preſciētiā dei ⁊ p̄deſtinationē q̄ multe oues foris q̄ multi lupi int⁹: ⁊ q̄ mlte oues intus ⁊ q̄ multi lupi foris. Quid eſt q dixi q̄ multe oues foris: q̄ multi luxuriant̄ caſti futuri: q̄ multi blaſphemant xp̄m: credituri in xp̄m: q̄ multi ſe inebriant futuri ſobrij: q̄ multi rapiūt res alienas donaturi ſuas: ⁊ hij oues ſūt. verūtn̄ modo alienā vocē audiūt alienos ſequūtur. Jtē q̄ multi intus laudāt blaſphematuri: caſti ſunt fornicaturi. ſobrij ſunt ſe vino poſtea ſepulturi. ſtāt caſuri ⁊ nō ſunt oues De p̄deſtinatis em̄ loq̄mur: de his loquimur quos nouit dn̄s q̄ ſunt ei⁹. Et tn̄ ipſi q̄diu recte ſapiunt: xp̄i vocē audiūt. Ecce audiūt iſti non audiunt illi: ⁊ tn̄ ſm̄ predeſtinationē nō oues iſti: oues illi. hec Augu. Ecce manifeſte Aug. dicit predeſtinatos peccatores oues eē non tamen actu: cū dicat eos non audire vocem paſtoris xp̄i ſed alienos ſequūtur. Cum tamē dn̄s dicat Joh. x. Oues mee vocē meā audiunt ⁊ ſequūtur me. ſed in potētia que ad actū reducenda eſt: cum ait: q̄ multi luxuriātur caſti futuri ⁊c. Nec mirari q̄s debet ſi ſcriptura ſimpliciter loquat̄ de talibus tanq̄ de ſimpliciter ouibus aut filijs ſiue etiā mēbris xp̄i: qm̄ hoc non ſit ideo q actu ſint oues xp̄i aut filij dei aut membra actu ſuſcipiētia influxum xp̄i a xp̄o capite: ſed talis ſcripture vſus eſt pp̄ter ineffabilē certitudinē diuine puidentie. Hac quippe rōne dn̄s q̄nq̄ ſimplicit̄ loquit̄ de eis que ſolum ſunt in potentia: imo quandoq̄ per verbum de preterito loq̄tur de eo qd̄ in longiſſimū tēpus expectat̄. quorum exempla multa ſunt in ſcriptura ſancta: ſicut ptȝ maxime in pphetis de incarnatione xp̄i: de aduentu ad iudiciū: ⁊ de pluribus alijs. ſimili modo eſt in materia pn̄ti. Unde Aug. li. de correctiōe ⁊ grā tractās illud ap̄li ad Ro viij. Quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit: quos p̄deſtinauit hos ⁊ vocauit ⁊c. dicit. Adhuc vſq̄ in finem ſeculi multi vocandi ⁊ iuſtificādi ſunt: ⁊ tn̄ verba preſentis tp̄is poſuit etiaȝ de rebus futuris: tanq̄ iam fecerit dn̄s q̄ vt fierent iam ex eternitate diſpoſuit: ideo dicit de illis ppheta: qui facit que ventura ſunt. hec Aug. Ad quartū qd̄ obijcitur ex Aug. ſuper pſal. ciij. rn̄detur: q Aug. non negat q preſciti qui finaliter dānabūtur p tp̄e iuſtificationis eoꝝ cōicauerint charitati: q꞉ iuſticia cuȝ

Ad quartum

ſit remiſſio pctōꝝ non adimplet̄ ſine charitate. preterea etiā demones ipſi dānatiſſimi in charitate dicunt̄ fuiſſe creati. vn̄ Aug. xij. de ciui. dei dicit. Bonā volūtatē q̄s inq̄t fecit in angelis: niſi ille q̄ eos cū ſua voluntate. i. amore caſto: quo illi adherēt creauit ſimul in eis cōdens naturā ⁊ largiēs grām. Sȝ exponendū eſt illud v̄bū Aug. pūt exponit magr̄ ſententiarū. in. iij. di. xxxi. ſic. charitas eſt fons cui alieni. i. dānandi nō cōicant. ſ. finaliter: q꞉ alr̄s non dānarent̄. Ad q̄ntū qd̄ obijcit̄ ex Aug. li. de doctrina xp̄iana dicētis. Non eſt reuera ⁊c. rn̄detur. Pro cui⁹ rn̄ſione ⁊ p cōcordātia mltoꝝ paſſuū ſacre ſcp̄ture ⁊ dictoꝝ doctoꝝ ſctōꝝ q̄ vident̄ in cortice ſibijnuicem aduerſari: notandū eſt. q veritas multipliciter accipit̄. Eſt em̄ veritas eſſentie que ſm̄ rōnem ſpeciei cōſiderat̄. de qua pōt capi illud Aug. in lib. ſoliloquioꝝ dicentis. Verum eſt illud qd̄ eſt. Secūdo modo dicit̄ veritas permanētie ꝯtinuationis ſiue perſeuerātie: hoc modo non dicit̄ verū qd̄ cito deſinit eſſe: ſiue id qd̄ pmanſurū non eſt: ſm̄ illud Joh. viij. Si manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis. Tertio modo dicit̄ veritas pfectiōis ſiue ꝯſummationis. de qua pōt accipi illud Luce xxi. Vere hic homo iuſtus eſt vere. q̄dem iuſt⁹ dictus eſt xp̄s: q꞉ ꝯſummate iuſticie: ⁊ per cōſequēs pfectiōis fuit. Math. iij. ſic decet nos adimplere oēm iuſticiā. Jſtā diuiſionē v̄itat̄ triplicis ponit Cancellarius antiqu⁹ pariſi⁹ in ſum. ſua ſup verbo Aug. ad Julianū comitē. Charitas q̄ deſeri potuit nunq̄ vera fuit. Hoc inſuper de illo originaliter tangit̄ ſuper eodem verbo a magro ſn̄iarum in. iij. di. xxxi. vbi querit. Utrū ſit vera charitas q̄ amittit̄. q̄ rn̄dens ad preallegatā auctoritatē dicit: q dictū Aug. non ad eſſentiā charitat̄ referr̄: ſ ad efficientiā: q꞉ non efficit charitas q̄ deſerit hoīem vere beatū. non em̄ pducit eū ad verū bonū. Jtē ad illam eiuſdē Aug. Charitas eſt fons cui alieni. i. dānandi non cōicant. rn̄det Non cōicāt. ſ. in fine: q꞉ nō pſeuerāt. Et ꝯnter inquit. Poſſunt aūt hec q̄ de charitate dicta ſunt intelligi de charitate pfecta quā ſoli electi hn̄t: q̄ ſemel habita non amittit̄. hec magr̄ ſn̄iarū. Ex cuius verbis clare ptȝ diuiſio poſita triplicis v̄itatis cū dicat charitatē q̄ deſinit eſſe: fuiſſe verā veritate eſſentie ſed non p manētie aut pfectionis. Et qm̄ vt ſepenumero repetitū ē. ⁊ habet̄ in gl. ad Ro. viij. Societas ⁊ vnitas q̄ cōpaginamur ⁊ efficimur vnū corp⁹ vnici filij dei: ipa charitate efficit̄ ⁊ ꝯſtituit̄. Eadē videt̄ currere diuiſio v̄itat̄ de mēbris xp̄i q̄ ſit de veritate charitatis. Preterea

Ad q̄ntum

cōſiderandū ꝙ inter iſtos acceptiōis modos
veritatꝭ talis ordo eſt: qm̄ ſecūdus ꝑ̄ſupponit
ꝓmū neceſſario ⁊ addit ſupra ipſum ⁊ tertius
ſupra ſecūdū. ṽitas em̄ ꝑſeuerātie ꝑ̄ſupponit
ṽitatē eēntie: ⁊ veritas ꝑfectionis ꝑ̄ſupponit
vtrāq; ⁊ addit cōſummationē. Ex qb⁹ aperte
cognoſcim⁹ ꝙ oē verū ṽitate ꝑmanētie aut ꝑ
fectionis eſt verū ṽitate eētie ⁊ nō ecōuerſo
Secūdo ꝙ non eſſe verū veritate ꝑmanentie
ſiue ꝑfectionis non dicit nō eſſe verū ſimplr:
imo ſic arguēdo cōmitteret̄ fallacia ꝯn̄tis ab
inferiori ad ſuū ſupius arguendo negatiue ſic
iſte non eſt hō demonſtrato aſino. ergo nō eſt
aīal. Ex quoꝝ oīum cōſideratiōe pꝫ hmōi ꝓ
poſitiōes veras eſſe. Preſciti iuſtificati ſunt
vera mēbra xp̄i: ṽitate eſſentie. pꝫ q: tales ve
ra charitate ſm̄ eūdē modū veritatis actu cō
iungunt̄ xp̄o. preterea tales ſunt vere filij dei.
Joh. i. Dedit eis ptātem filios dei fieri. Aug.
ſup pſal. cxxij. Si credis ipſi ptās tibi data ē
vt ſis inter filios dei. Secūda. Preſciti iuſti
ficati non ſunt vera mēbra xp̄i: ṽitate ꝑſeue
rantie ſiue cōtinuatiōis. pꝫ q: charitate ꝑmā
ſura vſq; in finē ſiue charitate vera ṽitate ꝑ
manētie nō vniunt̄ xp̄o. Quomō dicit Aug.
ꝙ charitas fons ꝓprius eſt ⁊ ſingularis bono
rū cui non cōicat in fine alienus. i. dānandus
vt dictū eſt ex dictis magr̄i. De hoc gn̄e ṽitatꝭ
accipiendū eſt etiā qd̄ dr̄ Joh. viij. Si māſeri
tis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis.
⁊ glo. q̄ ſup illud. i. Jo. ij. Ex nobis ꝓdierunt
ſ; nō erāt ex nobis: dicit ſic. Si exierūt ex no
bis non erāt ex nobis veraciter. Hoc etiā mō
dicit Aug. li. de correctione ⁊ gr̄a. ⁊ ponit̄ de
pe. di. iiij. §. cū ergo. tractās illud Joh. Ex no
bis ꝓdierūt ⁊c. qd̄ ex aduerſo fuit inductum.
Quid aliud dicūt niſi ꝙ nō erant filij dei etiā
qn̄ erāt in ꝓfeſſiōe ⁊ noīe filioꝝ: nō q: iuſticiā
ſimularūt: ſed q: in ea nō ꝑſeuerarūt. h̄ Aug.
Ecce qualit̄ Aug. tales dicit ṽos fuiſſe filios
dei veritate eſſentie: in hoc ꝙ dicit eos veraꝫ
⁊ non ſimulatā habuiſſe iuſticiā. Per iuſticiā
aūt vt ait Hiero. multi adherent xp̄o: ſed non
veros eſſe filios dei dicit ſiue mēbra xp̄i ṽita
te ꝑſeuerantie. vn̄ dicit ꝙ in ea nō ꝑſeuerarūt
Et ꝑ hoc r̄ndet̄ ad illud dictū Aug. ꝓncipale
Non eſt reuera corpus xp̄i qd̄ cū illo non erit
in eternū: ꝙ accipiendū ſit de veritate conti
nuationis ꝑſeuerātie aut ꝑfectionis: non aūt
de veritate eſſentie ſiue rei: q: veraciter corp⁹
xp̄i ſunt. Unde Aug. ſup pſ. cxxxix. ait ſic. Ca
put illius capitꝭ ſc̄tā eccl̄ia eſt in cui⁹ nos mē
bris ſum⁹ ⁊ caput noſtruꝫ diligim⁹. hec Aug.
Vel r̄nduꝫ eſt ſm̄ ꝙ dn̄s Richar. r̄ndet in. iij.
ſn̄iarum ad eandē auctoritatē di. dictuꝫ illud
Aug. exponendū eſſe ſic. i. non ꝑtinent ad cor
pus xp̄i illi q̄ non habēt vnde cū xp̄o poſſint
in eternū manere qd̄ oēs iuſti habere noſcun
tur. hec Richar. Et ita auctoritas intellecta
non facit ad ꝓpoſitū arguentiū ſed magis fa
uet auctoritati quā poſuimus. Ad ſextuꝫ qd̄ — Ad ſextum
ſumit̄ ex illo Aug. cōtra donatiſtas. Sunt q̄
dam in eo numero ⁊c. ꝙ ſunt dei ſm̄ ꝑ̄deſtina
tionē. ꝙ non ſimpliciter ſed potentia eſſe ta
les: non aūt ſm̄ vnionē gr̄e gratū facientꝭ ſm̄
quā q̄s ſimpliciter dicit̄ eſſe dei: ſicut ſepe di
ctū eſt. Ad ſeptimū qd̄ obijcit̄ ex eodē Aug. — Ad ſeptimum
⁊ de eodeꝫ li. cōtra donatiſtas: ꝙ multi ⁊c. r̄n
detur eodē modo q: lꝫ ꝓpter infallibilitatem
diuine ꝑ̄ſcientie tales dicātur ſimpliciter me
liores: intelligēdi tn̄ ſunt potētia nō actu: cū
actu nō habeāt charitatē. Unde q̄s apd̄ deū
bonus dicit̄. vt dicit Aug. potētia tn̄ ſunt me
liores q̄ certitudinaliter ad actū reducēda ē.
⁊ ꝙ ita dicendū ſit etiā ex dictis eiuſdē Aug.
ſuperi⁹ inductꝭ apparet manifeſte. Ad octa — Ad octauum
uum qd̄ obijcit̄: ꝙ deus ab eterno dilexit ⁊c.
r̄ndetur negando ꝯn̄aꝫ: qm̄ lꝫ deus ab eterno
dilexerit electos ⁊ ab eterno predeſtinauerit
eos vt ſint mēbra eius in certo futuro tp̄e per
vnionē cū xp̄o hic per gr̄am ⁊ in futuro ꝑ glo
riā: tn̄ nō ſequit̄ ꝙ ſint actu mēbra eius: ⁊ ꝙ a
ctu ſint vniti ſiue incorporati ei ꝑ gr̄am aut ꝑ
gloriā: alſ ſi idē iudiciū eſſet ſumendū de eſſe
dilectū a deo ⁊ eſſe illi⁹ filiū aut mēbrū: ſicut
electi ſunt ab eterno: ſic dicēdi eſſent mēbra
xp̄i qd̄ falſuꝫ eſt. Unde falſum eſt qd̄ dicūt: ꝙ
non ſit maior rō de dilectiōe ⁊ ei⁹ ꝑ̄ordinatio
ne vt electi ſint mēbra eius ⁊c. Ratio aūt di
uerſitatis eſt: q: eſſe aliquē a deo vel cognitū
vel dilectū nō ponit actu aliq̄d in reb⁹ cogni
tis ⁊ dilectis: ſed tm̄ in cognoſcente ⁊ diligē
te. ſed mēbrū eſſe actu alicui⁹ corporis deno
tat neceſſario hoc qd̄ dicit̄ eſſe mēbrū nexib⁹
aliquibus actu eſſe vnitū corpori cui⁹ eſt mē
brū ⁊ influxū aliquē ſenſus ⁊ motus actu ſuſci
pere ab eo q̄ vicē capitis in corpore obtinet q̄
oīa temporalia ſunt: vnde argumentū non ꝓ
cedit. Ad nonū qd̄ ſumit̄ ex Aug. li. de corre — Ad nonum
ctione ⁊ gr̄a. ⁊ ponit̄ de pe. di. iiij. c. hāc ſocie
tatem. r̄ndetur ſicut ad predicta: oīa q̄deꝫ ſol
uunt̄ per diuiſionē factā de eis qui ſunt ſoluꝫ
de predeſtinatione filij ⁊ non ſm̄ preſentē iu
ſticiaꝫ: ⁊ de alijs qui ſunt ſm̄ preſentē iuſticiā
⁊ non ſm̄ predeſtinationē: attribuendo ſingu
la ſingulis pꝫ clariſſima reſponſio ad totum
illum ꝓceſſum Aug. vbi ſupra. quare cū non
ſit opus plura dicendi ad reꝫ iſtam ſuperſede
mus ab alijs. Ad decimū qd̄ obijcit̄ ꝙ corp⁹ — Ad decimū
xp̄i verum eſt figura ⁊c. r̄ndetur ſm̄ ꝙ r̄ndet

dñs Guilhelm⁹ altiſio.in ſum.ſua: ꝙ ſil'itudo
corporis naturalis xp̄i ad corpus myſticum
non reſpicit niſi pn̄s:ſcʒ qꝛ ſicut corp⁹ xp̄i na-
turale ↄſiſtit in pn̄ti ex mēbris puriſſimis: ita
corpus xp̄i myſticū quo ad eius vera mēbra
ↄſiſtit ex fidelibus a peccati macula mūdis ⁊
puris. ⁊ rō eſt: qꝛ vt ſctūs Tho.in.iij.dicit: mē
brū non iudicat̃ ẜm illud qđ de eo pōt fieri: ẜ
ẜm illud qđ eſt. Unde manus anteꝗ̃ abſcin-
dat̃ membrum eſt corporis ꝗ̃uis ſit futurum
abſcindi. ⁊ ſimiliter q̊ eſt in gratia mēbrū xp̄i
eſt ꝗ̃uis poſtea abſcindatur. hec ſctūs. Tho.

Capl'm.lix.in quo rn̄det ad rōnes aliorū q̊ ſecūdo
loco ⁊ tertio aliter circa mēbra xp̄i locuti ſunt in.c.lvi.

*Cap. LIX*

## Amplius ſupeſt

a rn̄dere ad rōnes alioꝝ doctoruʒ
qui xp̄i mēbra tm̄modo noīant
eos q̊ in gr̄a gratū faciente exi-
ſtunt. ⁊ eoꝝ q̊ dicūt vniuerſaliter vniuerſos fi
deles xp̄i ad mēbra xp̄i ptinere. Quoꝝ ſolutō
breuiter expediri pōt attēta declaratiōe quā
de veritate hui⁹ rei fecim⁹ circa.c.lv. Ibi em̄
tot dicta ſunt vt clare pateat rn̄ſio oīm rōnū
*Solutiões argumentorum ſecundi modi dicendi. capi.lvi.* factarū. Primo em̄ rōes eoꝝ q̊ aſſerūt ad mē
bra xp̄i ptinere ſolos eos q̊ in gr̄a gratū faciē
te exiſtūt ꝓcedūt de illis q̊ actu membra ſunt
vera ſpū dei viuificata ẜm ꝙ Hugo de ſancto
victore in ſecūda pte de ſacr̄is eccl'iam deſcri-
bit dicens. Eccl'ia ſctā corpus xp̄i eſt viuifica
ta ſpū ⁊ vnita fide. ⁊ ſic ꝓcedit dictuʒ apl'i. ſi
q̊s xp̄i ſpm̄ non habet non eſt eius ſcʒ mem-
brū. Ro.viij. Rōnes aūt alioꝝ ꝓcedūt de eis
q̊ quocūꝗ modo ſiue vere ⁊ pfecte ſiue equo-
ce ⁊ impfecte ad vnitatē corpis xp̄i ptineant.
Primi ſunt fideles iuſti q̊ charitatis copula
xp̄o vniti ſunt ⁊ viuūt de ſpū eius. Secundi
ſunt fideles pctōres q̊ vnitate fidei informis
vniunt̃ corpori eccl'ie: ſicut copioſe ſuperi⁹ eſt
oñſum. al's etiā circa.c.v. data eſt alia diuiſio
videlʒ ꝙ eſſe de eccl'ia dr̄ dupl'r. Aut numero
⁊ merito ſicut ſunt iuſti. de q̊bus ꝓcedūt pri-
me rōnes. Aut numero ſolū ſicut fideles pctō
res: quō cōcedunt̃ rōnes alioꝝ. Uel ſumendo
aliaʒ viam ſancti Tho.in tertia parte de qua
ſupra fecimus mentionē ꝙ aliqua ſunt mēbra
actu ⁊ aliqua potentia. Prime rōnes cōcedē
de veniunt de his q̊ mēbra actu ſunt. Secūde
vero de his q̊ in potentia ſunt membra.

Capl'm.lx.in quo declarat̃ qualis ſit vnio mēbrorū
eccl'ie adinuicē ⁊ de modo vnionis mēbrorū ad caput

*Capl'm LX*

## Quanquā de vni

q tate eccl'ie multū diffuſe in ſupe
rioribus in cap.vij. ⁊.xxxvi.locu
ti fuerimus: nihilomin⁹ ad ple-
niorē intelligentiā ſacri vnitatis eccleſie aliq̄
de qualitate vnionis mēbroꝝ eius adinuicē ⁊
de mō vniōis mēbroꝝ ad caput diſputabim⁹.
*Argumētū primū* Quod autē vnio mēbroꝝ adinuicē ſit vnio eēn
tie ſiue eſſentialis arguit̃ ſic. Quedā glo. pro
regula ponit ſup illud.i. Corinth.vij. q̊ adhe-
ret deo vnus ſpūs eſt cum eo. Quod qn̄ de duo-
bus dicit̃ ꝙ ſint vnū: ⁊ non addit̃ q̄d vnū: in-
telligendum eſt ꝙ ſint vnius eſſentie. ſed ab-
ſolute dicit̃ Cant.vi. Una eſt columba mea.
cierunt.Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mãducare:ſi tiui ⁊ dediſtis mihi bibere.vbi xp̄us tam paſſiones membrorum ſe paſſum ꝙ beneficia illis collata ſe recepiſſe ꝓnunciat. Unde Aug.ſuper pſal.lxxxvi.hunc locũ pertractãs ita dicit Adhuc xp̄us hic eget:xp̄us hic pegrinat̄:xp̄s hic egrotat:xp̄us hic in carcere includit̄. Iniuriã ei facimus ſi non ipſe dicit.Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare: ſitiui ⁊ potaſtis me: hoſpes fui ⁊ collegiſtis me:nudus erã ⁊ veſtiſtis me:⁊ eger fui ⁊ viſitaſtis me. Et illi.Dñe vidimus iſta patietẽ ⁊ miniſtrauim⁹ tibi? Et ille.Cum vni ex minimis meis feciſtis:mihi feciſtis.hec Aug.Itẽ ſimilis attributio habetur.Act.ix.vbi xp̄s inquit.Saule ſaule cur me perſequeris? Ecce ꝙ patientibus ⁊ laborantibus hic xp̄i mẽbris xp̄us q̄ in ſe impaſſibilis eſt:in illis laborare ⁊ pati dicit̄.Un̄ Beda in glo.ordinaria inquit. Non ait membra mea ſed me perſequeris:q꞉ ſibi facta denunciat cũ ait.Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare. Math.xv.hec glo. De predicatis ⁊ attributis importãtib⁹ defectus culpabiles habent̄ etiaꝫ multa teſtimonia in ſcriptura ſcrã de q̄bus duo ad p̄ns ſufficiãt. Primo eſt illud ps̄. xxi.Deus deus meus quare me dereliq̄ſti: longe a ſalute mea verba delictorum meorum.In hoc pſal.vt dicit Aug.⁊ Magr̄ in glo.xp̄s loquit̄ Unde magr̄ in glo.ita ait.Quare me dereliq̄ſti.i.pene ⁊ culpe expoſuiſti me. Et ſequit̄ in glo.magr̄i.Mirũ eſt quõ dicit dereliq̄ſti me: cum ⁊ deus eſſet.non em̄ dereliquerat eũ de⁹ cũ eſſet verbũ dei deus:ſed ꝓ nobis hoc dicit qui in eo ſumus vnũ vt mẽbra: ⁊ ſumus corp⁹ eius.corpus em̄ xp̄i eſt eccleſia ꝓ qua ⁊ verbũ caro factuꝫ ẽſt ⁊ habitauit in nobis.Et Aug. in eodeꝫ loco.Quare dicit dereliquiſti me: niſi q꞉ nos ibi eramus:niſi q꞉ corp⁹ xp̄i eſt eccleſia. Seq̄tur. Longe a ſalute mea verba delictorum meorum. quorum delictorum? de quo dictũ eſt qui peccatũ non fecit nec dolus inuentus eſt in ore eius:quõ dixit delictorum meorum? niſi q꞉ ⁊ ꝓ delictis noſtris ipſe precat̄ ⁊ delicta noſtra ſua delicta fecit vt iuſticiã ſuã noſtrã iuſticiã faceret. Item Nicolaus de lyra hunc locum exponens ita dicit.Delicta populi xp̄s ſua dicit:tum ꝑpter membrorum ⁊ capitis affinitatẽ: tum q꞉ fecit ea ſua q̄ñ ſuſtinendo ꝓ eis penã. Secundũ teſtimoniũ eſt illud pſal.xl.Ego dixi dñe miſerere mei ſana aiam meam q꞉ peccaui tibi:q̄ dicitur vox xp̄i.Unde Aug. ſuper eodem ita inquit. Nunquid hoc xp̄us? nunquid hoc caput noſtrũ ſine peccato? nunquid ergo ipſe imo ipſe ex membris ſuis quia vox membrorum ipſius vox ipſius:quia ⁊ vox capitis noſtri vox noſtra.Et in glo.magiſtri eadem quaſi ponunt̄. Pro quorum intelligentia verã ⁊ catholica habenda:eſt in primis notandum: ꝙ ſicut duplex vnitas perſonalis in xp̄o conſideratur alterius ⁊ alterius rationis: ita duplex modus predicandi aliquando de xp̄o reperitur in ſacra ſcriptura vnus ſm̄ vnã ⁊ alius ſm̄ aliam. Prima quidem vnitas realis ⁊ iuxta verbuꝫ Damaſ. ſubſtantialis ſiue hypoſtatica eſt: qua humanitas aſſumpta a verbo pſonaliter vnitur ſibi cum ad idem eſſe reale hypoſtaticum ſiue perſonale aſſumpta ſit. de qua Ioh.i.Uerbum caro factuꝫ eſt.Alia vnitas perſonalis eſt illa myſtica de qua ſuperi⁹ locuti ſumus: qua corpus myſticum eccleſie cum xp̄o homine dicitur vna perſona vn⁹ homo ⁊ vnus chriſtus.de qua dicit̄ Ad Gal. iij. Omẽs vnũ eſtis in xp̄o. Has auteꝫ duas vnitates expreſſe tangit Aug.lib.de baptiſ.par. ⁊ deducitur a ſancto Tho.in glo.cõti.ſub his verbis.Si em̄ diuina ſubſtantia longe diſtantior potuit propter nos ita ſuſcipere humanã ſubſtantiã vt vna perſona fieret. Ecce primã vnitatẽ.ſequitur.Quãto credibilius alij ſancti fiunt cum homine xp̄o vnus xp̄us.Ecce ſecundaꝫ.Item has duas vnitates ⁊ duos modos predicandi aliquid de xp̄o expreſſe ponit Damaſ.lib.iij.capi.xxiij.vbi ita inquit. Oportet ſcire ꝙ due kyrioſes id eſt ꝓprietates vel familiaritates ſunt.vna naturalis ⁊ ſubſtantialis:altera perſonalis ⁊ habitualis. Naturalis quidem ⁊ ſubſtantialis eſt ſm̄ quã philotropiam.i.amorem diuinũ clementia dñs ⁊ naturam ⁊ naturalia om̄ia aſſumpſit ⁊ natura ⁊ veritate factus eſt homo ⁊ naturaliuꝫ in experientia factus. Perſonalis autem quandoquidẽ alterius ſubinduit perſonam ꝑpter habitudinem ꝓpiciationẽ miſericordiaꝫ vel amorem ⁊ ꝓ ipſo eos in ipſo facit ſermones nihil ei pertinentes ſm̄ quã ⁊ maledictioneꝫ ⁊ derelictionem noſtrã ⁊ que talia nonentia naturalia kyriata:id eſt ꝓpria facit non ipſe hoc ens vel factus ſed noſtraꝫ aſſumpſit perſonã ⁊ nobiſcum ordinatus tale autem eſt factus ꝓ nobis maledictio.hec Damaſ. Secundum autẽ has duas vnitates vt prediximus: duplex diſtinguit̄ modus predicandi aliquid de xp̄o. Rõne prime vnitatis ſcꝫ hypoſtatice qua natura humana aſſumpta vnita eſt verbo dei in vnitate perſone: predicãtur de xp̄o ꝓprietates vtriuſq; nature:ſiue noĩetur noĩe eiuſdeꝫ nature que predicat̄:vt cũ dicit̄ deus xp̄us eſt verus deus. ſiue noĩetur noĩe alteri⁹ nature:vt cum dicitur hic homo eſt deus vel deus eſt homo.⁊ ita de alijs ꝓprietatibus na Nota primo

turarū: vt cū dicit. hic homo creauit celos eſt eternus eſt imenſus creator oim ⁊ ſimilia: ⁊ ecōuerſo predicando de filio dei ꝓprietates nature: vt ꝙ filius dei mortuus ⁊ ſepultus eſt ⁊c. Juxta autem ſecundū modū vnitatis que eſt inter caput ⁊ mēbra corporis ſui predicantur multa de xp̄o in perſona membrorū que ſibi ſcḋm ſe nullo modo cōpetunt ſicut patuit in exemplis poſitis ⁊ infra plenius oſtendet. vtrūꝙ vero prefatum predicationis modū innuit Aug. ſuper pſal. ci. qui eſt. Dn̄e exaudi orationem meā. vbi poſtꝙ dixit xp̄m eſſe hmōi pauperem qui orabat fundat rōnem duplicē qua xp̄us pauper nominetur ſcḋm prefatā duplicē vnitatē ita dicēs. Jbi em̄ accepit paupertatem noſtrā vbi formā ſerui indutus eſt ſemetipſū exinaniens ne diuitias ei⁹ expaueſceres ⁊ ad eum accedere cū tua mendicitate non audeᷣes. Et .ij. Addat paupertatem paupertati ⁊ transfiguret in ſe corp⁹ humilitatis noſtre caput noſtrū: ſimus mēbra eius ſicut duo in carne vna. Et poſt infert. vox ergo vna q̄a caro vna. hec Augu. Jſtum etiā modum duplicē predicandi aliquid de xp̄o tangit ſctūs Tho. tertia pte. q. xv. ar. i. accipiens a Damaſ. li. iij. loco. ſ. allegato. ⁊ lib. iij. c. x. vbi multos modos ponit aliq̄d predicandi de xp̄o cuius verba ſub cōpendio ſctūs Tho. recitans ita ait. Sicut dicit Damaſ. li. iij. dicit aliquid de xp̄o vno modo ſcḋm ꝓprietatē naturalē ⁊ hypoſtaticam ſicut dicit ꝙ factus eſt homo ⁊ ꝙ ꝓ nobis paſſus eſt. Alio modo ſcḋm ꝓprietatem perſonalem ⁊ habitudinalē ꝓut ſcꝫ aliqua dicūtur de ipſo in pſona noſtra que ſibi ſcḋm ſe nullo modo ꝯueniunt. vn̄ ⁊ inter regulas Ticonij quas ponit Aug. iij. de doc. xp̄iana. prima ponit de dn̄o ⁊ ei⁹ corpe: cū. ſ. xp̄i ⁊ eccl'ie vna pſona eſt: ſimat ſcḋm hoc xp̄s ex pſona mēbrorū ſuorū loquēs dicit. verba delictorū meorū: non ꝙ in ipſo capite delicta fuerint. h̄ ſctūs Tho.

Eſt pterea ꝓ horū plenaria intelligētia noſtandū: ꝙ ſicut ꝓpter vnitatē naturalē corpis naturalis ⁊ capitis in hoīe caput non ſolū loquit ꝓ ſe ſed etiā aſſumit in loquēdo pſonam mēbrorū: ita in p̄nti ꝓpter predictā vnitatem myſticā ſiue ſpūalem xp̄i capitis ⁊ mēbrorū ſuorū xp̄s nō ſolū reperit loqui in pſona ſua ſed in pſona mēbrorū. Vn̄ glo. magr̄i ſup pſal. cxl. Dn̄e clamaui ad te: ita inq̄t. Hec aūt charitas nos xp̄o cōpaginat. per charitatē nāꝙ quaſi vnus homo ē caput ⁊ corpus. Propriū vero capitis eſt loqui ꝓ mēbris ſicut lingua noſtra perſonā oim mēbrorū ſuſcipit: ipſa em̄ ꝓ oib⁹ verbo fungit dicens ꝓ pede: calcas me: ⁊ pro manu vulneraſti me. ita et xp̄s qui eſt caput ꝓ multis loq̄tur cum q̄bus eſt vnū. Charitas em̄ vnū facit nos cū xp̄o ſiue caput loquat ſiue mēbra ſiue qḋ dicit capiti ꝯueniat ſiue mēbris xp̄s loq̄tur: ſed in voce eius quiſꝙ agnoſcat ſuā tanꝙ inherens in xp̄i corpore. Aliq̄n̄ em̄ dicit qḋ ſibi ſoli cōpetit nō tn̄ ſeparat ſe a verbis noſtris ſed a ſuis ꝓprijs ad noſtra redit ⁊ a noſtris interdū ad ſua ꝓpria tranſit. h̄ ibi. Jſta etiā ē ſnia imo ꝓ magna parte forma verborū Aug. in multis locis tam ſup pſal. ꝙ ſup Job. Ceterū btūs Greg. li. xxvi. moral. c. ij. tractans illud. Job. xxix. q̄n ridebaꝫ ad eos non credebant: dicit ſic. Vnā eſſe pſonā xp̄m ⁊ eccl'iam plerūꝙ iam diximus ⁊ ſepe vox capitis ad vocē corporis tranſit. qui em̄ ſunt in carne vna nihil obſtat vt cōueniant in voce vna. hec Greg. De iſto autē celeri tranſitu locutionis a voce capitis ad vocē membrorū ⁊ ecōuerſo apertiſſimū exemplū habem⁹ in verſu illo pſal. xxx. Jn manus tuas cōmēdo ſpm̄ meū rede. me do. deus veritatis. Cuius prima pars eſt vox capitis. vt Aug. dicit. ⁊ magr̄ in glo. Secūda vero pars ē vox mēbrorū ſiue populi qui redemptus eſt. Preterea tanꝙ neceſſariſſima regula ad vitandum multos errores eſt notandū: ꝙ licet in tanta varietate tam membrorū ꝙ attributorū vna vox loquēs eſſe videat ⁊ vna pſona que loquit. plurimū tn̄ eſt aduertendū cui: ſcꝫ an capiti an mēbris conueniat id qḋ dicit ſiue predicat de xp̄o: quia non oīa oībus ꝯueniunt ſed quedam ſoli capiti quedā ſolis membris licet vna voce vtantur caput ⁊ membra. hanc regulā expreſſe ponit magr̄ in glo. ſuper pſal. xvij. accipiens ab Aug. ita dicit. Attende regulam vnitatis capitis ⁊ membrorū. i. xp̄i ⁊ eccl'ie Cum em̄ vna perſona eſt caput ⁊ corpus: ideoꝙ vna voce vtitur caput cum membris: licet ea que dicuntur ad diuerſos referant. quedaꝫ em̄ ſoli capiti ꝯueniūt: ⁊ tamen in tanta diuerſitate vna vox eſt ⁊ quaſi vna perſona videt loq̄ vt ſicut duo ſunt in carne vna. ſ. ſponſus ⁊ ſponſa: ita ſint ⁊ in voce vna. hec in glo. Jtē ſup pſ. xxx. ex Aug. accipiens predictā regulā cōmemorat di. Sciendum ꝙ verba hmōi pſal. q̄dam capiti q̄dam membris quedā ꝓphete ꝯueniunt. in hac em̄ varietate nō mentit vox ſed caput ⁊ mēbra eadē voce vtunt: dicēdo ego: me mihi: qḋ fit ꝓpter nimiā vnitatē capitis ⁊ corporis xp̄i. i. xp̄i ⁊ eccl'ie ſponſi ⁊ ſponſe: quā facit charitas. Sicut em̄ lingua oium mēbrorū ſuſcipit vocē dicens: ꝓ pede calcas me: nō dicit calcas pedē. ⁊ ꝓ manu vulneras me: non ait vulneras manū meam. ſic xp̄us membrorū vtit verbis nō incōgrue nō ſe diuidēs a q̄bis

Nota ſecundo

Nota tertio

noſtris.qui em̄ dignat⁹ eſt ꝓ nobis homo fie-
ri ⁊ forma ſerui veſtiri non dedignat̄ nos trāſ
figurare in ſe. Et. ĩ. Qui ergo nos ſic transfi-
gurat in ſe non dedignat̄ nobis loqui verbis
noſtris vt ⁊ nos loquamur ſuis.hec eſt diuina
cōicatio ⁊ diuina hec cōmercia celebrata ſūt
in hoc mundo a negociatore celeſti. hec glo.
Eadē ſnīa ponit̄ ab Aug.ſup pſal.lvi.⁊.lviij.
diffuſo ſermone.Unde de neceſſitate eius ad
uertentie ⁊ cōſiderationis habende in hmōi
predicationibus de xp̄o dicit btūs Augu.ſup
pſal.ci. Nec ibi erres qñ audieris aliquid qđ
aptari capiti illi non poſſit: ideo prelocutus
ſum vt cum tale audieris ex infirmitate capi
tis aduertas ſonare ⁊ vocē membroꝝ cogno-
Nota quarto ſcas in capite.hec Aug. Ex his aperte colli-
git̄ que intelligentia accipienda ſit in oībus
illis predicationib⁹ antedictis eoꝝ attribu-
toꝝ q xp̄o ſm ſe nullo modo cōueniūt. Sane
non ita accipiende ſunt hec predicata de xp̄o
vt illis xp̄i pſona aut ſm diuinā eſſentiaꝫ aut
naturā humanā aſſumptam affecta aut obno
xia intelligat̄: qꝛ nullis talib⁹ paſſionib⁹ aut
defectib⁹ impaſſibilis ⁊ imortalis ac ſanctiſ-
ſima xp̄i pſona obnoxia pōt intelligi:ſed acci
pienda ſunt ſic de xp̄o dicta: vt non in pſona
ſua que nullis talibus ſubiecta eſt: ſed in pſo-
na membroꝝ predicata eſſe intelligāt̄:que ta
libus paſſionibus aut defectibus ſubijciūtur
afficiunt̄ ⁊ informant̄.ſolet nāq; vt cōmemo-
rauimus ex dictis ſctōꝝ Aug. ⁊ Greg. caput
aſcribere ſibi que membris ſibi cōiunctis cō-
tingunt.Quare Orige.exponēs illud Mat.
xxv.Eſuriui ⁊ dediſti mihi manducare: ita di
cit vt adducit̄ a ſctō Tho.in gl.cōti.Scriptū
eſt ad fideles vos eſtis corpus xp̄i. Sicut er-
go aīa habitās in corpore cū non eſuriat q̄tū
ad ſuam ſubſtantiā ſpūalem eſurit tn̄ corpis
cibum qꝛ copulata eſt corpori ſuo: ſic ⁊ ſalua-
tor patitur q patitur eius eccl'ia cū ſit ipſe im
paſſibilis.hec ille. Item btūs Aug.ad idē ſu-
per pſal.cxlij.ita inqt. Patit̄ adhuc xp̄s preſ-
ſuram non in carne ſua qua aſcendit in celuꝫ:
ſed in carne mea que adhuc laborat in terra.
hec aūt aduertētia vt ſciat̄ quid cui attribuē
dum ſit in hmōi locutionibus maxime habē-
da eſt circa predicata de xp̄o q̄ culpabiles de-
fectus importare dinoſcunt̄.Quare Aug.ſu-
per pſal.xxxvij.tractans illud. Non eſt pax oſ
ſibus meis a facie pctōꝝ meoꝝ. ita loquitur.
Queri ſolet cui⁹ vox ſit iſta ⁊ aliqui accipiūt
xp̄i ꝓpter q̄dam que hic dicūtur de paſſione
chriſti.ſed non eſt pax oſſib⁹ meis a facie pec-
catorum meoꝝ. quomodo diceret qui nullum
peccatū habebat? oꝛtet nos ergo intelligē
di neceſſitas ad cognoſcenduꝫ tanq̄ plenum
⁊ totū xp̄m.i.caput ⁊ corpus.Cum em̄ xp̄s lo-
quit̄ aliqñ ex perſona ſolius capitis loquitur
qđ eſt ipſe ſaluator natus ex Maria virgine:
aliquando ex perſona corporis ſui qđ eſt ſan-
cta eccleſia diffuſa toto orbe terrarum. Et. ĩ.
Non eſt dubium qꝛ vox xp̄i eſt.vnde ergo pec
cata niſi de corpore qđ eſt eccl'ia:qꝛ loq̊tur cor
pus xp̄i ⁊ caput:quare tanq̄ vnus loquit̄ qꝛ
erunt duo in carne vna:ſacramentū hoc ma-
gnum eſt ait Apl'us.ego autē dico in xp̄o ⁊ in
eccleſia. Si ergo ipſe dicit non duo ſed vna
caro eſt: quid mirum ſi vna caro: vna lingua
eadem verba tanq̄ vnius capitis ⁊ corporis
ſit audiamus tanq̄ vnum: ſed tamen caput
tanq̄ caput ⁊ corpus tanq̄ corpus.non diui-
dunt̄ perſone ſed diuidit̄ dignitas: qꝛ caput
ſaluat corpus ſaluat̄: caput exhibeat miſeri-
cordiam corpus defleat miſericordiam:caput
eſt ad purgandum peccata corpus ad cōfitē-
dum peccata:vna tamen vox.non ſcribit̄ quā
do dicat corpus quando caput:ſed nos in au
diendo diſtinguimus:ille autē tanq̄ vnus lo
quitur.hec Aug. Debent igitur omēs prefa-
te predicationes ſiue ꝓpoſitiones exponi in
perſona membrorū in quoꝝ perſona ipſe xp̄s
loquitur non in perſona ꝓpria. Unde ſenſus
illius verſus de pſal.xxi. Deus deus me⁹ qua-
re me dereliquiſti.eſt iſte:me.i. eccleſiaꝫ meā.
Pro qua vt dicit glo.hoc xp̄s dicit.Et verba
delictoꝝ meoꝝ.ſ.veteris hoīs: in perſona cu-
ius xp̄s loquit̄:vt dicit glo.Itē ſenſus verſus
de pſal.xxxvij. Non eſt pax oſſibus meis a fa-
cie peccatoꝝ meoꝝ.i.membroꝝ meoruꝫ:qꝛ vt
dicit Aug.in glo.caput dicit hic voces corpo
ris.Item ſenſus verſus illius pſal.xxxix. Cir-
cundederunt me mala quoꝝ nō eſt numerus
cōprehenderunt me iniquitates mee ⁊ nō po
tui vt viderem:eſt iſte: vt exponit illum Caſ-
ſiodo.de xp̄o. Mala.i. peccata:circundede-
runt me:id eos quibus annūcio qui mei futu-
ri ſunt:⁊ iniquitates mee.i.eoꝝ qui mei futu-
ri erunt:cōprehenderunt me.i.ad actū condu
xerunt hi q̊ mei erunt:⁊ non potui vt videreꝫ
ideſt ſic oppreſſerūt me.i.eos:ille iniquitates
q̄ non potuerunt habere vſum rōnis.hec ille
Item ſenſus etiam illius verſus pſal.xl. Dn̄e
miſerere mei ſana aīam meaꝫ qꝛ peccaui tibi:
que vt dicit Augu.in glo.eſt vox xp̄i.miſerere
mei.i.meoꝝ membroꝝ.ſana aīam meam.i.me
orum membroꝝ. qꝛ peccaui tibi.i. hi qui ſunt
vl' futuri ſunt mei ex quoꝝ pſona loq̊tur. Un̄
Aug.ſup hūc verſuꝫ ita inq̊t. Nunq̊d hoc xp̄s
loquit̄:nunq̊d hoc caput illud noſtrū ſine pec
cato:nunq̊d ille qui nō rapuit tūc exoluebat:

nunq̄d ille ſolus in mortuis liber? liber em̄ in mortuis: q2 ſine peccato: qm̄ oīs qui facit peccatū ſeruus eſt peccati: nunq̄d ergo ipſe? imo ipſe ex mēbris ſuis: q2 vox membro⁊ ipſi⁹ vox ipſius: q2 ⁊ vox capitis nr̄i vox noſtra. h̄ Aug. Ex hoc modo ſunt accipiēda hmōi predicata oīa ſiue dicta de xp̄o. Ex q̄b⁹ manifeſte oſtēdit̄ q̄ turpiter errauerit magiſter ille q̄ in quodam ope ſuo de myſterio vnitatis xp̄i ⁊ eccl̄ie dogmatizare p̄ſumpſit ꝓpoſitionē illā rationabiliter in cōcilio Baſilienſi iā ꝯdēnata3: q̄ xp̄s quotidie peccat ⁊ ex quo fuit xp̄s cōtinuo peccauit: ſane deceptus eſt: tum q2 ex vnitate vocis in loquendo capitis ⁊ membro⁊ arguere viſus eſt conuenientiam ⁊ idētitatem realē p̄dicato⁊: nō aduertens q̄ licet vna ſit vox capitis ⁊ membro⁊ ꝓpter vnitatem mēbro⁊ quā ipſa charitas facit: differentia tn̄ eſt in attributis ſiue predicatis: aliqua em̄ cōueniunt capiti que non membris: ⁊ aliqua mēbris que nō capiti: ⁊ aliqua aliq̄bus mēbris q̄ nō alijs: licet vna vox ⁊ vna pſona loquēs eſſe videat̄: vt ſuperi⁹ ſepe repetitū eſt. Deceptus etiā videt̄ eſſe ſecūdo in hoc q̄ nō diſtinxit inter predicationē qua aliq̄d predicatur de aliquo ex tranſfiguratione pſone alio⁊ in ſe: ⁊ predicationē qua aliq̄d predicatur in ſe de aliquo rōe ſue ꝓprie perſone. quod em̄ d̄r de xp̄o. i. Petri ij. Qui peccatū nō fecit nec inuētus eſt dolus in ore eius: dictū eſt ratione ꝓprie pſone ⁊ ita veriſſimū eſt. Quod vero xp̄us dixerit. Sana aiam meā q2 peccaui tibi: aut Non eſt pax oſſibus meis a facie pctō⁊ meo⁊: in pſona membro⁊ ſiue pro mēbris nō pro ſe dixit. Quare illud pro mēbris ꝓ quib⁹ loq̄tur verū eſt eo mō expoſitū ſicut dictum eſt: pro xp̄o vero intellectu3 nephandū eſt ac religioſis aurib⁹ grauiſſimū audire. Nā q̄ ergo xp̄s talia dixerit tranſfigurando in ſe perſonā ſuo⁊ membro⁊ p̄ſentium preterito⁊ aut futurorum: nō ꝓpter hoc tamen eſt dicendū q̄ xp̄s peccet. Tertio in h̄ videt̄ prefatus magiſter deceptus: q2 inter caput ⁊ mēbra viſus eſt putare illam cōicatōe3 idiomatum proprietatum ſiue predicatorum eſſe quā ſancti doctores ratione duarū naturarū diuine. ſ. ⁊ humane in xp̄o ſimul cōiūcte exponūt. quod ſi ita eſt ſicut q̄nq3 verba eius ⁊ concluſio predicta pretendunt: dicere recte poſſumus q̄ euanuit in cogitatione ſua. q̄ppe alia vnitate vnit̄ humana natura in xp̄o diuine nature: ⁊ alia membra xp̄i xp̄o vnita eſſe dicuntur. Natura enim aſſumpta diuinitati vnita eſt vnitate hypoſtatica in vno ⁊ eodem ſuppoſito eterno. ſ. verbi cum ea ſuppoſita: membra vero chriſti vnita eſſe chriſto dicūtur vnitate non hypoſtatica ſed cōformitate affect⁹: ſed amoris vinculo ſed nexib⁹ charitatis. quā vnitatem doctores myſticam nominānt. qua3 ſpūſſanctus qui cōis eſt toti corpori myſtico facit: ſicut in ſuperioribus plene mōſtrauim⁹ Et in alio preterea deficit prefatus magiſter qui libere et nimis effrenata licentia vti preſumpſit ꝓpoſitionibus ſiue dictis ſacre ſcripture aut ſancto⁊ patrū ⁊ antiquo⁊ in ea verbo⁊ forma ſub qua ab eis explicata leguntur qd̄ tamen non licet. qm̄ ibi plurima legūtur q̄ exponenda veniūt ⁊ non extēdenda. vt ſctūs Tho. de multꝭ exēplificat ⁊ doctis magr̄is nota ſunt: de quibus pauca exempla afferemus in medium. Planum eſt in ſacra ſcriptura cōtineri. pſal. ſ. lxiiij. Beatus homo quē elegiſti ⁊ aſſumpſiſti. Item etiam cātatur in Te deū laudamus. Suſcepturus hoīem ⁊c̄. Hanc tn̄ ꝓpoſitionem non ſuſcipit ſimpliciter ſchola theologo⁊ in vſu ⁊ practica loquendi. Unde ſctūs Tho. in. iij. di. vi. dicit nullo modo cōcedendum fore q̄ hō ſit aſſumptus. dicit. ī. Oēs hmōi auctoritates dicētes hoīem aſſumptu3 exponende ſunt vt ponat̄ concretū ꝓ abſtracto. ſ. homo ꝓ humanitate. Item btūs Anaſtaſius in. iij. ſer. acto⁊ Niceni ꝯcilij ex pſona filij dei loquēs ita inquit. Ex tūa eſſentia quā in me genuiſti ſpm̄ ſanctū do eis. Sunt ⁊ alie auctoritates beati Augu. beati Hilarij hmōi quas magr̄ ſniarū deducit in. i. ſen. di. v. Clarum eſt omni theologo q̄ ſchola non recipit hmōi ꝓpoſitiones dicentes q̄ eſſentia generet̄: ſed exponunt̄ vt ibidem pt3. i. filius q̄ eſt diuina eſſentia generat̄. Uel ſic. i. pater filiū generando eſſentiā ſiue naturam ſua3 dat ei. Preterea aliud exemplū eſt in dictis eiuſde3 Anaſtaſij in ep̄la ad Serapionem ita dicēꝭ q̄ deitas eſt homo facta: que tamen ꝓpoſitio nō accipit̄ in ſchola theologo⁊. Unde magr̄ ſniarum in. iij. di. v. dicit. q̄ non debet dici diuina natura eſt caro facta: ſicut dicit̄ verbu3 caro factum eſt: ſed exponenda eſt ſic diuinitas facta eſt homo. i. natura3 humanā aſſumpſit in vna perſona. Multa alia exempla preſto facile inducere poſſemus in mediū q̄ breuitatis gratia ⁊ q2 nota ſunt doctis relinquimus. Quare manifeſtum eſt q̄ non eſt ſufficiens ratio nec excuſatio legitima ſi quis dicat hoc ſub tali forma verbo⁊ in ſcriptura ſancta legitur aut a ſanctis patribus traditū eſt ergo poſſumus nos ſic dicere: ſic loqui: talibus vti verbis. quippe nos non habemus tam liberam licentiā loquendi in materia fidei quā ſpūſſanctus in ſacra ſcriptura: aut ſancti doctores qui ſpū ſancto locuti ſunt tenuere. nec

Nota quinto

Nota differentiā hanc

regule ille Thiconij que claues vocātur ſcri-
pture: qꝛ eis vt inquit Aug. li. de doc. xpiana.
diuinarū ſcripturarū aperiūtur occulta que
ſunt date non ad vtenduꝫ ſed ad exponendū
non ad extendendū moduꝫ loquendi ſcriptu-
re quē non ſine magno myſterio ꝛ diuine ſapi
entie pfundiſſima diſpoſitione credimus ſan
ctos patres tenuiſſe: ſed ad intelligendū ob-
ſcuros ꝛ difficiles paſſus eiuſdem cū omni in
tegritate fidei ꝛ ſinceritate.

Cap. LXIX

Capitulum. lxix. De congruentia, diſtinctionis ꝛ va
rietatis multiplicis ſtatuū ac officiorum in eccleſia.

Expeditis his
que de eccl'ie vniuerſalis vni
tate atqꝫ de eius capite xpo
ſaluatore noſtro bndicto di-
cenda venerāt: cōſequenter de diſtinctiōe ac
varietate multiplici ſtatuū dignitatū officio
rū atqꝫ graduū qua ipſam vlem eccl'iam mira
Prima diuiſio eccleſie — ſpecioſitate ornatā reſplendere conſpicimus
ſermo habendus eſt. Sane in primis vniuerſi
tas eccl'ie ex duabus partibus ꝯſtat: laicis. ſ.
ꝛ clericis. Hos eniꝫ duos ordines laicos ſcꝫ
ꝛ clericos: vt dicit Hugo de ſancto vic. ij. pte
de ſacris: quaſi duo latera corporis vnius vni
uerſitas ipſa eccl'ie cōplectit. Laici etiam qa
terrena ꝛ terrene vite neceſſaria tractant ps
corporis ſiniſtra intelligunt. Clerici vero qa
ea que ad ſpūalem vitā pertinent: diſpenſant
quaſi dextera pars corporis eccl'ie ſunt. De qͥ-
bus lateribus ſcribi videt per pphetaꝫ pſal.
cxxvij. vbi dicitur. Uxor tua ſicut vitis abun-
dans in lateribus domus tue. vbi glo. Augu.
inquit ſic. Uxor xpi eſt eccl'ia que fertilis eſt
non in oibus: ſed in lateribus dom⁹ tue. late-
Secūda que eſt officiorum — ra domus. i. eccleſie xpi: ſunt qui adherēt ipſi.
Amplius quemadmodum corpus natura-
le hominis ad ſui integritatem non tam late
rum diuerſitatem exigit ſed etiam multorum
organorum diſtinctionem: que varijs diſtri-
buta virtutibus ꝛ varijs actibus deputantur
Ita corpus chriſti myſticum ad ſui integrita
tem nō niſi multis membris ꝛ multiformi va-
rietate diſtinctis conſtare poteſt. Unde apo
ſtolus. i. Corinth. xij. Si erunt omnia mem-
bra vnum membrum vbi corpus ꝛc. quod vt
ait glo. nō niſi diuerſis conſiſtere poteſt: qua-
ſi dicat: ſi omnia membra eſſent vnum mem-
brū non mō periret multitudo ſenſuū ſed etiā
corp⁹. ita ſi in eccl'ia eēnt oēs vni⁹ officij ꝛ di-
gnitatis non diſcernerent mēbra nec corp⁹. H
gl. Quare ſequit in aplo. Nūc aūt ne. ſ. corp⁹
pereat inqt gl. Multa qdē mēbra. ſ. ſunt vnū
aūt corpus qd ex oibus cōſtat. Preterea cum
eccleſia militās exēplata ſit a triūphante ſm
illud Exodi. xxv. Uide ꝛ fac oia ſm exemplar
qd tibi monſtratū eſt. ꝛ Apl's dicat. Oia hec
exēplaria ſunt celeſtiū: ad Heb. ix. ꝛ exempla
ta imitari debeāt illud vnde exemplant: ꝯns
eſt vt queadmodū illa mater noſtra ſupna hie
ruſalē eccleſia triūphans vt multiplici varie
tate ordinū dignitatū officiorꝫ premiorūqꝫ di
ſtincta eſt: ita ꝛ eccleſia militans ſuo mō mul
tiformi gratiarū virtutū ꝛ meritorꝫ necnō di-
gnitatū ac officiorꝫ adornata diſtiguit. Quā
ob rē in ei⁹ laude Propha in pſ. xliiij. loquēs
inquit. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu
deaurato circundata varietate. vbi glo. inqt.
Doctrina aplorꝫ: cōfeſſione martyrꝫ: puritate
virginū: ꝛ lamēto penitentiū ornatur regina
.i. eccleſia. Fuit aūt hec varietas gratiarū ac
virtutū qbus ornata refulget eccleſia figura-
ta in tabernaculo veteri qd multiformi varie
tate vaſorꝫ ac ornamentorꝫ diſtinctū fuiſſe le-
gimus. Unde glo. ſup Exo. c. xxviij. dicit Ta-
bernaculū vetus cū ornamētis ꝛ vaſis ſuis ſi-
gnificaſſe eccleſiā pulchra virtutū et pſonarū
varietate diſtinctā. Decentia hui⁹ varietatis
multiplicis eccleſia dei iuxta beati Tho. do- — Diuiſionis decentia
ctrinā in. ij. ij. q. clxxxiij. ex tribus colligit. Pri
mo quidē qꝛ ipſa ſtatū officiorꝫ graduūqꝫ dīa
et multiplicitas facit ad pfectionē ipſius ec-
cleſie: ſicut eīn in rerū naturalium ordine pfe-
ctio que in deo ſimpliciter ꝛ vniformit inueni-
tur in vniuerſitate creaturarū inueniri nō po
tuit niſi difformiter ꝛ multipliciter: ita etiam
plenitudo gratie que in xpo ſicut fontaliter
adunat ad membra eius diuerſimode redun-
dat ad hoc qꝫ corpus eccleſie ſit perfectum: et
hoc eſt qd Apoſtolus dicit ad Ephe. iiij. Ipſe
dedit quidem quoſdā aplos: quoſdam aūt p-
phetas: alios vero euangeliſtas: alios aūt pa-
ſtores ꝛ doctores ad cōſummationē ſanctorū
ꝛ opus miniſterij in edificationē corporis xpi
.i. eccleſie. Secundo diuerſitas officiorꝫ ꝛ ſta-
tuum pertinet ad neceſſitatem actionuꝫ que
ſunt in eccleſia neceſſarie. oportet autē ad di-
uerſas actiones diuerſos deputari ad hoc vt
expeditius ꝛ ſine cōfuſione omnia peragātur
ꝛ hoc eſt qd Aplus dicit ad Roma. xij. Sicut
in vno corpore multa membra habem⁹ omnia
aūt mēbra nō eundem actum habent ita mul
ti vnū corpus ſumus in xpo. vbi glo. inqt Am
bro. Ecce humani corporis exemplo docet nō
poſſe nos ſingulos habere omnia ac per hoc
curam noſtri inuicem nos agere debere: quia
inuicem officijs noſtris indigemus. Hac rati
one inquit beatus Grego. in ca. ſingula diſt.
lxxxix. Singla eccleſiaſtici iuris officia ſingu-

lis quibuſcꝫ perſonis ſigillatim cōmitti iubemus. ſicut enī in vno corpore multa membra habemus oīa autē membra non eundē actū habent:ita in eccleſia ſpūali corpore conferēdum eſt hoc officiū vni: alij cōmittendum eſt aliud.nec enī quantūlibet exercitate vni perſone vno tpe duarū rerū officia cōmittenda ſunt.q: ſi totū corp⁹ eſt oculus:vbi auditus? hec ille.Tertio hec ſtatuum officiorūcꝫ differentia ad dignitatem operatur ⁊ pulchritudinem eccleſie que in quodam ordine conſiſtit. Unde.iij.Reg.x.dicitur.ꝙ videns regina ſaba oēm ſapientiam ſalomonis ⁊ habitacula ſeruoꝝ ⁊ ordines miniſtrantiū non habebat vltra ſpm̄.Unde ⁊ aplus dicit.ij. ad Thymo. ij.ꝙ in magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea ⁊ argentea ſed lignea ⁊ fictilia. Hmōi autem varietas tam decenter ordinata in eccleſia maximam operatur pulchritudinē ac venuſtatem.Unde Diony.iiij.de di.no. comparationem rerum earundēcꝫ conſonantiam fontalis radij vocat traditiōes pulchrificas: id eſt pulchritudinem facientes.Et Bernar. ſuper Cant.ait.Ordo modum tribuit ⁊ decorem ⁊ perpetuitatem. Et beatus Gregorius in ca.ſingula.di.lxxxix.parum ſupra cōmemorato hoc cōfirmans dicit ſic. Sicut varietas membrorum per diuerſa officia ⁊ robur corporis ſeruat ⁊ pulchritudinē repreſentat: ita varietas perſonarū per diuerſa nihilominus diſtributa officia ⁊ venuſtatē ſancte dei maniſeſtat eccleſie.hec ille.

Capitulum.lxx. In quo ponuntur obiectiones contra varietatem ⁊ diuerſitatem ſtatuum ac officiorum in eccleſia dei.

Capitulum LXX

f

## Uerunt autem

heretici quidam venuſtatis et pulchritudinis eccleſie aduerſarij:qui aduerſus ea que de varietate ⁊ diuiſione ſtatuum ⁊ officioꝝ ac graduum in eccleſia dicta ſunt multipliciter arguunt.

Argumentum primum. Primo ſic.Diuerſitas vnitati repugnat:ſed fideles xp̄i ad vnitatem vocātur ſm illud.Joh.xvij.Ut ſint vnum in nobis ſicut ⁊ nos vnum ſumus.ergo in eccleſia non debet eſſe diuerſitas aliqua ſtatuum vel officiorum.

Secundum. Secundo ſic.Natura non facit per multa quod poteſt facere per vnū.ſed operatio gratie eſt multo ordinatior ꝙ operatio nature.ergo cōuenientius eſſet ꝙ ea que pertinent ad actus gratie per eoſdem adminiſtrarent:ita vt nō eſſet in ecclia tanta diuerſitas officioꝝ ⁊ ſtatuū.

Tertium. Tertio ſic.Bonū eccle maxime videtur in pace cōſiſtere:ſm illud pſal.Qui poſuit fines tuos pacē.Et.ij.Corinth.vlti. Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis ⁊c.ſed diuerſitas eſt impeditiua pacis.quā ſimilitudo cauſare videt:ſm illud.Eccli.xiij.Omne aīal diligit ſibi ſimile.⁊ pħus dicit Politicorum.vij. Et modica differentia facit in ciuitate diſſidium.ergo videt ꝙ non oporteat in ecclia eſſe diuerſitatem ſtatuū ⁊ officiorum.

Quartum. Quarto ſic.Unitas eſt ſaluationis motus: qm̄ vna eſt via ad ſaluationē ſcꝫ xp̄us:qui ait Joh.ix.Ego ſum via veritas ⁊ vita: ⁊ nemo venit ad patrē niſi per me.cum autē in diuerſitate ſtatuum ⁊ religionū multiplex via det: vtputa alia prelatoꝝ:alia religioſoꝝ:aut monachoꝝ.⁊ inter iſtos multiplex ſit varietas viarum aliqui dicunt ordinis predicatoꝝ:aliqui ordinis minoꝝ ⁊c.Quare videt ꝙ talis differentia nō ſit cōueniens.

Quintum. Quinto ſic.In primitiua eccleſia non fuit hec diſtinctio ordinum aut religionum differentia ſancti Aug. ſancti Bn̄dicti.ſancti Dn̄ici ⁊ Franciſci ⁊c. ergo videt ꝙ etiā nunc in eccleſia eſſe non debeat.

Sextum. Sexto ſic.In primitiua ecclia tantū dicūtur fuiſſe epi ⁊ pbr̄i ac dyaconi. non fuerunt autem vt videt alij inferiores ordines:⁊ per cōſequēs non videt ꝙ ſint alij ordines in ecclia ponendi preter iā dictos.

Septimum. Septimo ſic.In eccleſia primitiua non legūtur prelati niſi epi qui dicunt maiores ſacerdotes: ⁊ preſbyteri q̄ dicūtur ſacerdotes ſecundi ordinis: non autem fuerūt cardinales nec patriarche pmates archiepiſcopi archidyaconi decani: ⁊ ſic de multis.ergo videtur ꝙ talis varietas in eccleſia eſſe non debeat.

Capitulū.lxxi. In quo datur reſponſio ad obiectiones iam factas contra varietatem ⁊ diuerſitatē ſtatuū ⁊ officiorum in eccleſia dei.

Cap.LXXI

b

## Js non obſtan

tibus dicendū eſt vt prius: qm̄ varietas ⁊ differētia hec ſtatuū dignitatum ac officioꝝ cōuenientiſſime ab ipſo fundatore xp̄o (q̄ iuxta apoſtolū.i.Corinth.i.virtus dei ⁊ ſapientia eſt) poſita eſt in ecclia:cuꝫ vt in pcedenti.c.deduximus ad integritatem perfectionē decorēcꝫ pertineat eccle faciatcꝫ ad habiliorem diuinoꝝ miniſterioꝝ expeditionem. Dicendum eſt ergo ad rōnes in oppoſitū.

Ad primum argu. Ad primā rn̄detur ꝙ non q̄libet diuerſitas repugnat cuilibet vnitati:vn̄ diuerſitas mēbroꝝ in vno corpore non repugnat vnitati corporis imo pfectio eius vt diximus ex illoꝝ varietate reſultat Un̄ aplus ad Ro.xij. In vno corpe multa mēbra habem⁹.⁊ ita dicim⁹ ꝙ diuerſitas prefata ſtatuū ⁊ officioꝝ in ecclia non impedit in aliquo eccle vnitatē q̄ per vnitatē fidei charita

tis ⁊ mutue ſubminiſtrationis pficit̃: ſm illḋ
apſi ad Ephe. iiij. Ex quo totũ corpus .i. eccle
ſia cõpactũ eſt. glo. per fidẽ: ⁊ cõnexũ vincu-
lis charitatis per oẽm iuncturã ſubminiſtra-
tionis dum ſcʒ vnus alij ſeruit: ⁊ ita varietas
iſta in eccleſia ſtatuũ ⁊ officioꝝ ſtat cum vni-
tate eccl'ie. Unde glo. ſuper illud .i. Corin. xij.
Nam corpus non eſt vnũ membrũ ſed multa:
dicit ſic. Oſtendit apl'us per ſimilitudinẽ hu
mani corpis vnitatẽ corporis xp̃i .i. eccl'ie ha-
bere varietatem officioꝝ ⁊ diuerſitateʒ hanc
non tollere vnitatẽ: ſicut humani corpis vni-
tas non in ſingularitate conſiſtit ſed in mul-
tis mẽbris vt ſibijnuicẽ preſtent qḋ debent. h
Ad ſecundum ibi. Ad ſecũdam r̃ndet: ꝙ ſicut natura nõ fa
cit ꝑ multa qḋ põt facere ꝑ vnũ ita etiam nõ
coartat in vnũ id ad quod multa requirũtur:
ſm illud apl'i .i. Cor. xij. Si totum corpus ocu
lus: vbi auditus? vñ etiam in eccl'ia q̃ eſt cor-
pus xp̃i oportuit membra diuerſificari ſm di-
Ad tertium uerſa officia ſtatus ⁊ gradus: q2 iſta non pote
rant cõuenienter adminiſtrari per vnũ. Ad
tertiã r̃ndet iuxta ſanctũ Tho. vbi. s. ꝙ ſicut
in corpore naturali membra diuerſa cõtinent
in vnitate ꝑ virtutẽ ſpũs viuificãtis quo abſ-
cedente mẽbra corporis ſeparant: ita etiam
in corpore eccl'ie pax diuerſoꝝ membroꝝ ṽtu
te ſpũſſancti qui corpus eccleſie viuificat: vt
habetur Joh. vi. Unde ⁊ apl's dicit ad Eph.
iiij. Solliciti ſeruare vnitatem ſpũs in vincu
lo pacis. Diſcedit autẽ aliq̃s ab vnitate ſpũs
dum querit que ſunt ꝓpria: ſicut etiã in terre
na ciuitate pax tollit ex hoc ꝙ ciues ſinguli q̃
ſua ſunt querunt: alioq̃n per officioꝝ ⁊ ſtatuũ
diſtinctionem tam mentis ꝙ̃ in ciuitate terre
na magna pax conſeruat inquantum per hoc
plures ſunt qui cõicant actibus publicis. vñ
⁊ apl's dicit .i. Cor. xij. ꝙ deus ſic tẽperauit vt
non ſit ſciſma in corpore: ſed ꝓ inuicẽ ſollicita
Ad quartum ſint membra. Ad quartaʒ r̃ndet: ꝙ vna via ẽ
ſaluatiõis ꝑncipalis ⁊ fundamẽtalis cõis oi
bus hoibus .ſ. fides xp̃i cuʒ obſeruantia man-
datoꝝ dei: ſm illud Math. xix. Si vis ad vi-
tam ingredi ſerua mãdata. Sed in illa via re
gia ſunt etiam alie diuerſe vie ſiue ſemite que
attendũtur penes diuerſa opera charitatis q̃
bus homo vacare põt vel penes diuerſitateʒ
exercitioꝝ q̃bus aliqui exercent ad perfectio
nem charitatis. Unde ſunt q̃dam modi viuẽ-
di ⁊ ꝓgrediendi in via dñi: ſm illud Augu.
In via dei in qua alius ſic alius ſic ibat. De q̃
rum viarũ ſiue ſemitarum varietate ꝓpheta
loquens ſic. pſal. xxiiij. ait. Uias tuas dñe de-
monſtra mihi ⁊ ſemitas tuas edoce me. vbi ꝑ
vias precepta accipiunt: ꝑ ſemitas vero que

anguſtiora ſunt cõſilia euãgelica deſignant.
Uñ ſuꝑ illud pſal. xxiij. Deduxit me ꝑ ſemitas
iuſticie: dicit gl. Semitte iuſticie ſunt arctio
ra precepta ⁊ perfectiora cõſilia. Quare cum
religiones priuate in eccl'ia dei nõ ſunt vie a-
lie alienate diuerſitatis aut ꝯ̃rietatis a via il
la ꝑncipali cõi oibus in eternã beatitudineʒ
tendere cupiẽtibꝰ: ſed illã in ſe ꝯtinent tanꝙ̃
fundamẽtalẽ ſuꝑaddentes illi cõſilia pfectio
ra: ptʒ ꝙ aduerſarioꝝ rõ non ꝓcedit cũ in fal-
Ad quintum ſa imaginatõe fundet. Ad q̃ntã r̃ndet: negã
do ꝯñam: multa eñ ꝓceſſu tꝑis inſtituta ſunt
in eccl'ia dei tam circa cultum diuinũ ꝙ̃ circa
vſum ſacroꝝ ⁊ diſtinctionẽ miniſtroꝝ ⁊ voca
buloꝝ varietatẽ que in ipſo naſcẽtis eccleſie
exordio nõ fuerũt ſicut manifeſtũ eſt ſpũ ſctõ
inſpirãte q̃ non parũ ornamẽti ⁊ decoris cõſe
runt ſctẽ dei eccl'ie. Preterea licet religionũ
differẽtia ⁊ varietas in habitibꝰ ⁊ cerimonijs
nõ fuerit in ꝑmitiua eccl'ia quãta nũc: nihilo
minꝰ ſubſtãtialia fundamẽta oim religionuʒ
videlʒ abrenũciatio oim rerũ tꝑaliũ ꝓpt xp̃ʒ.
Ad ſextum caſtitas ⁊ obediẽtia in ꝑmitiua eccl'ia fuerũt:
que maxime in apl'is floruerunt. Ad ſextã r̃n
det pariter negãdo ꝯñam rõne iaʒ dicta. Se
cundo r̃ndet iuxta ſan. Tho. in. iiij. di. xxiiij. ꝙ
in ꝑmitiua eccl'ia ꝓpter paucitatẽ miniſtroꝝ
oia inferiora miniſteria dyaconis cõmittebã
tur. vt ptʒ ꝑ Dioñ. in li. eccle. hierar. nihilomi
nus erant ꝑ̃dicte ptãtes ſed implicite in vna
dyaconi ptãte: ſed poſtea ampliatus eſt cultꝰ
diuinus ⁊ eccl'ia qḋ implicite hẽbat in vno or
dine explicite tradidit in diuerſis. et hoc mõ
dicit magr̃ ſniarum ꝙ eccl'ia aliquos ordines
Ad ſeptimum ſibi inſtituit. Ad ſeptimã r̃ndet negãdo con
ſequentiã: ⁊ cã eſt. Tum q2 ſicut habuit aucto
ritatem inſtituendi ⁊ deputandi varias pſo-
nas varijs ⁊ diſtinctis officijs: ita habuit au
ctoritatẽ noiandi ⁊ iponẽdi eis diuerſa voca
bula ſm diuerſitatẽ officioꝝ. Tuʒ q2 illi quos
patriarchas archiepõs etiã dicimus ſunt epi
cardinales vero aut preſbyteri aut dyaconi
ſunt. Unde hoc nõ eſt nouos ordines in eccle
ſia introducere: ſed in ordinibus conſtitutos
iuxta varietateʒ officioꝝ q̃bus deputati ſunt
dignis nominibus appellare. de nominibus
autem nõ debet eſſe altercatio cum ꝓhibitũ
non ſit illos ſic nominari.

Capitulũ. lxxij. De triplici diuerſitate que in corpo
re eccleſie principaliter reperitur.

Capitulum LXXII

# [E]tſi multiplici

varietate eccl'ia ſancta dei or-
nata refulgeat: tñ triplex po-
tiſſime in ea varietas conſide

raꝛ que eã pre alijs venuſtiorē ac ſplendidiorē
reddit: videlȝ differētia ſtatuū officioꝝ ⁊ gra
duū: quoꝝ diſtinctio ſic ex ſuperioribus colli-
giꝛ. Diximus aūt parū ante in capitulis ſupe
rioribus ꝙ diuerſitas in mēbris eccl'ie ad tria
ordinaꝛ: videlȝ ad ꝑfectionē ipſius corpis mi
ſtici ⁊ integritatē dicēte ap'lo .i. ad Corin. xij.
Corpus non eſt vnū mēbru ſed multa. Secū-
do ad cōgruentiorē expeditionē actionū que
ſunt neceſſarie in eccl'ia. qm̄ vt ait ap'ls vbi. s.
Si totū corpus oculus: vbi auditus? id eſt ſi
in eccl'ia vt ait Amb. in glo. oēs eſſent vnius
officij: quō impleretꝛ neceſſitas corporis cuiꝰ
gnationi diuerſis opus eſt. Tertio ad decorē
qui ex vbitate ⁊ ordine cōſurgit: ſm hec tria ꝑ
fata triplex diſtinctio diuerſitatis fideliuȝ in
ipſo eccl'ie corpe accipi pōt. Una qdem ꝑ re-
ſpectū ad ꝑfectionem q maxime attendit ſm
charitatē. iuxta illud ap'li ad Colo. iij. Super
oīa charitatē habere q eſt vinculū ꝑfectiōis
Unūquodqȝ diciꝛ eſſe perfectū cū attingit ꝓ
priuȝ finē, qui eſt vltima rei ꝑfectio: charitas
autem eſt q vnit nos deo qui eſt vltimus finis
humane mentꝭ: qꝛ q manet in charitate in deo
manet ⁊ deus in eo vt diciꝛ .i. Joh. iiij. Quare
merito ſȝ charitatē dꝛ attēdi ꝑfectio vite xp̄i
ane. Per reſpectū aūt ad hāc vite ꝑfectionē
accipiꝛ diſtinctio ſtatuū ꝓut qdam alijs ſunt
perfectiores. Secunda vero diſtinctio accipi
tur ꝑ reſpectū ad actionē: ⁊ hec eſt diſtinctio
Officium officioꝝ. Officiū eīn vt dicit Iſido. li. ethimo.
ab officiēdo diciꝛ. officere aūt a quo ſumiꝛ no
men officij importat actionē tēdentē in aliud
⁊ ideo officia ꝓprie dicunꝛ actus q referūtur
ad alios. Unde in diuerſis officijs eſſe dicunꝛ
q ad diuerſas actiōes deputati ſunt: ſicut do-
ctor diciꝛ habere officiū docendi: ⁊ iudex iudi
ciū faciendi: ⁊ ſic de alijs. Alia aūt diſtinctio
accipiꝛ per reſpectū pulchritudinis eccl'ie: et
ſm hoc accipiꝛ differentia graduū ꝓut ſcȝ in
eodem ſtatu vel officio vnus eſt alio ſuperior.
Unde in pſal. dicit ſm aliā litterā. Deus in
gradibus eius cognoſceꝛ. de qua diuiſione vi
detur ap'ls loq. i. ad Corinth. xij. di. Diuiſiōes
grãrum ſunt. glo. Grãs hic appellat gradus
⁊ ordines qui ſunt in officio eccl'ie.

Capitulū. lxxiij. Quid noīe ſtatus deſignetur.

Capl'ȝ LXXIII

q

## Uia de differen

tia ſtatuū in eccl'ia ſermonē in-
choauimus: oportunū duximus
ꝓ dictoꝝ ⁊ dicēdoꝝ pleniori in
telligētia vt qd in rōne ſtatus importeꝛ enu-
Status cleemus. Status ꝓprie loquēdo. vt ait ſctūs
Tho. in. ij. ij. q. clxxxiij. ſignificat quãdam poſi
tionis dr̄iam ſm quã aliqd diſponiꝛ ſm mo-
dū nature cū quadã immobilitate. eſt eīn na-
turale hoi vt caput eius in ſupiora tēdat ⁊ pe
des in terra firmeꝛ: ⁊ cetera mēbra media cō-
uenienti ordine diſponanꝛ: qđ qdeȝ non acci
dit ſi hō iaceat vel ſedeat ſed ſolū dum rectus
ſtat: nec rurſus ſtare dꝛ ſi moueaꝛ ſȝ qn̄ qeſcit.
Et inde eſt ꝙ etiã in ipſis humanis actiōibꝰ
dꝛ negociū aliqđ ſtatū habere ſm ordinē ꝓpe
diſpoſitionis cū quadã imobilitate ſeu qete.
Un̄ ⁊ circa hoīes ea q de facili circa eos vari
anꝛ ⁊ extrinſeca ſunt nō ꝯſtituūt: puta ꝙ ali-
quis ſit diues vel paup in dignitate ꝯſtituꝰ
vl' plebeius vel ſi qd aliud ē hmōi. Un̄ ⁊ in iu
re ciuili dꝛ: ꝙ ei q a ſenatu amoueꝛ magis di-
gnitas ꝗ ſtatus auferaꝛ: ſed ſolū videꝛ ad ſta
tū hoīs ꝑtinere qđ reſpicit obligatiōeȝ ꝑſone
hoīs ꝓut aliqs eſt ſui iuris vl' alienꝰ ⁊ hoc nō
ex aliqua cã leui vel de facili mutabili ſed ex a
liquo ꝑmanēte. Et hoc eſt qđ ꝑtinet ad rōnē
libertatis vel ſuitutꝭ. Un̄ ſtatus ꝓprie ꝑtinet
ad libertatē vel ſeruitutē ſiue in ſpūalibꝰ ſiue
in ciuilibus ꝓut conſueuit dici ꝙ error ꝑſone
aut conditionis vel ſtatus impedit matrimo
niū nō aūt error fortune vel qualitatis. ⁊ iſto
modo accipiꝛ ſtatus. ij. q. vi. c. ſi qn̄. vbi dicit
papa Adrianus. Si qn̄ in cã capitali vel cã
ſtatus interpellatū fuerit nō ꝑ exploratores:
ſed ꝑ ſeipſos eſt agendū. Ubi cã ſtatus appel
laꝛ ꝑtinens ad libertatē vl' ad ſeruitutē: vt ſa
tis aperte colligiꝛ ex glo. Dicimus aūt ꝙ ſta-
tus ꝓprie loquēdo ꝑtinet ad ipſam rōnem li-
bertatis vel ſeruitutis qm̄ ſi large ⁊ improꝓe
de noīe ſtatus loquamur: noīe ſtatꝰ aliqn̄ im-
portaꝛ ſola rectitudo. iuxta illud Ezech. xi. Fi
li hoīs ſta ſup pedes tuos. ⁊ Greg. dīc. vi. mo-
ral. Ab oī ſtatu rectitudinis deſperēt q ꝑ no-
xia vba dilabunꝛ. Aliqn̄ noīe ſtatꝰ ſola impor
taꝛ firmitas ſiue imobilitas. iuxta illđ ap'li. i.
Cor. xv. Stabiles eſtote ⁊ imobiles. Un̄ dīc
Greg. ſup Eze. Lapis quadratꝰ eſt. i. quaſi ex
oī latere ſtatū hȝ q caſuȝ ex aliqua ꝑmutatiōe
nō hȝ. Preterea aliqn̄ noīe ſtatus importari
videꝛ gradus altior ſiue altitudo aliq digni-
tatis. nã ex hoc aliqs dꝛ ſtare in altū ꝙ erigiꝛ.
Sed reuera nullū iſtoꝝ adimplet rōneȝ ſtatꝰ
non qdem rectitudo ſola. Tum qꝛ in alijs aīa
libus nō reqritur rectitudo ad hoc ꝙ ſtare di-
canꝛ. Tum qꝛ nec etiam hoīes ſtare dicuntur
quantūcūqȝ recti niſi quieſcãt. Preterea nec
ſola immobilitas ſufficit ad rationem ſtatus:
ptȝ qꝛ etiam ſedens ⁊ iacens quieſcūt qui tū
non dicunꝛ ſtatus. Ceterum nec gradus nec
altitudo dignitatis ſufficit ad rōnem ſtatus:
gradus eīn diciꝛ ſm ordinem ſuperioritatis ⁊

inferioritatis: ſtatus vero dicit imobilitatē eo ꝙ ptinet ad cōditionē perſone. Patʒ ergo q̄d in ſermone noſtro in rōne ſtatus importari intelligamus. Diſtinguunt̄ aūt tres ſtat⁹ in eccl'ia ſcʒ prelatoꝝ: religioſoꝝ: ⁊ ꝯiugatoꝝ ex euāgelio Math. xxiiij. vbi d̄r. Duo in agro: duo in lecto: ⁊ duo in molēdino. In agro ſunt vt exponit btūs Aug. ſup pſal. cxxxi. q̄ gubernant eccl'iam: ⁊ ita prelati. Unde dicit aplus Uide ſi non in agro erat: ego plantaui apollo rigauit: ſed deus incrementū dedit. In lecto aūt eos intelligi voluit qui amauerūt quietē. Per lectum vero q̄etos intelligi voluit nō miſcentes ſe turbis nō tumultui generis humani in ocio ſeruientes deo. In molendino exn̄tes intelligi voluit plebē ꝯiugatoꝝ q: in iſto mūdo verſant̄ vbi molendinū intelligit̄ q: ſic vertit̄ mūdus quō mola. Itē prefatus ſtatus deſignat̄ in tribus illis viris. de q̄bus habet̄. Ezech. xiiij. vʒ in Noe Daniele ⁊ Iob. Noe ſignificat rectores eccl'ie: q: ipſe archā in diluuio gubernauit. Daniel aūt vitā q̄etam elegit in celibatu ſeruire deo vxorē non querēs: erat vir ſanctus in celeſtib⁹ deſiderijs vitā gerēs: ꝑ quē ſignificant̄ ſerui dei in religione viuentes: de q̄bus dicit̄. Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocundū habitare fratres in vnū. In noīe vero Iob: q̄ habebat vxorē ⁊ filios ⁊c̄. ſignificant̄ boni cōiugati. Ex q̄bus etiā apertiſſime habet̄ ꝙ nomine ſtat⁹ importet̄ firmitas ꝑpetue obligationis cū aliqua ſolēnitate: ſicut pʒ in ſtatib⁹ illis trib⁹: quoꝝ primus ⁊ ſuprem⁹ ſtatus p̄latoꝝ deſignat̄ per Noe: q̄ obligant̄ ad opera ꝑfectionis ⁊ cū ſolēnitate aliqua benedicunt̄ ⁊ cōſecrant̄. Secūdus ſtatus eſt religioſoꝝ qui obligant̄ ad ꝑpetuā cōtinentiā cū ſolēnitate voti ꝓfeſſionis. Tertius q̄ infim⁹ ponit̄ eſt q̄ obligant̄ obligatione matrimoniali etiā cuʒ ſolēnitate quā facit eccl'ia. Et ita ptʒ ꝙ ꝓprie rōne ſtatus q̄dam imobilitas ⁊ firmitas ꝑpetue obligationis cū ſolēnitate quadā importetur ſicut inferius etiā plenius oñdet̄. dimiſſo aūt tertio ſtatu. ſ. cōiugatoꝝ: in quo magis importat̄ obligatio ſiue ſeruitus quedam carnalis cū ſit ad debitū carnale reddendum ꝙ ſpūalis: vt ptʒ: cōſequemur differētiā ſtatuū ꝑtinentiū ad ſeruitutē vel libertatem ſpūalē.

Status triplex eccleſie

Pſal. cxxxij.

Capitulū. lxxiiij. De differentia ſtatuū pertinentium ad ſpūalem ſeruitutem vel libertatem attendit̄ ꝺm incipientes ꝓficientes ⁊ perfectos.

Cap. LXXIIII

LOquturi autē de differentia ſtatus ſpūalis ſeruitutis repetere neceſſe habemus ꝙ ſtatus ꝓut iam expoſuim⁹ libertatē reſpiciat vl' ſuitutē. Inuenit̄ autem in reb⁹ ſpūalibus duplex ſeruit⁹ ⁊ duplex libertas. vna quidē eſt ſuit⁹ peccati alia vero eſt ſeruitus iuſticie. Siīr etiā eſt duplex libertas vna quidē a pec̄cō: alia vero a iuſtitia vt patet ꝑ Apl'm ad Ro. vi. Cum ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſticie: nunc aūt liberati a peccato ſerui facti eſſetis deo. Eſt aūt ſeruitus peccati vel iuſticie cū aliquis ex habitu peccati ad malū inclinat̄ vel ex habitu iuſticie ad bonum. Siīr aūt libertas a peccato eſt cū aliquis ab inclinatione peccati nō ſuperatur. Libertas aūt iuſticie cū aliquis ꝓpt̄ amorem iuſtitie nō retardatur a malo. Uerū tñ q: homo ꝺm naturalē rationē ad iuſtitiā inclinatur: peccatū aūt eſt contra naturaleʒ rationē ꝯñs eſt ꝙ libertas a peccato ſit vera libertas que coniūgitur ſeruituti iuſtitie: q: ꝑ vtrunqʒ tendit homo in id qđ eſt cōueniēs ſibi. Et ſiīr vera ſeruit⁹ eſt ſeruitus peccati cui cōiungit̄ libertas a iuſtitia: q: ſic ꝑ hec ipedit̄ hō ab eo qđ eſt ꝓpriū ſibi. hoc aūt ꝙ homo efficiat̄ ſeru⁹ iuſtitie vel peccati ꝯtigit per humanū ſtudium ſicut Apl's ibi dicit: cui exhibetꝭ vos ſeruos ad obediendum ſerui eius eſtis cui obediſtis ſiue peccati ad mortē ſiue obeditionis ad iuſtitiā. In omni aūt ſtudio eſt accipere principiū mediū ⁊ terminū. ⁊ ideo ꝯñs eſt ꝙ ſtat⁹ ſpūalis ſeruitutis ⁊ libertatis ꝺm tria diſtinguat̄. ſ. ꝺm principiū ad qđ pertinet ſtat⁹ incipientiū: ⁊ mediū ad qđ pertinet ſtatus ꝓficientiū. ⁊ terminū ad quem ꝑtinet ſtatus perfectoꝝ. Dicit eñ beat⁹ Greg. ſuper Eze. ⁊ habetur de pe. di. ij. §. hec q̄ de charitate. Alia nāqʒ ſunt virtutis exordia aliud ꝓfectus aliud ꝑfectio. Preterea cōueniētia huius diuiſionis accipit̄ ex eo ꝙ libertas a peccato ſit per charitatē que diffundit̄ in cordib⁹ noſtris per ſpiritum ſanctū: vt d̄r ad Ro. v. Unde. ij. ad Cori. xiij. inquit Apl's. Ubi ſpirit⁹ dñi ibi libertas ideo eadem videtur diuiſio charitatis et ſtatuum pertinentium ad libertateʒ. Diſtinguūtur autem cōueniēter gradus charitatis tres ſcʒ incipientium: proficientium: ⁊ perfectorū Dicit enim Aug. ſuper primam Cañ. Iohan. Charitas cuʒ primo fuerit nata nutritur (qđ pertinet ad incipientes) cum fuerit nutrita roboratur: (quod pertinet ad proficientes) cum fuerit roborata perficitur: quod pertinet ad perfectos. Conueniēter ergo dictum eſt ꝙ differentia ſtatuū pertinentium ad ſpiritualem ſeruitutem vel libertatem attēdatur ꝺm incipiētes proficientes ⁊ perfectos.

Seruitus duplex

Libertas duplex

Capitulum. lxxv. In quo declaratur quibus conueniat eſſe perfectos: et quibus conueniat eſſe in ſtatu perfectionis.

Cap. LXXV.

# Vãnis ſtatuū

q ad ſpiritualē ſeruitutē vel li-
bertatem ptinentiū dr̃ia ſm
incipientes pficiētes ac pfe
ctos vt prediximus attendat
nihilominꝰ q̃ꝛ inchoatio ꝛ augmentū nō que-
rūtur ꝑpter ſe ſꝫ ꝑpter pfectionē: nulla gene-
ra hominū ſpũaliter deputant ſtatui incipien-
tiū ꝛ pficientiū: ſed ſolū ad pfectionis ſtatuꝫ
aliqui hoies cum quadā obligatione ꝛ ſolēni-
tate aſſumunt. Quocirca de ſtatu pfectionis
vtputa ad quē alij ſtatus ordinātur ſermoneꝫ
noſtrū pſequemur declarātes in primis in q̃-
bus vite ſpũalis perfectio cōſiſtat: ꝛ quibꝰ in
ſtatu pfectionis eſſe cōueniat. Pro primo
aūt notandū eſt: ꝙ vite ſpũalis pfectio ex cha
ritate penſanda eſt. qd̃ ex eo primo oſtēdit: qꝛ
cū vnūquodqꝫ dicat pfectū inꝙtum attingit
propriū finē qui eſt vltima rei pfectio: ꝛ chari-
tas ſit que vniat nos deo qui eſt vltimꝰ finis
humane mentis: ſm illud .i. Joh. iiij. Qui ma-
net in charitate in deo manet ꝛ deꝰ in eo. ma-
nifeſtū eſt ꝙ ſm charitatem perfectio vite ſpi
ritualis maxime attendat. Secundo: ſi chari
tatem nō habens nihil ſpũaliter eſſe dicit: di-
cente Aplo .i. ad Corin. xiij. Si habuero ꝓphe
tiam ꝛ nouero oia myſteria ꝛ oēm ſcientiam ꝛ
ſi habuero oēm fidem: ita vt mōtes transferā
charitateꝫ aūt nō habuero nihil ſum. luce cla
rius habet ꝙ vite ſpiritualis pfectio in chari
tate cōſiſtat. Tertio idem colligit ex eo ꝙ Jo.
totam ſpũalem vitam in dilectione aſſerit eē
dicēs .i. Joh. iij. Nos ſcimꝰ qm̃ tranſlati ſumꝰ
de morte ad vitā qm̃ diligimꝰ fratres quos q̃
nō diligit manet in morte. A pfectione ḡ cha
ritat ſimpliciter aliq̃s in vita ſpũali dicit eſſe
pfectus. Unde ad Colo. iij. inq̃t Aplus. Sup
oia charitatem habete que eſt vinculū pfecti
onis. Amor aūt vim trāſformatiuā habet qua
amans in amatū quodāmodo transfert. Und̃
Dio. li. de diui. no. c. iiij. dicit. Eſt aūt extaſim
faciens diuinus amor non ſinens ſuipſorum
amantes eſſe ſed amatorū. Quia ḡ totū ꝛ pfe-
ctum idem ſunt: vt Ariſt. dicit. iij. phy. perfe-
cte charitatē habet qui totaliter in deū tranſ
formatur ſeipſum ꝛ oia poſtponens ꝑpt deū
Unde Aug. xiiij. de ciui. dei dicit: ꝙ ſicut ciui
tatem babylonis fecit amor ſui vſqꝫ ad contē
ptum dei: ita ciuitateꝫ dei facit amor dei vſqꝫ
ad contemptū ſui. cuiuſcunqꝫ ergo mēs ſic eſt
affecta interius vt ſeipſum ꝛ omnia contēnat
ꝑpter deum ſm illud Apli ad Phil. iij. Que
mihi aliquādo fuerunt lucra arbitratus ſum
vt ſtercora vt xp̄m lucrifaciam. iſte perfectus
eſt ſiue ſit religioſus ſiue ſecularis: ſiue cleri-
cus ſiue laicus etiā matrimonio coniunctus.
Abraham em̄ matrimonio cōiunctus erat et
diues cui deus dixit. Gen. xvij. Ambula corā
me ꝛ eſto perfectus. Et Eccli. xxxi. dicit. Bea
tus diues qui inuētus eſt ſine macula ꝛ poſt
aurū non abijt. Et poſt pauca ſubdit. Qui ꝓ-
batꝰ ē in illo ꝛ pfectꝰ inuētꝰ eſt. Preterea de
ſecūdo cōſiderandū eſt: ꝙ non eſt idem eſſe ꝑ-
fectum ꝛ eſſe in ſtatu perfectiōis. ſunt em̄ ali
qui in ſtatu perfectionis q̃ nondū ſunt perfe-
cti ſed interdū etiam pctōres: ſunt etiam aliq̃
perfecti q̃ in ſtatu perfectionis non ſunt. Ad
videndū aūt quō hoc ſit: eſt aduertendū ꝙ ſi-
cut .ſ. dictū eſt in. c. p̄cedēti. ſtatus ꝑprie pti-
net ad cōditionē libertatis vel ſeruitut. ſpũa
lis aūt libertas ſiue ſeruitꝰ pōt attēdi in hoīe
dupl'r. vno modo ſm id qd̃ interius agit. alio
modo ſm id qd̃ agitur exterius. Et qꝛ vt dici-
tur .i. Reg. xvi. hoies vident q̃ patēt ſed deus
intuet cor. Inde ē ꝙ ſm interiorē hoīs diſpo-
ſitionē accipit cōditio ſpũalis ſtatus in hoīe
in cōparatione ad iudiciū diuinū: quo modo
pñt diſtingui ſtatus grē ꝛ ſtatꝰ culpe. Scd̃m
aūt ea q̃ exterius agunt accipit ſpũalis ſtatꝰ
in hoīe per cōparationē ad eccl'iaꝫ: ꝛ hoc mō
nunc de ſtatu loq̃mur ꝑut ſcꝫ ex diuerſitate
ſtatuū quedam pulchritudo cōſurgit. Ceterū
eſt conſiderandū ꝙ quantuꝫ ad hoies ad hoc
ꝙ aliquis adipiſcat ſtatū libertatis vel ſerui
tutis requirit q̃dem aliqua obligatio vel ab-
ſolutio. non em̄ ex hoc ꝙ aliquis ſeruit alicui
efficit ſeruus qꝛ etiam liberi ſeruiūt: ſm illud
ad Gal. v. Per charitatē ſpūs ſeruite inuiceꝫ
nec ex hoc ꝙ aliquis deſinit ſeruire efficitur li
ber: ſicut ptꝫ de ſeruis fugitiuis. ſed ille ꝑprie
ſeruus eſt q̃ obligatur ad ſeruienduꝫ: ꝛ ille eſt
liber q̃ a ſeruitute abſoluit. Secundo requiri
tur ꝙ obligatio predicta cū aliqua ſolēnitate
fiat ſicut ꝛ in ceteris q̃ inter hoies obtinēt ꝑ-
petuā firmitatem quedam ſolēnitas adhibe
tur. Sic ergo in ſtatu pfectionis ꝑprie dicit
aliq̃s eſſe nō ex hoc ꝙ habet actū perfecte di-
lectionis: ſed ex hoc ꝙ obligat ſe perpetuo cū
aliqua ſolēnitate ad ea q̃ ſunt pfectionis. Cō
tingit etiā ꝙ aliq̃ ſe obligant ꝛ non ſeruāt: et
aliq̃ implent ad qd̃ ſe non obligarūt ſicut ptꝫ
Math. xxv. de duobus filijs: quorū vnus pa-
tri dicenti operare in vinea r̄ndit nolo: ꝛ poſt
ea abijt. alter aūtē r̄ndens ait eo ꝛ non iuit. et
ideo nihil ꝓhibet aliquos eſſe perfectos qui
non ſunt in ſtatu pfectionis ꝛ aliquos eſſe in
ſtatu perfectionis qui non ſunt perfecti.

Perfectio in quo conſiſtit

Differentia inter pfectos ꝛ exiſtētes in ſtatu perfectionis

Caplm. lxxvi. Quod prelatis maioribus eccleſie. ſ. epis ꝛ religioſis ꝑprie competat eſſe in ſtatu perfectionis.

Capl'z LXXVI

ratem officiorum conuenientiſſime in eccleſia eſſe. Tum maxime propter actionum neceſſitatem que in eccleſia neceſſarie ſunt. Oportet autem ad diuerſas actiones diuerſos homines deputari ad hoc quod expedientius et ſine confuſione omnia pagantur: vt ſupra in .c. lxix. plenius declarauimus. Tum ſecundo propter commendandam dei ſapientiam que in diſtinctione ordinata rerum maxime relucet tam in naturalibus quam in ſpiritualibus. Quod ſignificatur in hoc quod regina ſaba videns ordinem miniſtrantium ſalomoni non habebat vltra ſpiritum deficiens admiratione ſapientie ipſius .iij. Reg. x. Tum tertio ad ſubueniendum humane infirmitati: quia per vnum non poterant omnia que ad diuina myſteria pertinebant expleri ſine magno grauamine. et ideo deſcribuntur diuerſi diuerſis officijs. Unde hac de cauſa dominus legitur Numeri .xi. dediſſe moyſi ſeptuaginta ſenes populi in adiutorium. Tum quarto vt via proficiendi hominibus amplior detur dum plures in diuerſis officijs diſtribuuntur vt omnes ſint dei cooperatores quo nihil diuinius vt dicit Diony. Preterea conſiderandum quod cum in diuerſis officijs eſſe dicantur qui ad diuerſas actiones ſunt deputati: manifeſtum eſt officia diſtingui. Unde Iſi. li. ethi. dicit officium ab efficiendo dictum eſſe quaſi efficium propter decorem ſermonis, vna mutata littera. Videtur autem ſub hac officiorum varietate primo comprehendi diſtinctio gratiarum que ad actiones neceſſarias in eccleſia dantur. de quibus Apoſtolus ait .i. ad Cori. xij. Diuiſiones gratiarum ſunt idem autem ſpiritus alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientie alij autem ſermo ſcientie ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides .i. conſtantia fidei inquit glo. in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum .i. curandi infirmos dicit glo. in vno ſpiritu: alij opera virtutum .i. miraculorum: dicit glo. alij prophetia. alij diſcretio ſpirituum. alij gratia linguarum. alij interpretatio ſermonum. Hec autem omnia operatur vnus et idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Secundo vero ſub diuerſitate officiorum etiam comprehendi videtur diſtinctio que attenditur ſecundum diuerſas vitas. ſ. actiue et contemplatiue: quarum diſtinctio accipitur ſecundum diuerſa operationum ſtudia. Unde vt idem Apoſtolus vbi ſupra ait. diuiſiones operationum. aliud enim eſt ſtudium operationis in martha que ſollicita erat et laborabat circa frequens miniſterium quod pertinet ad vitam actiuam: aliud in maria que ſedens ſecus pedes domini audiebat verbum illius: quod pertinet ad contemplatiuam: vt habetur Luc. x. Tertio comprehenditur ſub officiorum diſtinctione differentia miniſteriorum: de quibus ait Apoſtolus vbi ſupra Diuiſiones miniſtrationum ſunt: quibus vt inquit glo. alij alijs ſubſeruiant ad quod videtur pertinere varietas et diſtinctio tam ordinum eccleſiaſticorum quam dignitatum. Dicit enim beatus Iſidorus quod officiorum plurima genera ſunt: ſed precipuum id quod in ſacris diuiniſque rebus conſiſtit. de qua rerum diſtinctione beatus Iſidorus in libro .vij. ethimolo. ca. xij. et inducitur in ca. Cleros. di. xxi. ita inquit. Generaliter autem clerici nominantur omnes qui in eccleſia dei deſeruiunt quorum gradus et nomina hec ſunt oſtiarius: pſalmiſta: lector: exorciſta: acolythus ſubdyaconus: dyaconus: preſbyter epiſcopus. Ordo enim epiſcoporum quadripertitus eſt: id eſt in patriarchis: archiepiſcopis: metropolitanis atque epiſcopis. Patriarcha greca lingua ſummus patrum interpretatur: quia primum id eſt apoſtolicum retinet locum. Et ideo quia ſummo honore fungitur tali nomine cenſetur ſicut romanus antiochenus alexandrinus. Archiepiſcopus greco vocabulo qui ſit ſummus epiſcoporum: tenet enim vicem apoſtolicam et preſidet tam metropolitanis quam ceteris epiſcopis. Metropolitani autem a menſura ciuitatum vocantur: ſingulis enim prouincijs preeminent quorum auctoritati et doctrine ceteri ſacerdotes ſubiecti ſunt: ſine quibus nil reliquis epiſcopis agere licet. Sollicitudo enim totius prouincie ipſis commiſſa eſt. De diſtinctione vero ceterorum officialium que in maioribus eccleſijs eſſe ſolent ſcilicet archidyaconi: archipreſbyteri: primicerij: et theſaurarij et eorum officijs idem beatus Iſidorus deſcribit in quadam epiſtola que habetur in ca. Perlectis. diſt. xxv. quorum cum nota ſit diſtinctio ea commemorare ſuperſedimus.

Nomina clericorum.

Capitulum .lxxxvi. de varietate et diſtinctione graduum in eccleſia dei.

Ca. LXXXVI

q

# Uemadmodum

multitudo actionum que in eccleſia neceſſe ſunt requirit diuerſitatem officiorum in eccleſia: ita dignitas et pulchritudo eius que in quodam ordine conſiſtit exigit vt in ipſa eccleſia multiplex ſit graduum ac ordinum varietas. Quorum cum diſtinctio accipitur penes ordinem ſuperioritatis et inferioritatis hec graduum varietas reperitur et in ſtatibus: quoniam in illis alij alijs ſunt excellentiores. reperitur in officijs: quoniam aliqui nobilioribus officijs deputantur quam alij. reperitur in gratijs et virtutibus: quoniam quidam plenius et perfectius pre ceteris illas participant. De quibus gradibus in pſalmo ſecundum aliam expoſitionem habetur Deus in gradibus eius cognoſcetur. Quod

verbum beatus Grego. ſuper Ezech. tractãs ita inquit vt deducit Gratian⁹ de pe. di. ij. §. hec que de charitate. Dum ſanctam eccleſiaꝫ deus ſuſcipit in gradibus eius dinoſcitur: q̃a ⁊ eius gloria per illius incremẽta declaratur quanto enim ſancta eccleſia aſcendendo proficit tanto deus hominibus ex eius virtute cognoſcitur. De his quoqꝫ gradibus beat⁹ Job loquitur dicens. ca. xxxi. Per ſingulos grad⁹ meos pronunciabo illum. omnipotentem q̃ppe dominũ per ſingulos gradus ſuos pronunciat qui per incrementa virtutum que acceperat ei ſemper laudem pietatis ſue reddit. Si quidem gradus aſcenſionis nõ eſſent. pſ̃. non diceret. Ambulabunt de virtute in virtutem. Necmirum ſi de virtute in virtutem gradus ſunt quãdo ipſa vnaqueqꝫ virtus quaſi q̃buſdam gradibus augetur: ⁊ ſic per incremẽta meritorum ad ſumma producitur. alia nãqꝫ ſunt exordia virtutis: aliud virtutis profect⁹ aliud ꝑfectio. hec ibi. Hoc dixiſſe ſufficiat de varietate ⁊ diſtinctione graduũ qui habẽtur in ipſa eccleſia dei.

Capitulum. lxxxvij. de duplici poteſtate in republica xp̃iana ſpirituali ſcꝫ ⁊ terrena.

Ca. LXXXVII

ſ

# Ane premiſſis

attente conſideratis manifeſte cognoſcere poſſumus vt ipſa pluralitas actionuꝫ que in eccleſia neceſſaria ſũt penes quas officiorꝫ diſtinctio vt predictuꝫ eſt: ſumpta eſt: plures arguat neceſſarias in republi. xp̃iana poteſtates eſſe. Cuꝫ enim poteſtas ſit agẽdi: neceſſe eſt vt in eccleſia in qua plures et varie ſunt actiones plures fateamur eẽ poteſtates. Dicit enim Ariſto. de ſomno ⁊ vigilia ꝙ cuius eſt actus eius ⁊ potentia. Plane quẽadmodum vt ſupra ca. lxix. explanauimus fidelium vniuerſitas duos in generali cõplectitur ordines: laicos. ſ. ⁊ clericos quaſi duo latera corporis vnius: ita in generali due in ipſa fidelium vniuerſitate ſunt poteſtates. ſ. ſecularis ⁊ ſpiritualis vt magiſter Hugo de ſãcto victore libro de ſacramentis parte. ij. inq̃t In laicis quippe ad quorum ſtudium ⁊ prouidentiã ea que terrene vite neceſſaria ſunt pertinent: poteſtas eſt terrena. In clericis vero ad quorum ſtudium ſpectant ea que ſpiritualis vite ſunt bona: poteſtas eſt diuina. illa ergo poteſtas ſecularis dicitur iſta ſpiritualis nominatur. Quarum poteſtatuꝫ figura in veteri teſtamento preceſſiſſe videtur. iij. Reg. vij. vbi dicitur: ꝙ ſtatuit Salomon duas columnas ereas in porticu templi: cũqꝫ ſtatuiſſet columnam dextram vocauit eam nomine ioachim: ſimiliter erexit colũnam ſecundam ⁊ vocauit eam nomine booꝫ. Ad horum autem myſticum verborum intellectũ declarandum ſciendũ eſt eccleſiam militantem ſignificari per atriũ: triumphantem vero per templum dñi. Cuius ratio eſt: quoniã ſicut ꝑ atrium intratur ad templum: ita de militante eccleſia tranſitur ad triumphantem. Salomon autem noſter ſapientiſſimus dei ſcꝫ filius: in quo ſunt om̃es theſauri ſapiẽtie ⁊ ſcientie abſconditi. ad Coloſ. ij. Duas colũnas id eſt duas poteſtates: ſpiritualem ſcꝫ ⁊ temporalem: poſuit in atrio ſiue in porticu templi: id eſt in eccleſia militãte: quibus tanq̃ colũnis reſpublica xp̃iana fulciretur ⁊ firmaretur. Quoniam autem ſpiritualia temporalibus preferuntur: ſpiritualis poteſtas digne per dexteram colũnam accipitur: temporalis vero per colũnam ſiniſtram deſignatur. Recte autem colũne prime ſcꝫ poteſtati ſpirituali impoſituꝫ eſt nomẽ ioachim: quod interpretatur preparãs alijs firmitatem: per quod deſignat excellentia ſpiritualis poteſtatis: quia niſi om̃ibus virtutibus emineret poteſtatibus alijs firmitatem non prepararet. Unde petro qui in plenitudinẽ ſpiritualis poteſtatis vocatus eſt: dictum eſt a chriſto. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Conſequenter eſt notanduꝫ ꝙ in huiuſmodi poteſtatibus vt inq̃t prefatus venerabilis Hugo de ſancto victore. diuerſi ſunt gradus ⁊ ordines poteſtatum: ſub vno tamen capite vtrinqꝫ diſtributi ⁊ q̃ſi ab vno principio deducti ⁊ ad vnum relati. Terrena eñi poteſtas caput habet regem: ſpiritualis poteſtas caput habet ſummũ pontificem. De quib⁹ poteſtatibus Pelagius papa Anaſtaſio impatori ita ſcribit in ca. Duo ſũt. diſt. xcvi. Duo ſunt quippe imperator auguſte quibus principaliter hic regitur mundus: auctoritas ſacra pontificum ⁊ regalis poteſtas. Gradus vero ⁊ ordines differẽtes in poteſtate ſeculari ſiue terrena capiuntur tam ex veteri teſtamẽto q̃ ex nouo. Ex veteri quidem primo patet Exod. xviij. vbi dicitur ꝙ moyſes ex electis viris ſtrẽnuis de cuncto iſrael conſtituit eos ꝓncipes populi tribunos ⁊ centuriones ⁊ quinquagenarios ⁊ decanos qui iudicarent populũ dei om̃i tempore. Ex nouo quidem teſtamento accipiuntur ꝓmo vbi apl'us inquit ad Roma. xiij. Om̃is anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. vbi inquit glo. vt etiã ſeruiat homo poteſtatib⁹ ſecularibus bonis vel malis: ſcꝫ regibus ꝓncipibus tribunis centurionibus ⁊ alijs huiuſmodi. Secun-

Eccl'ia militans eſt atrium: triumphans templum

do accipitur ex illo vbi beatus Petrus apoſtolus ait.i.Petri.ij.Subditi eſtote omni humane creature ꝓpter deum ſiue regi tāꝗ precellenti:ſiue ducibus tanꝗ ab eo miſſis. Gradus vero ⁊ ordines in ſpirituali poteſtate etiam tam ex veteri teſtamento ꝙ ex nouo deſignātur.De veteri quidē patet Numeri.iij.ca. vbi ponitur gradus ſummi ſacerdotis aaron ⁊ minoꝝ ſacerdotū ſubminiſtrantium aaron vbi dicitur.Sumptiq́ʒ ſunt ſacerdotes eleazar et ythamar coram aaron. Item ponit̃ ibi ſubminiſtratio leuitarum ſm̃ gradus differētes.vn̄ vbi dicitur.Dabis leuitas aaron ⁊ filijs eius quibꝰ traditi ſunt a filijs iſrael in miniſterio. In nouo quidem teſtamento etiam gradus in poteſtate ſpirituali deſcribuntur. Primo vbi gradus ſummi pontificis ordinatur cum plenitudo poteſtatis clauium vni ſingulariter.ſ.petro cōmittitur dicente domino illi.Tu es petrus⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam ⁊c̄.Math.xvi.Item cuʒ eidem cura gregis dn̄ici vniuerſalis iniungitur dicente domino illi.Symon iohānis diligis me plus his paſce oues meaſ.Joh.vlt.cui in eccleſia romanus pontifex in primatu ſuccedit.Secūdo differentia gradus epiſcopoꝝ deſignatur in apl̄is quorum locū tenēt epiſcopi:quibꝰ a domino dicitur.Amen dico vobis quecūq́ʒ ligaueritis ſuper terram erunt ligata ⁊c̄.Math.xviij.Gradus vero preſ byterorum accipitur cum dominus diſcipulos.lxxij. qui minoris ordinis ſacerdotum figuram geſſerunt:deſignaſſe legitur qui euʒ precederent in omneʒ ciuitatem ⁊ locum quo erat ipſe vēturus Math.x.Sub poteſtate vero preſ byterorum ordo dyaconorum:qui in archidyaconis habent iudiciariam poteſtatem deſignatur.i.Thi.iij.ab Apoſtolo:vbi poſt deſcriptionem epiſcopi dicit.Dyacones ſi bene adminiſtrauerint bonum gradū ſibi acquirunt.

Capitulū.lxxxviij.In quo ponūtur obiectiones contra ea que dicta ſunt de duplici ptāte danda in vniuerſitate reip.xp̄iane ſeculari ⁊ ſpirituali.

Ca.LXXXVIII

c Ontra ea que iam diximus de duplici poteſtate ponēda in repu.xp̄iana obijcitur aliquibus medijs ꝑ aliquos nitentes oſtēdere ꝙ neceſſariuʒ nō ſit predictas duas poteſtates ponere ſed ꝙ altera earum ſufficiat ad reginē xp̄iani populi. Primo ſic.Pluralitas principatuum nō eſt bona vt habetur.xij. Metaphyſice.ſed pluralitas poteſtatum ⁊ iuriſdictionū diſparatarum quarum vna nō contine-

Argumētū p̄mū

tur ſub altera arguit pluralitatem principatuum quorum vnus nō eſt ſub alio.ergo talis pluralitas non eſt bona nec expediens:ergo altera tantuʒ danda venit in republica xp̄iana ⁊ non due. Secūdo ſic.ſufficit populo ꝙ viuat virtuoſe:ſed ad hoc ſufficit poteſtas ſecularis que per penas ⁊ premia ⁊ leges intendit homines facere bonos ⁊ virtuoſos ⁊ operatores bonoruʒ.vt habetur.ij.Ethicoꝝ.ergo alia poteſtas ad regimen chriſtiani ppl̄i non eſt neceſſaria. Tertio arguitur ꝙ ſola poteſtas ſpiritualis ſit ponenda:ſic.regalis poteſtas ex permiſſione diuina videtur eſſe nō precepto vel conſtitutiōe filijs iſrael cōceſſa:ſed omne tale culpabile ⁊ illicitū eſſe videt̃:ergo relinquit̃ talē poteſtatē ſiue ſecularē nō eē neceſſariam.maioꝛ patʒ.nam Deutero.xvij.ſup illud.Cum dixeris conſtituā ſuper me regem: dicit glo.interli..Contituūt ſibi regem cōtra dei voluntatē:nō deum ſed hominē. Item ſuper illud qđ ſequitur ibidem.Conſtitues euʒ quem dn̄s tuus elegerit.glo.inquit.permittit non cōmittit.ergo videt̃ ꝙ ptās ſecularis puta regia non ſit a deo conceſſa:⁊ ꝑ cōſequēs videtur ꝙ talis eē nō debeat i eccl̄ia dei. Quarto ſic ſup illud Math.xvij.Ergo liberi ſunt filij.glo.ſi in quolibʒ regno filij illius regis qui regno illi preferunt ſunt liberi tūc filij regis cui oīa regna ſubdunt̃ in quolibet regno liberi eſſe debēt:ſed xp̄iani per fidem facti ſunt filij dei.ſm̄ illud Joh.i.Dedit eis poteſtatem filios dei fieri:ergo vbiq́ʒ ſunt liberi:⁊ ita ſecularibus poteſtatibus obedire non tenent̃:⁊ per conſequens in xp̄iano populo nulla talis poteſtas videt̃ ponenda ſed tantū ſp̄ualis.

Secūdum

Tertium

Quartum

Capitulum.lxxxix.in quo ponuntur reſponſiones ad obiecta facta in precedenti ca.contra duplicē poteſtatē in vniuerſitate fidelium.

Ca.LXXXIX

q Uod parum militent rationes facte contra hoc qđ diximus de duplici poteſtate in eccleſia dei:que collectio dicicitur omniū fidelium:facile eſt videre.cū enī ad diuinam prouidentiam pertineat vt ordo ſeruetur in rebus.Proprium enī eſt ſapientie oīa ordinate diſponere.i.Methaphyſice. Unde Sapiētie.vij.de ſapiētia dicitur.ꝙ attingit a fine ad finem fortiter ⁊ diſponit oīa ſuauiter.Congruus autem ordo eſt vt per ſuperiora inferiora regantur diſpenſentur ⁊ gubernentur.Patet hoc in natura corporali in elementis:que regitur ex influentia corporis celeſtis.Unde dicit philoſophus.i.metheororum:ꝙ tota regio elementalis contiguatur la-

tioni aſtrorum vt omnis eius virtus inde gu-
bernetur. Et Dionyſius .iiij. ca. de diuinis no-
minib⁹ inquit ꝙ ſol ad generationem viſibili
um corporum confert ⁊ ad vitam mouet ⁊ nu
trit auget ⁊ perficit. Hoc etiam patet in na-
tura intellectuali: quoniã angeli inferiores il
luminãtur per ſuperiores: vt docet idem ſan-
ctus Dionyſius in libro de celeſti hierar. Et
ita relinquitur debere eſſe in vniuerſitate ho-
minum vt in eis ordo inueniatur: vt qui ſupe
riores ſunt virtute ⁊ eminentiores intellectu
regant inferiores. Unde Augu. iij. de trinita.
inquit. Queadmodũ corpora groſſiora ⁊ infe
riora per ſuperiora ⁊ potentiora quodam ordi
ne reguntur: ita oĩa corpora ꝑ ſpiritũ vite ra
tionalem ⁊ ſpiritus vite ratõnalis peccatoris
per ſpiritũ rationalem iuſti. Preterea cum in
omĩ pluralitate ordinata naturale ⁊ expedi-
ens ſit. vt inquit Ariſto. i. politice. ꝙ aliquis
ꝑncipetur ⁊ cetera ſint ſubiecta: conſequens
eſt vt in vniuerſitate hoĩm hoc idem ſit faten
dum vt aliquis ꝑncipetur: alij ſint ſubiecti. in
hoc autem conſiſtit ordo ⁊ ratio poteſtatis. er
go neceſſaria eſt danda in republica fidelium
aliqua poteſtas qua vnus alios regendo ⁊ gu
bernando ceteris preſideat. Quod vero preter
ſecularem ſiue laicam poteſtatem ponẽda ſit
neceſſario etiã in populo xp̃iano ſpiritualis
poteſtas manifeſte oſtenditur iuxta dñm Du
randum in tractatu ſuo de origine iuriſdictio
num ſic. Pro quo preſupponit ꝙ poteſtas ali
qua in republica ad hoc ordinatur vt homĩes
arceantur a malis ⁊ inducãtur ad bona. Unde
i. Petri. ij. dicitur de poteſtate. ꝙ eſt ad vindi
ctam maloꝝ: laudem vero bonoꝝ. Et ad Ro
manos. xiij. dicitur. Uis non timere poteſtatẽ
bonum fac ⁊ habebis laudem. nam ꝑncipes
ſunt non timore boni operis ſed mali. Quo ꝑ-
ſuppoſito dicendũ videtur ꝙ ſi bona ad que
facienda homĩes debẽt arceri pertinerent ſo
lum ad preſentẽ vitam ciuilẽ ⁊ politicam: ſuf-
ficeret ad regimen xp̃iani populi poteſtas ſe-
cularis: nec aliqua alia eſſet neceſſaria. patet:
quia per virtutes morales ⁊ acquiſitas ⁊ ma-
xime per prudentiam ⁊ iuſticiam que debent
eſſe in rectore: ſufficit regi vita preſens mora-
lis ⁊ politica ⁊ ciuilis ſic preciſe accepta: ſed
hec poſſunt ineſſe principi ſeculari habẽti po
teſtatem regendi quantũ ad preſentem vitam
⁊ ciuilem ⁊ politicam. ergo preter poteſtatem
ſecularem nulla alia poteſtas ẽ neceſſaria ad
regendum populũ in vita ciuili ⁊ politica ſic
preciſe accepta. Sed quia vita fideliũ ⁊ chri-
ſtianorum non ſolum tendit ad bona ⁊ mala
preſentis vite: immo principaliter tendit ad
bona future vite ⁊ ad ea querẽda ordinat oĩa
bona preſentis vite. ſm̃ illud Math. vij. Pri
mum querite regnũ dei ⁊ iuſticiã eius. Sum-
me etiam horret inter oĩes penas illam qua
poſt mortem corporis anima ⁊ corpus finalit̃
mittentur perpetuo in gehennã ignis. Unde
Math. iiij. dicitur. Nolite timere eos qui oc-
cidunt corpus: animã autem non poſſunt oc-
cidere. timete illũ qui animã ⁊ corpus poteſt
mittere in gehẽnam ignis. Et idem habetur
Luce. xij. Et ideo inter fideles xp̃ianos ne ex-
orbitent a fine quem intendũt ⁊ ſi errauerint
in via reducantur ad eam: neceſſaria eſt pote
ſtas ad quam pertineat eos ad finem predi-
ctum dirigere ⁊ deuiantes corrigere ⁊ ad vi-
am rectam reducere non ſolum exhortationi-
bus ſed etiam penis congruentibus. Et quia
ad hoc non ſufficit poteſtas ſecularis que de
ſe nihil nouit de penis ⁊ premijs vite future:
nec de meritis ſeu demeritis que ad eas per-
ducunt ſeu adducunt: ideo preter poteſtatem
ſecularem neceſſaria ẽ in xp̃iano populo alia
poteſtas que cõmuni nomine ſpiritualis dici
tur. Ceterum harum duarum poteſtatũ neceſ
ſitatem in populo xp̃iano Hugo de ſancto vi
ctore lib. de ſacra. parte. ij. oſtendit ſic dicens.
Due vite ſũt vna terrena alia ſpiritualis. Ad
vitam terrenam pertinent oĩa que terrena
ſunt. ad vitam ſpiritualem oĩa que ſpiritua
lia ſunt. Ut autẽ in vtraq; vita iuſticia ſerue-
tur ⁊ vtilitas proueniat primum vtrinq; diſtri
buti ſunt qui vtriuſq; bona ſm̃ neceſſitatẽ vel
rationẽ ſtudio ac labore acquirãt. deinde alij
qui ea poteſtate officij cõmiſſi ſm̃ equitatem
diſpenſent vt nemo fratrem ſuum in negocio
ſupergrediatur: ſed iuſticia inuiolata ſeruet̃.
Si ergo nõ põt humana ſocietas ſine vtraq;
vita manere neceſſaria ẽ duplex poteſtas ad
conſeruationem iuſticie: vna que preſit in ter
renis ad ordinandã vitam terrenam: alia que
preſit in ſpiritualibus ad ordinandam vitam
ſpiritualem. hec ille. Has autẽ duas poteſta-
tes etiam tangere videtur apoſtolus ad Ro-
manos. xiij. cum ait. Omnis anima ſubdita ſit
poteſtatib⁹ ſublimioribus. Quod exponens ma
giſter Nicolaus de lyra ait. id eſt prelatis in
ſpiritualibus ⁊ principibus terrenis in tem-
poralibus. His habitis dicendum eſt ad ra Ad ꝑmũ argu.
tiones in oppoſitum. Ad primam reſponde-
tur ꝙ pluralitas principatuum quorum vnus
non ſubeſt alteri non eſt bona: ſed non ſic eſt
in propoſito: quoniã inter oĩes chriſtianos
principatus poteſtas principatus ſecularis
aliquo modo ſubeſt poteſtati iuriſdictiõis ſpi
ritualis ſiue eccleſiaſtice vt in ſequẽtib⁹ oſten

Ad ſecundum
demus. Ad ſecundam rationē reſpondetur
ꝙ non debet ſufficere populo fideli qualis eſt
populus chriſtianus ꝙ viuat virtuoſe quan-
tum ad virtutes morales ⁊ politicas: de qui-
bus loquitur moralis philoſophus: ſed opor-
tet ꝙ viuat ſm virtutes theologicas que di-
rigunt actus fidelium chriſtianorum ad bea
tam vitam. De qua vita ⁊ virtutibus theolo-
gicis ad eam dirigentibus nihil nouit ratio
naturalis nec poteſtas ſecularis ſuper eam
Ad tertium
fundata. Ad tertiam reſpondetur negan-
do conſequentiam: ⁊ hoc duplici ratione. Pri
mo quia licet in populo dei ſiue fidelium po-
teſtas ſecularis ſub nomine regalis non lega
tur a deo conceſſa ſed permiſſa: tamen non ſe-
quitur ꝙ poteſtas ſecularis ſimpliciter a deo
conceſſa ⁊ precepta non fuerit ꝙ cum anteꝗ̄
fuerit rex inſtitutus in iſrael duces ⁊ iudices
fuerint in illo populo ex inſtitutione diuina
qui populum iudicarent. dicitur enim Deute
rono. xvi. Judices ⁊ magiſtros conſtitues in
omnibus portis tuis quas dominꝰ deus tuus
dederit tibi per ſingulas tribus tuas vt iudi-
cent populum iuſto iudicio. Secundo conſe-
quentia prefata venit neganda: quoniā licet
ſaul conſtitutus fuerit rex contra volūtatem
dei hoc modo: quia ſcilꝫ non commiſerit illuꝫ
conſtituendum. non ſequitur tamen propter
hoc ꝙ poteſtas regalis non fuerit a deo: cum
dicitur Sapiētie. viij. Per me reges regnant
⁊c. Et ad Romañ. xiij. dicat apoſtolus. Non
eſt poteſtas niſi a deo. Quia ergo conſtitu-
tio ſaulis non fuit ſm voluntatem dei qua il-
lam fieri precepiſſet ſed deſiderantibus per-
miſiſſet. ideo ſm Auguſtinū in gloſa dicitur
non conceſſa ſed permiſſa. permiſſio autem di
citur de malo ⁊ malum hoc fuit illi populo:
quoniam bonum illius populi in hoc conſiſte
bat ꝙ ſolus deus regnaret ſuper eum eo ꝙ eſ-
ſet populus eius peculiaris. Unde. i. Regū. x.
dicit Samuel filijs iſrael petentibus regem.
Uos proiecciſtis dominū hodie qui ſolus vos
Ad quartum
ſaluauit. Ad quartam rationem reſponde-
tur iuxta ſanctum Thomā in ſecunda ſecun-
de. Q̄ ſeruitꝰ qua homo homini ſubditur ad
corpus pertinet: non autem ad animam que
libera manet. Nunc autem in ſtatu huius vi-
te per gratiam chriſti liberamur a defectibus
anime: non autem a defectibus corporis: vt
patet per apoſtolum ad Romanos. vij. qui di
cit de ſeipſo: ꝙ mente ſeruit legi dei: carne au
tem legi peccati. Et ideo illi qui filij dei per
gratiam fiunt liberi ſunt a ſpirituali ſeruitu-
te peccati: non autem a ſeruitute corporali:
qua temporalibus tenentur dominis aſtri-
cti: vt dicit gloſa ſuper illud. i. ad Thimo. vi.
Quicunqꝫ ſunt ſub iugo ſerui ⁊c. Uel dicen-
dum vt ſupra Tho. ⁊ dominus Bonauentura
dicunt in fine. ij. ſententia. ꝙ xp̄s loquitur de
ſe ⁊ eius diſcipulis qui nec ſeruilis conditio-
nis erant nec res temporales habebant de q̄-
bus dominis ſuis obligarētur ad tributa ſol-
uenda. ⁊ ideo non ſequitur ꝙ omnis xp̄ianus
hmōi libertatis ſit particeps: ſed ſolum qui ſe
quūtur apoſtolicam vitam in hoc mundo poſ
ſidentes ⁊ a conditione ſeruituris immunes.
Unde in alijs xp̄ianis qui vel ſunt ſeruilis cō
ditionis vel abundant temporalibꝰ bonis au
ctoritas illa nō habet locum.

Capitulū. xc. De multiplici eminētia qua ptās ſpiri-
tualis ſupereminet poteſtati ſeculari.

Capitulū XC

O Stenſa neceſ-
ſitate duplicis poteſtatis. ſ.
ſecularis ⁊ ſpiritualis ad con
ueniens regimē populi xp̄ia-
ni: reliquū eſt videre de com-
paratione harum poteſtatum adinuicem que
earum alteri preemineat. Cum autē vniuerſi
tatis regimen ex his duabus poteſtatibꝰ pē-
deat iuxta dictum Gelaſij pape in ca. duo q̄p-
pe. di. xcvi. Cunqꝫ que a deo ſunt ordinata: or-
dinata ſunt: vt inq̄t Ap̄ls ad Ro. xiij necesse
eſt vt altera harum poteſtatum alteri preemi
neat. nō autem terrena ſpirituali: qm̄ hoc ma
nifeſte rationi repugnat: ꝯſequens eſt vt ſpiri
tualis poteſtas terrene ſiue ſeculari p̄emine-
at ſitqꝫ illa ſuperior. Uidetur aūt nobis ꝙ ſpi-
ritualis poteſtas p̄emineat ſeculari in decem

Prima p̄eminē-
tia ptātis ſp̄ualis

Primo quidē temporis antiquitate. patet
nam in Abel a quo dr̄ eccleſia incepiſſe: vt di
ctum fuit ſup̄. ca. xxij. videt̄ ſacerdotiū habuiſ
ſe exordiū in populo dei: cum ipſe in ſcriptura
ſancta ſacrificiū deo acceptum obtuliſſe lega
tur Heb. xi. Unde Aug. libro. v. ad oroſiū di-
cit: tria maxime iuſticie preconia in abel fuiſ-
ſe comprobant̄. ſ. virginitas ſacerdotiū ⁊ mar
tyrium: in quibus xp̄i figuram primus geſſit.
Patet etiam hec antiquitas ſacerdotij tēpo-
re legis nature. nam a tempore Noe ante iſti
tutionē regalis ſiue imperialis legitime ptā-
tis ſacerdotium annexum fuit primogeniture
vſqꝫ ad ſacerdotiuꝫ legis. vnde omnes primo
geniti a Noe vſqꝫ ad Aaron ſacerdotes eē di-
cunt̄. vnde Melchiſedech quem doctores di
cunt fuiſſe Sem filiū Noe: ſacerdos altiſſimi
appellatur Gene. xiiij. Nec obuiat ꝙ rex etiaꝫ
fuiſſe dicatur ſicut ⁊ ſacerdos: qm̄ ſacerdoti-
um in eo cum annexum fuerit primogenitu-
re: non autem regalis dignitas preceſſiſſe

videtur in eo ſacerdotalem dignitatem. Ce-
terum hec prioritas temporis in ſacerdotio pa-
tet tēpore legis: nam in populo iſraelitico qui
tunc populus dei erat peculiaris. vt habetur
Deutero. vij. ſacerdotiuꝫ preceſſit regalem di-
gnitatem. ſicut patet. i. Regum. x. vbi legitur
ꝙ Samuel ſacerdos inunxit de mandato dñi
ſaulem in regem qui primus rex fuit in iſrael.

Secunda — Secūdo poteſtas ſpiritualis preeminet ſe-
culari poteſtati regali in nobilitate originis:
quoniā poteſtas ſpiritualis ⁊ maxime data in
nouo teſtamento eſt a deo immediate: videlꝫ
a xp̄o illam certe perſone tradente ſcilꝫ petro
ꝓ ſe ⁊ ſuis ſucceſſoribus. Math. xvi. Tibi da
bo claues regni celorum. Et Joh. vlti. Symō
iohannis paſce oues meas. Poteſtas autem
ſecularis non fuit ſic a principio inſtituta: qđ
conſideranti ſacre ſcripture proceſſum mani
feſtum eſt. nam poteſtas ſecularis quantū ad
quattuor imperia ſcꝫ aſſyriorum ⁊ chaldeorū:
medorum ⁊ perſarum: grecorum ⁊ romanoruꝫ
non fuit a principio legitime introducta ſed
per violentiaꝫ vſurpata. Qđ de aſſyriorum ⁊
chaldeorum imperio patꝫ: hoc autē incepiſſe
legitur a nemroth de quo dicitur Geneſ. x. ꝙ
ipſe cepit eſſe potens in terra ⁊ erat robuſtus
⁊ venator hominū: id eſt oppreſſor. vt ibidem
exponit magiſter hyſtoriarū. vnde per violen
tiam ⁊ oppreſſionem aliorū acquiſiuit ſibi re-
gnum ⁊ imperium. Fuit autē principiū regni
eius babylon ⁊ arath archad ⁊ talamie in ter
ra ſenar: de qua terra egreſſus eſt aſſur qui edi
ficauit niniuen. vt in eodē ca. dicitur. De im-
perio vero medoruꝫ ⁊ perſarum: qđ etiam per
violentiam ⁊ oppreſſionē fuerit introductum
aperte colligitur. Daniel. ij. ca. vbi loquitur ꝙ
interfecto balthaſar rege babylonis tranſla-
tum eſt regnum ⁊ imperiū in medos ⁊ perſas.
De imperio vero grecorum qđ ſucceſſit poſt
imperium medoruꝫ ⁊ perſarum: qđ etiam per
violentiam introductū fuerit patet in princi-
pio ꝑmi libri machabeoruꝫ: vbi dicitur. ꝙ ale-
xander rex grecorum percuſſit darium regem
perſarum ⁊ medoꝝ: ⁊ conſtituit prelia multa
⁊ interfecit reges terre: ⁊ ſic obtinuit imperi-
um. De imperio vero romanoꝝ ꝙ per violen-
tiam ⁊ potentiaꝫ ſecularem ſurrexerit ſiue in-
troductum etiam fuerit hyſtorie apertiſſime
docent. Patꝫ ergo ꝙ poteſtas ſecularis quā-
tum ad quattuor imperia ſibi ſuccedentia nō
fuit a principio legitime introducta: ſed per
violentiam ⁊ ambitionem vſurpata. Jn cuiꝰ
ſignum hec quattuor imperia ſeu regna oſten
ſa ſunt danieli in viſione in ſimilitudine non
hominū ſed beſtiarū. vt patꝫ Daniel. vij. quia
non inſurrexerunt per viam rationis ſed im-
petu ſenſualitatis quantū ad ſuam ꝑmam ori
ginem. Unde ſi temporis proceſſu hec regna
reducta ſunt ad ſtatum legitimuꝫ oportuit ꝙ
hoc auctoritate dei fieret aut conſenſu popu-
li expreſſo vel interpretatiuo. Tertio poteſtas — Tertia
ſpiritualis preeminet terrene ſiue ſeculari in
dignitate: quoniā quanto vita ſpiritualis di-
gnior eſt ꝙ̄ terrena ⁊ ſpiritus ꝙ̄ corpus: tanto
vt inquit venerabilis Hugo de ſancto victo-
re. libro de ſacramentis parte. ij. poteſtas ſpi-
ritualis ſupra ſecularem ſiue terrenam hono-
re atꝙ dignitate preexcellit. Et hoc modo di-
cit Jnnocentiꝰ tertius extra de maio. ⁊ obe. in
ca. Solite. ꝙ ſpiritualia tanto ſunt tempora-
libus digniora quanto anima prefertur corpo
ri. Quam ob rem beatus Ambroſius vt habe
tur in ca. Duo. di. xcvi. inquit. ꝙ aurum nō tan
to precioſius eſt plumbo: quanto regia pote-
ſtate ſit ordo ſacerdotalis altior. Quarto po — Quarta
teſtas ſpiritualis preeminet poteſtati terre-
ne ſiue ſeculari maioritate auctoritatis. Nam
vt inquit Hugo de ſancto victore vbi ſup̄ in
eccleſia ſacerdotalis dignitas regalem pote-
ſtatem ſacrat ⁊ ſanctificat per benedictioneꝫ
Cum ergo ſicut dicitur ad Heb. vij. ſine con-
tradictione maior eſt qui benedicit ꝙ̄ qui be-
nedicitur: conſtat abſꝙ dubitatione ꝙ terre-
na poteſtas que a ſpirituali benedictionē ac-
cipit iure inferior illa eſtimatur. Quinto ſpi — Quinta
ritualis poteſtas preeminet terrene poteſtati
ſiue ſeculari nobilitate finis ad quem dirigit
Finis aūt quem debet intendere vtraꝙ pote
ſtas eſt bonum multitudinis quod principali
ter conſiſtit in hoc qđ eſt viuere ſḿ virtutem.
in operatione namꝙ virtutis conſiſtit felici-
tas que eſt perfectum ⁊ finale bonum. differē-
ter tamen intēdit bonum multitudinis pote-
ſtas ſecularis ⁊ poteſtas ſpiritualis: quoniaꝫ
ſecularis bonū multitudinis intendit: ad qđ
poteſt ꝑuenire virtute nature: ſpiritualis ve-
ro ad bonum celeſte: id eſt ſupernaturale: qđ
exuperat oēm ſenſum: vt ait apoſtolꝰ ad Phi
lipen. iiij. Jn cuius ſignū cum ſaluator noſter
hanc ſpiritualem poteſtatē ſe daturum petro
ꝓmitteret petro ait. Tibi dabo claues regni
celorum. Sed finis ſupernaturalis eſt potior
quocunꝙ alio. ergo poteſtas ſpiritualis pree-
minet ſeculari nobilitate finis. Sexto pote- — Sexta
ſtas ſpiritualis ꝑeminere videt̄ ꝑtāti ſeculari
quodāmodo cauſalitate: ⁊ hoc in triplici gn̄e
(vt videt̄) cauſalitat̄ efficient̄. ſ. formalis ⁊ fi
nalis. Efficient̄ qđē quodāmodo ⁊ ħ dupli-
citer. Cum ꝑmo q̄ per ſacerdotium deo ordi-
nante ⁊ iubente ordinata eſt primo in populo

dei regalis poteſtas: vt patet. i. Regū. viij. ca.
vbi legitur ꝙ cum filij iſrael peterent a ſamue
le ſacerdote vt regem illis conſtitueret: illeq̃
conſuluiſſet dn̄m. dn̄s ait ad eum. Audi vocē
eoꝝ ⁊ conſtitue ſuper eos regem. Q: vero ſa-
muel fuerit ſacerdos negari nō poteſt: cuꝫ de
ipſo legatur ſacrificium obtuliſſe ⁊ reges vn-
xiſſe ſcꝫ ſaulem ⁊ dauid. Et beatus Augu. lib.
xvij. de ciui. dei. ca. iiij. dicit. ꝙ hely reprobato
ſubſtitutus eſt in dei miniſterio ſamuel. ⁊ idē
habetur in glo. ad Heb. vij. Tum ſecundo in
ratione cauſe efficientis poteſtas ſecularis a
ſpirituali dependere quodā̃modo videtur.
Nam poteſtas ſecularis veram ⁊ perfectam
rationem poteſtatis ſortitur ex formatōne ſeu
ex deriuatiōe poteſtatis ſpiritualis. Pro quo
notandum ꝙ quemadmodum virtutes mo-
rales ſine fide chriſti non habēt rationē com-
pletam virtutis: quia vt inquit ſanctus Tho-
mas in pͥma ſecūde non ordinant hoīem ad fi
nem vltimū ſimpliciter: qꝺ eſt ſuperna beati-
tudo: ſed ad vltimuꝫ finem ſm̄ quid in aliquo
genere: videlicet ad eum qui nō excedit facul
tatem homis. ⁊ ideo vt habetur in ca. Omēs.
xxviij. q. i. inquit Augu. Ubi non eſt agnitio
incōmutabilis veritatis falſa eſt virtus etiaꝫ
in optimis moribus. Item idem Augu. vt ha
betur in ca. Ubi ſana. xxiiij. q. i. inquit. Ubi ſa
na fides non eſt nō poteſt eſſe iuſticia. Ita vi-
detur dicēdū de ptāte regitiua ppl̄i cui⁹ intē-
tio eſt ſubiectos inducere ad virtutes. vt dici
tur. ij. Ethicoꝝ. ꝙ ipſa nō habet perfectam ra
tionem poteſtatis vt ſubiectos ſuos regulet
aliquo modo: etiam in ordine ad finem beati-
tudinis ſuperne. Unde beatus Augu. lib. iij.
contra Creſconiū grāmaticuꝫ inquit. In hoc
enim reges ſicut eis diuinitus precipitur deo
ſeruiunt inquantū reges ſunt ſi in regno ſuo
bona iubeant mala prohibeant: non ſolū que
pertineant ad humanā ſocietatem verum eti
am que ad diuinā religionem. Item libro de
correctione donatiſtarū ad Bonifaciū comi-
tem ita inquit. Et nunc reges intelligite ⁊c̄.
Quo modo ergo reges ſeruiunt dn̄o in timo-
re niſi ea que cōtra iuſſa dn̄i fiunt religioſa ſe-
ueritate prohibēdo atq̃ plectendo: aliter em̄
ſeruit quia homo eſt: aliter ſeruit quia rex eſt.
quia homo eſt ſeruit fideliter: quia vero etiaꝫ
rex eſt ſeruit leges iuſte precipientes ⁊ cōtra-
ria prohibentes conuenienti vigore ſancien-
do. ſicut ſeruiuit Ezechias lucos ⁊ tēpla ido-
lorum ⁊ illa excelſa que contra dei preceptuꝫ
fuerunt conſtructa deſtruendo. hec Auguſti.
Cum autem poteſtas ſecularis vt ſic accepta
nihil nouerit de felicitate ſuperna nec de his
que ad illam homines diſponunt: neceſſario
in hac poteſtatis perfectione pendet ex pote
ſtate ſpirituali cui per ſe ⁊ directe competit
homines inducere ad finem ſuperne felicita-
tis ⁊ nulli alij niſi ex directione huiuſmodi.
Patet ergo ꝙ poteſtas ſecularis in republi-
ca chriſtiana in ſua perfectione modo iam di-
cto pendeat a poteſtate ſpirituali etiam in ge
nere cauſe efficientis quaſi ab ea formata. Ui
demus em̄ ꝙ calor naturalis informatus vir-
tute anime vegetatiue agit ad generationem
carnis ⁊ ſanguinis in animali ad quod nō po
teſt virtute ꝓpria tantū: ⁊ ita ſuo modo vide-
tur dicendum in propoſito. Unde vt in ca. Si
imperator. di. xcvi. dicitur. ꝙ imperator filius
eſt eccleſie non preſul. ⁊ ideo quod ad religio-
nem competit diſcere ei competit nō docere.
propter quod Hugo de ſancto victore vbi ſu
pra inquit. ꝙ ſpiritualis poteſtas terrenaꝫ in-
ſtituere habꝫ vt ſic: ⁊ iudicare ſi bona non fue
rit. Secundo poteſtas ſecularis dicitur de-
pendere ex poteſtate ſpirituali in genere cau-
ſe formalis. ſicut em̄ charitas vt inquit beat⁹
Ambroſius dicitur forma aliarum virtutum:
non quidem per modū inherentie: ſed per mo
dum cuiuſdam directionis. ordinat em̄ actus
aliarum virtutum ad finem vltimum. Simili
modo poteſtas ſpiritualis poteſtati ſeculari
regulam ⁊ formā regiminis ⁊ directionis dat
Eſt autē hoc cōmune in artibus ordinatis: vt
ea ad quam pertinet vltimi finis cōſideratio
leges ⁊ regulas det alijs artibus quarū fines
ordinantur ad finem eius: ſicut medicinalis
pigmentarie: ⁊ militaris equeſtri. Hinc dicit̃
ꝙ leges imperiales non ſolum non dedignan
tur ſacros canones imitari. vt dicit̃ in ca. Cle
rici. extra de iudi. immo vt in ca. Conſtitutio-
nes. di. x. ¶ Felix papa dicit. Conſtitutiōes prin
cipum contra canones ⁊ decreta preſulum ro
manoꝝ vel bonos mores nullius ſunt momē
ti. Tertio poteſtas ſecularis pendet a ſpiri-
tuali in ratione cauſe finalis: quoniā ſicut fi-
nis poteſtatis ſecularis que eſt felicitas poli
tica ad quam ex naturalibus peruenitur: ordi
natur (vt dictuꝫ eſt) ad finem poteſtatis ſpi
ritualis que eſt ſuperna beatitudo totam fa-
cultatem humane nature trāſcendens: ita po
teſtas ad poteſtatem ſimiliter ordinari vide-
tur: hinc poteſtas ſecularis dicit̃ data in ob-
ſequiuꝫ ſpūalis. Unde in ca. Principes. xxiij.
q. v. dicit Ambroſi⁹. Principes ſeculi nōnūq̃
intra eccleſiā poteſtatꝭ adepte culmina tenēt
vt per eandē poteſtatē diſciplinā eccleſiaſti-
cam muniant. Ceterū intra eccleſiā poteſta
tes neceſſarie nō eſſent niſi vt qꝺ nō preualēt

ſacerdotes effícere per doctrine ſermonē po-
teſtas hoc imperet per diſcipline terrorē. Se-
pe per regnum terrenū celeſte regnū proficit:
vt qui intra eccleſiā poſiti contra fidē ⁊ diſci-
plinam agunt rigore ꝓncipū cōterantꝰ. Et .j.
Cognoſcant ꝓncipes ſeculi deo ſe debere eſſe
reddituros rationē ꝓpter eccleſiaꝫ quā a xp̄o
Septima tuendā ſuſcipiunt. Septimo ſpiritualis po-
teſtas ſupereminet poteſtati ſeculari iuriſdi-
ctione: quoniā poteſtas ſpūalis iudicat terre-
nam ſi eam deuiare contingat nō autē ecōuer-
ſo. Hanc ſuperioritatis preeminentiā tangit
venerabilis Hugo vbi ſup̄ ita dicens. Pote-
ſtas ſpiritualis terrenā iudicare habet ſi bo-
na nō fuerit: ip̄a vero ſpiritualis a deo primuꝫ
inſtituta eſt ⁊ cū deuiat a ſolo deo iudicari ha
bet ⁊ poteſt: ſicut ſcriptum eſt. i. Coꝝ. xij. Spi
ritualis homo om̄ia iudicat ⁊ ip̄e a nemine iu
dicatur. Ad hoc facit canon Gelaſij pape in
ca. Cuncta. ix. q. iij. vbi ſic ait. Cuncta per mū
dum nouit eccleſia ꝙ ſacroſancta romana ec
cleſia phas habeat de om̄ibus iudicandi nec
cuiq̄ de eius liceat iudicare iudicio. Ad idem
eſt ca. Nemo. ⁊ ca. Alioꝝ. eadē cauſa ⁊. q. Q
vero a poteſtate ſpirituali poteſtas ſecularis
cum eam errare contigerit veniat iudicanda
aperte colligitur ex multis. Primo quidē ex
eo ꝙ vt habetꝰ in ca. Alius. xv. q. vi. Gelaſius
papa ſcribens Anaſtaſio imperatori inquit.
Romanus pontifex zacharias regem franco-
rum nō tam pro ſuis iniquitatibus q̄ pro eo ꝙ
tante poteſtatis erat inutilis a regno depoſu
it ⁊ pipinnū karoli imperatoris patrē in eius
loco ſubſtituit. Item vt teſtatur Gelaſius pa
pa in ca. Duo. di. xcvi. Innocentius papa ex-
cōmunicauit archadiū imperatorē. Item ſte-
phanus papa ſecūdus trāſtulit imperiū a gre
cis ad germanos in perſona karoli magni: vt
inducit Innocētius tertius in ca. Per vene-
rabilem. extra de iudicijs. Item Honoriꝰ ter-
tius vt legitꝰ in cronicis Fredericū imperato
rem anathematizauit ⁊ barrones ab eiꝰ fide-
litate abſoluit: quē poſtea Innocentius quar
tus depoſuit ab imperio ⁊ om̄i regno in conci
lio lugdunēſi. Beatus etiam Ambro. vt legitꝰ
in ca. Duo. di. xcvi. licet non eſſet vniuerſalis
pontifex theodoſium magnum imperatorem
Octaua excōmunicans ab eccleſia excludit. Octa-
uo poteſtas ſpiritualis preeminet ſeculari ſu-
perioritate prelatōis. patet hoc. quia ſpiritua
lis poteſtas vt ſepe cōmemoratum eſt ad ſu-
periorem finem dirigit ad quē finis poteſtatꝭ
terrene ordinatur. Sententia autē Ariſto. eſt
i. Ethicoꝝ. vt virtus vel ars ꝓceptiua ſit oīm
aliarum ad cuius finem fines aliarū ordinantꝰ
⁊ reducuntꝰ. Hinc beatus Grego. in ca. Quis
dubitet. di. xcvi. dicit. Quis dubitet ſacerdo-
tes xp̄i regum ⁊ ꝓncipum omniūq̄ fideliū pa
tres ⁊ magiſtros cenſeri. Quocirca Gregoriꝰ
nazanzenus imperatoribꝰ conſtantinopolita
nis. vt in. c. Suſcipitis. di. x. ita ſcribit. Lex xp̄i
ſacerdotali vos ſubijcit poteſtati atqꝫ iſtis tri
bunalibus ſubdit. dedit em̄ nobis poteſtateꝫ
dedit ⁊ ꝓncipatum multo perfectiorē princi-
patibus veſtris. an nunq̇d iuſtum vobis vide-
tur ſi cedat ſpiritus carni: ſi a terrenis celeſtia
ſuperentur: ſi diuinis preferantꝰ humana. q. d.
non. Nono ſpiritualis poteſtas prefertꝰ ter- Nona
rene ſiue ſeculari amplitudine ꝓncipatus. am
plitudo em̄ principatus ſpiritualis poteſtatꝭ
extenditꝰ a mari vſqꝫ ad mare ⁊ a flumine vſqꝫ
ad terminos orbis terraruꝫ. ps̄. lxxi. ſm̄ ꝙ ex-
poſuimꝰ ſuperiꝰ in ca. xxxiiij. Vn̄ de ap̄lis dꝰ
ps̄. xliiij. Conſtitues eos principes ſuper oēm
terram. Et petro dictum eſt a dn̄o. Ego con-
ſtitui te ꝓncipem ſuper plebem meā. Item ei
dicitur Math. xvi. Quodcunqꝫ ligaueris ſu-
per terram ligatum erit in celo. Et Joh. vlti.
Symon iohānis paſce oues meas. non diſcer
nens intꝰ has ⁊ illas: ſed quaſcūqꝫ ei cōmēdat
vt ait Bernardus. Hec autē prerogatiua po-
teſtatis ſpiritualis ſatis euidenter deſignata
videtur. vt inquit Innocentius tertius in ca.
Nouit. extra de maio. ⁊ obe. Hierem̄. i. vbi di-
ctum a dn̄o hierem̄. legitur qui ſacerdos erat.
Ecce conſtitui te ſuper gētes ⁊ regna: vt euel
las ⁊ diſſipes: edifices ⁊ plātes. Quā preemi-
nentiam poteſtatis ſpiritualis maxime in ro-
mano pontifice. beatus Aug. admirās in ſer-
mone quodaꝫ ap̄loꝝ petri ⁊ pauli qui incipit.
Fortis ⁊ humilis: ita inquit. O mira potentia
⁊ ineffabilis gratia ſaluatoris: quis plebeium
piſcatorem apoſtoloꝝ facile crederet ꝓncipē
⁊ regibus obſiſtere: reges ſanctificare: regibꝰ
om̄ibꝰ imperare: mundū refrenare legibus ⁊c̄.
Decimo poteſtas ſpiritualis preeminet ſecu Decima
lari robore firmitatis ⁊ fortitudinis: pateꝫ hoc
quoniā poteſtates ſeculares parue duratiōis
⁊ exigue firmitatis ſunt: ſicut dicitꝰ de quattu
or imperijs ſupra noīatis. Dan̄. vij. Unde be-
ne dicitꝰ Eccli. x. Omis potētatus breuis vita
poteſtas vero ſpiritualis ſtabilis ſemp perſe-
uerat. Unde cum a chriſto dictum fuiſſet pe-
tro Math. xvi. Tu es petrus ⁊ ſuper hanc pe
tram edificabo eccleſiā meā: īmediate de fir-
mitate eius ſeq̇tur. Et porte inferi nō preuale
bunt aduerſus eam. vnde ſignāter ſtabilitas
poteſtatis ſpiritualis maxime in ap̄lica ſede
figurata videtꝰ per ſtabilitatem throni dauiti
ci de quo. ij. Reg. vij. dicitꝰ. Stabiliā thronuꝫ

regni eius vſqꝫ in ſempiternū. Et. ĳ. Thronus eius erit firmus iugiter.

Capitulū. xci. In quo ponūtur alique obiectiões cōtra ea que dicta ſunt de preeminētia poteſtatis ſpūalis ſupra ſecularem.

Capl'm. XCI

Aduerſus aliqua que dicta ſunt de preeminentia poteſtatis ſpūalis ſupra ſecularem aduerſarĳ plurima obĳciūt

Argumētū pmū

Et primo ꝙ nō preemineat tēporis antiqtate arguit̄ ſic. Prius tēpore fuit terrena poteſtas ſiue ſecularis ꝗ̄ ſacerdotiū. ergo poteſtas ſecularis p̄cedit tēporis antiquitate ſpiritualem ⁊ nō ecōuerſo. ꝯña patet. añs oſtenditur ex tribus.

Probatio pma.

Primo ex eo qd̄ dicit beatus Aug. xv. de ciui. dei: ꝙ Cayn ante diluuiū fuit primus domin⁹ inter homies: quo tēpore nullum videtur fuiſſe ſacerdotiū.

Secunda

Secundo ex eo: qꝛ regnū videtur incepiſſe in nemroth Gene. x. tempe legis nature: quāꝗ̄ poſt diluuiū ſacerdotiū aūt incepit in Aaron tempe legis ſcripte vt habetur Exodi. xxvĳ. nō eſt autem dubium ꝙ tēpus legis nature p̄ceſſerit tēp⁹ legis ſcripte.

Tertia

Tertio ex eo: ꝙ veruꝫ ſacerdotium in xp̄o videt̄ incepiſſe. verū aūt regnum electione diuina longe ante incarnationē xp̄i vt in ſaule incepit: vt habet̄. i. Reg. x. Et ita videt̄ ꝙ poteſtas terrena ſiue ſecularis preceſſit ſacerdotium ⁊ per ꝯñs poteſtatē ſpūalem

Secūdum argu.

Secūdo ꝙ poteſtas ſpūalis nō p̄emineat ſeculari nobilitate originis arguit̄ ſic. Quoꝝ eſt vna ⁊ eadem origo nullum eoꝝ alteri preeminere videt̄ originis nobilitate: ſ; poteſtas ſpūalis ⁊ ſecularis habent vnā ⁊ eandem originem. ſ. deū dicente Aplo ad Ro. xĳ. Nō eſt poteſtas n ſi a deo. Propt̄ qd̄ ſubiūgit. Qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit. vnde imperiū ⁊ ſacerdotiū ex eodem principio prodierūt. in autēticis quo modo oporteat epos in principio col. ĳ. ⁊ ergo ſequitur ꝙ ex parte originis nō ſit aliqua preeminētia vni⁹ poteſtatis ad aliā.

Tertium

Tertio arguit̄ ꝙ poteſtas ſpiritualis nō p̄emineat ſeculari dignitate: quoniā vt dicit̄. i. Petri. ĳ. Subiecti eſtote omni humane creature ꝑpter deum ſiue regi tanꝗ̄ precxcellenti. vbi beat⁹ Petrus aſſerere videtur regalem poteſtatē ceteris poteſtatib⁹ dignitate p̄cellere.

Quartum

Quarto arguitur ꝙ poteſtas ſpiritualis nō p̄excellit maioritate auctoritatis: qm̄ ſi eo ꝙ poteſtas ſecularis regalis inūgitur ⁊ benedicitur a poteſtate ſpirituali ſpiritualis poteſtas ē dicenda p̄excellere maioritate auctoritatis: ſequeretur ꝙ epiſcopus hoſtieñ. qui ſummū pontificem conſecrat maior auctoritate ſummo pōtifice dicēdus eſſet quod non eſt verum. ergo nec in propoſito noſtro ratio facta militare videt̄.

Quintum

Quinto arguitur ꝙ poteſtas ſpiritualis non preemineat ſeculari cauſalitate ſic. Ambe iſte poteſtates ſunt immediate a deo: ergo vna earū cauſalitate non depēdet ab alia. conſequētia patet. antecedens eſt notum de poteſtate ſpirituali. de ſeculari vero habetur in ca. Queſitū. xxiĳ. q. iiĳ. vbi dicit Innocē. A deo conceſſam eſſe imperialem poteſtatē propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum ⁊ dei miniſterio eſſe datum.

Sextum

Sexto arguitur ꝙ ſpiritualis poteſtas nō preemineat ſeculari maioritate iuriſdictionis: ita ꝙ eam errantē iudicare poſſet ſic. Gloſa ſuper illud pſ̄. l. Tibi ſoli peccaui: dicit ſic. quia rex eſt omībus ſuperior ideo tm̄ a deo qui maior eo eſt: eſt puniendus. ſi q̄s vero de pp̄lo errauerit deo peccauit ⁊ regi: rex ꝟo nō habꝫ hoīeꝫ q̄ eius facta dĳudicet ergo nō videtur ꝙ poteſtas ſpiritualis poſſit punire ſecularē poteſtatē: vtputa regem aut imperatorē.

Septimum

Septimo arguitur ꝙ poteſtas ſpiritualis non preemineat ſeculari ſuperioritate prelationis ſiue dominationis: ſic. Non ſoluitur tributum per aliquē alicui niſi maiori aut ſuperiori. vnde ſolutio tributi probatio eſſe videt̄ ſubiectōnis. vt habet̄ tā ex ca. Magnum. xi. q. i. ꝗ̄ ex ca. ĳ. extra de cenſi. ſed eccleſia ſoluit tributum imperatori. vt in ca. Si tributum. xi. q. i. ergo videtur ꝙ ſpiritualis poteſtas non terrene ſuperemineat maioritate prelationis ſiue dominatiōis ſed potius econuerſo.

Octauum

Octauo arguit̄ ꝙ ſpiritualis poteſtas non ſupereminneat ſeculari ſuperioritate principatus: ſic. Moyſes qui fuit primus ductor populi iſrael ⁊ quaſi imperator fuit ſuperior ꝗ̄ aaron qui erat ſummus pōtifex populi iſrael. ergo ſuperior eſt principatus ſecularis ꝗ̄ ſpiritualis. conſequētia videtur nota. antecedēs vero patere videtur ex eo ꝙ poteſtate moyſi aaron electus eſt in ſacerdotē. ſm̄ illud Exo. xxiiĳ. Applica quoqꝫ tibi aaron fratrē tuū cū filĳs ſuis vt ſacerdotio fungant̄ mihi.

Capitulum. xcĳ. in quo reſpōdetur rationibus ſupra dictis contra preeminentiam poteſtatis ſpiritualis ſupra ſecularem.

Caplm XCII

Cum autem ea que de eminentia poteſtatis ſpiritualis ſupra ſecularem diximus: ſaluo ſemp meliori iudicio: vera eſſe credam⁹. reſpōdebim⁹ ad obiectiōes factas i ꝯtrariū.

Ad pmū argumentum ⁊ ei⁹ pmam ꝓbationē.

Ad pmā r̄ndet̄ negādo añs: ⁊ ad ꝓbatōeꝫ pmā i q̄ dicebat̄ ꝙ chaim ante diluuiū fuerit pm⁹ dn̄s int̄ hoīes: dicim⁹ duo. Prio ꝙ chayn n̄ fuit ꝟe dn̄s: vtputa ordi

nariam habens poteſtatem: ſed fuit vnus ty
rannus per violentiam ⁊ oppreſſionem que-
rens ſibi principatum. Secundum eſt ꝙ an-
teꝗ̃ chayn dominiū illđ quod habuit vſurpa
ret iam precefferat oblatio abel quē xp̄us in
euangelio Luc. xi. iuſtum vocat que fuit vera
res ſacerdotalis. vnde ſubdit̃ Gene. iiij. Et re
ſpexit deus ad Abel ⁊ ad munera eiꝰ. ⁊ ꝓpt̃
h̃ vt ſup̄ diximꝰ dic̄ beatꝰ Aug. ꝙ int̃ ceťa iu-
ſticie precōia que fuiſſe in Abel cōprobantur
eſt ſacerdotiū. Ad id quod inducitur in ꝓba-
tione ſecūda de Nemroth pariter reſpōdetur

Ad ꝓbationem ſecundam.

Primo ꝙ etiam poſt diluuiū anteꝗ̃ mētio
fieret aut de dn̄io aut de regno prius tempore
fuit de re ſacerdotali mō ad ſacrificiū ptinen
te facta memoria. vnde cum Noe egreſſus eēt
de archa cum filijs ſuis ⁊ vxore vt legit̃ Gen̄.
ix. edificauit altare dn̄o: ⁊ tollens de cunctis
pecoribus ⁊ volucribus mundis obtulit holo
cauſta ſuper altare: odoratuſq; eſt dn̄s odorez
ſuauitatis. Hec autem oblatio ſiue actꝰ ſacer
dotalis preceſſit tempore ipſum Nemroth de
quo arguebatur cū fuerit quartus a noe. Noe
enim genuit cham: ⁊ poſt diluuiū cham genu
it chus: ⁊ chus genuit nemroth. ꝑceſſit g̊ tēpe
ſp̄ualis dignitas tp̄alem. Scđo rn̄r ꝙ dn̄iuz ſi
ue regnū ipſiꝰ nēroth nō fuit legitimū ſ; vſur-
patum ⁊ violentū queādmodum Gene. x. deſi
gnat̃ cū dicit̃ ꝙ nemroth erat robuſtus vena-
tor coram dn̄o. i. oppreſſor hominū ⁊ extinctor
vt exponit Alchuinꝰ. qđ etiā ex illo colligitur
ꝙ principiū regni eius fuit babylon que iter-
pretat̃ confuſio. Bene autē dicit̃ principiū re
gni eius cōfuſio: qm̄ nec iuſtum fuit nec legiti
mū ſed tyrannicū ⁊ vſurpatum magis latroci
niū dicēdum ꝙ̃ regnū. Et ideo ex tali vſurpa
to ⁊ violento dn̄io nō bene arguit̃ ꝙ in eccle-
ſia dei poteſtas terrena precedat ſpiritualem
ſiue ſacerdotiū. Ad id qđ tertio inducitur ꝙ

Ad tertiam probationem

verū ſacerdotiū in xp̄o inceperit: regnum aūt
in ſaule. reſpōdet̃: ꝙ verū capitur dupliciter.
vno modo vt diſtinguit̃ cōtra fictum. alio mō
vt diſtinguit̃ contra figuratū. Dicimꝰ ergo ꝙ
ſacerdotiuz legale fuit verū ſacerdotiū prout
verū diſtinguit̃ contra fictū vel falſum cum a
deo inſtitutū fuerit vt habetur Exodi. xxviij.
Deus aūt cuius perfecta ſunt opera Deut̃o.
xxxij. nihil facit fictum aut falſuz. Nihilominꝰ
dicimꝰ ꝙ nō fuit verū prout verum diſtinguit̃
cōtra figuratiuū. Figurauit enim ſacerdotiuz
xp̄i prout oēs hoſtie veteris teſtamēti figura-
bant veram hoſtiā que xp̄us eſt. Unde ex hac
parte qua legale ſacerdotiū fuit figuratiuum
dicit̃ nō verū: q2 nō veras hoſtias que pctā de
lerent ſed figuratiuas vere hoſtie offerebat: ⁊
ita imperfectū iuxta illud ad Heb. vij. Nihil
ad perfectū adduxit lex. Et ita licet ſacerdoti
um verum prout diſtinguitur contra figurati
uum inceperit in xp̄o qui eſt ſacerdos in eter-
num: ſacerdotiū tn̄ legale, quod fuit verum ſa
cerdotium prout verum diſtinguitur contra
fictum aut falſum preceſſit in aaron qui pre-
ceſſit ſaul primum regem in populo dei: ⁊ per
conſequēs ſacerdotalis dignitas preceſſit re
galem in populo dei. Ad ſecundam ratio-

Ad ſecūdū argu.

nem in qua arguitur ꝙ poteſtas ſpiritualis
nō preemineat nobilitate originis: reſponde-
tur ꝙ poteſtas cuiuſcunq; dignitatis ſit quan
tum ad duo ad preſens conſiderari poteſt: vi-
delicet quātum ad ipſam poteſtatem ſiue eſ-
ſentiam poteſtatis: ⁊ ſic om̄is poteſtas eſt a
deo vt argutum eſt. ⁊ hoc modo cum ſit vna
⁊ eadem origo om̄is poteſtatis create ſcilicet
diuina maieſtas non differunt in origine pote
ſtas ſpiritualis ⁊ ſecularis. Alio modo poteſt
conſiderari poteſtas quātum ad modum adi-
piſcendi: ⁊ ſic poteſtas eſt a deo quando ſcilz
aliquis ordinate adipiſcitur poteſtatem. ſm̄
illud ad Heb. v. Nemo ſibi honorem aſſumit
ſed qui vocatur a deo tanꝗ̃ aaron. Quādoq;
vero non eſt a deo ſed ex peruerſo hominū ap
petitu quo per ambitionē vel alio modo quo-
cunq; inconuenienti poteſtatem adipiſcūtur
Amos. v. Nunquid non in fortitudine noſtra
aſſumpſimus nobis cornua. Et hoc modo cuz
vt ſupra declarauimus dominia terrena non
legitime ſed per vſurpationem ⁊ violentiam
primo fuerint introducta: ſacerdotium vero
inſtitutione diuina. dicimus poteſtatem ſpi-
ritualem originis nobilitate preeminere po-
teſtati ſeculari. Ad tertiam rationē reſpon-

Ad tertium

detur ꝙ poteſtas regalis non nominatur ſic
excellens ꝙ ſimpliciter preemineat om̄i pote-
ſtati ſed bene in ordine ad ſecularium pote-
ſtatem eſt excellens: ⁊ ideo ex hoc non ſequit̃
ꝙ preemineat poteſtati ſpirituali que alteri-
us ⁊ ſuperioris ordinis eſt: vt ſupra dictum eſt

Ad quartum

Ad quartam rationem reſpondetur ꝙ licet
papa ante conſecrationem: vtputa ſi ſit ſoluz
dyaconus aut ſimplex preſbyter ſit epiſcopo
hoſtieñ. conſecrato maior auctoritate iuriſdi-
ctionis: minor tamen eſt dignitate conſecra-
tionis illo. ⁊ hoc non eſt inconueniens: ſicut
de archiepiſcopo dicimus reſpectu ſuorum
ſuffraganeorum a quibus conſecratur. Et ſic
verum eſt ꝙ maior eſt qui benedicit ꝙ̃ qui be-
nedicitur in eo ꝙ benedicit: ſicut agens no-
bilius eſt paſſo. ij. de anima. Ad quintam

Ad quintum

reſpondetur ꝙ ad preſens ſufficit. Primo ꝙ
non intelligimus poteſtatē regalem cauſali-

tate in genere cauſe efficientis ſic pendere a
ſpirituali poteſtate ꝙ regalis poteſtas in qui
buſcūqꝫ fuerit aut ſit auctoritate inſtituta ſit
per ſpiritualē: q̄m ſicut argutum eſt ambe iſte
poteſtates ab eodem principio proceſſerūt .ſ.
deo: ſed dicimus ꝙ ptās regalis in ꝑmo rege
qui fuit in populo dei miniſterialiter depēde-
rit a poteſtate ſpūali ſiue ſacerdotio: q̄m ſicut
ſup̄ inductū eſt ꝑ ſacerdotiū iubēte dn̄o ⁊ ordi
nante inſtituta eſt regalis ptās: ſicut patꝫ in
ſaule ꝑ ſamuelem .i. Regū .viij. ⁊ quodāmodo
etiā in dauid quē idē ſamuel p̄cepto dn̄i inun
xit in regem reprobato ſaule .i. Regū .xvi. Se-
cundo dicimus ꝓut ſupra diximꝰ: ꝙ poteſtas
ſecularis pendere cauſalit̄ a ſpūali poteſtate
poteſt dici q̄tū ad perfectionē eius q̄ attēdit̄
penes ordinē ad vltimū finē ſimplicit̄ qui eſt
felicitas ſuperna. Cū autē poteſtas ſecularis
vt ſic nihil nouerit de vltimo fine nec de me-
dijs perducētibꝰ ad illū: ſed hoc ſit ꝓpriū ſpi-
ritualis poteſtatꝫ: neceſſe eſt ꝙ ſi in ordine ad
vltimū finē poteſtas ſecularis dirigere habet
ſubiectos ſuos hoc habeat ex deriuatōe a ſpi-
rituali poteſtate. vnde Aug. li. ij. de ciui. dei. c.
xxi. dicit ꝙ ſine ſumma iuſticia nō pōt regi reſ
publica. vera aūt iuſticia nō eſt in republica:
cuius xp̄s nō eſt rector. Un̄ ſctūs Tho. dic̄ in
iiij. di. xix. Reges inunguntur vt excellētia pote
ſtatis ipoꝝ a xp̄o deſcēdere ſignificet̄ ⁊ vt ipi
ſub xp̄o in pp̄lo xp̄iano regnent. Perfectio er
go poteſtatꝫ ſecularis quodāmodo dependet
in pp̄lo xp̄iano a poteſtate ſpūali. p̄terea etiā
ratio facta nō ꝓcedit: q: dato ꝙ ptās ſecula-
ris in rōne cauſe efficientis nō penderet a po
teſtate ſpūali: pēderet tn̄ in rōne cauſe forma-
lis ⁊ finalis vt dictū eſt. Ad ſextā rōnē reſpō
detur ꝙ cū dr̄ ꝙ rex nō habet ſuperiorē: intelli
gendū eſt in ſuo ordine. Eſt em̄ vt dictū eſt or
do poteſtatū duplex ſcꝫ poteſtatū ſecularium
⁊ poteſtatū ſpūaliū. in ordine poteſtatū ſecu-
lariū oībus maior eſt rex vel impator. quēad-
modū in ordine ptātū ſpūaliū ſuperior oībꝰ ē
papa. nihilominus collatione facta poteſtatꝫ
ſpūalis ad poteſtatē ſecularē poteſtas ſpiritu
alis eſt ſupra ſecularē: ſicut ſpūs ſupra corpus
vt dictū eſt. vnde Hieremie ſacerdoti dicitur
Ecce conſtitui te ſup reges ⁊ regna. Hiere. i.

Ad ſextum

Ad ſeptimū

Ad ſeptimā rōnē reſpondet̄ ꝙ eccl'ia nō ſol-
uit tributū imperatori aut p̄ncipibus ſecula-
ribus in recognitionē dominij vel ſubiectōis
ſed ſolū ꝓ pace ⁊ quiete ſeruanda: quā ip̄e im
perator ⁊ p̄ncipes ſeculares tueri ⁊ cōſeruare
tenent̄: ſicut colligit̄ ex eodē .c. Tributū. ⁊ ita
eccleſia ſoluit tributū non in recognitionem
dominij ſed potius in recognitione prefati be
neficij ſeu in ſolutionē ſtipendij. vnde proprie
non eſt tributū. Preterea nec eccleſia de oībꝰ
temporalibus tributū ſoluit poteſtati ſecula-
ri: quia nō de his que poſſidet forte ſpirituali
⁊ iure diuino: vt de decimis ⁊ oblationibꝰ ſed
de exterioribus bonis que poſſidet forte tem-
porali: vt titulo venditionis vel conceſſionis

Ad octauū

Ad octauū reſpondet̄ ꝙ moyſes non tantū
fuit princeps ſed etiam ſacerdos. ſm̄ illud pſ.
Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibꝰ eius. vbi glo
ſa dicit. Nota ꝙ moyſes ſacerdos dicit̄: qui
⁊ ſi non hoſtias tamen vota obtulit deo ⁊ pro
populo ſupplicauit. Secundo dicitur ꝙ non
eſt verū ꝙ moyſes ſimplicit̄ maior fuit aaron
q̄m ſicut moyſes in aliquo maior fuit aaron:
ita ecōuerſo aaron maior fuit moyſe. in cuius
ſignū in ſacra ſcriptura quando ſimul combi-
nantur aliquādo preponit̄ moyſes. vt in pſ.
cxxvij. Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibus eius
aliquādo preponit̄ aaron. vt Exod. vi. vbi di-
citur. Iſte eſt aaron ⁊ moyſes. vbi dicit magi-
ſter Nicolaus de lyra ꝙ preponit̄ hic aaron ꝓ
pter duo. Tum ratione primogeniture. Tum
quia dn̄s preuiderat eū ⁊ elegerat in ſummū
ſacerdotē. Moyſes vero preponit̄ aliquādo
etiam ꝓpter duo. Primo quia illi p̄ncipaliter
cōceſſum erat educere filios iſrael de egypto.
Secundo quia verba domini immediate reci
piebat a deo ⁊ per aaron tanq̄ per interpretē
reddebat populo.

Capitulū .xciij. in quo circa poteſtatē ſacramētalē ſiue ordinis ⁊ iuriſdictionalē ponunt̄ duodecim ꝯcluſiones

Capitu. XCIII

p Oſtquā ad rei
publice xp̄iane regimen perfe
ctum duas in ea oſtendimus
neceſſario dādas eſſe poteſta-
tes: ſecularem ſcꝫ ⁊ ſpiritualē: conſequens eſt
vt quid nomine ſpūalis poteſtatis intelliga-
mus. de qua nunc principaliter loqui propo-
ſuimus ſubiūgamus. de ſeculari vero iterum
in ſequenti libro opitulante deo: repetemus
ſermonem cum an in ſummo pontifice ambe
poteſtates concurrāt diſcutiemus. Dicimus
autē ꝙ poteſtas ſpiritualis eccl'ie duplex eſt:
quedam ſcilꝫ ordinis ſiue ſacramentalis: et
quedam iuriſdictionalis. Poteſtas autem or
dinis ſiue ſacramentalis dicitur que per ali-
quā conſecrationem confertur ad confectio-
nem ⁊ adminiſtrationē ſacramentorum. Po
teſtas vero iuriſdictionalis eſt ad regendum
populū ſm̄ legem diuinā in ordine ad beati-
tudinē ſupernalē: que non per conſecrationē
ſed ſimplici iniunctiōe dei aut hoīs cōfertur.
De q̄bꝰ ptātibꝰ vt illuſtriorē faciamꝰ noticiā

deſcribemus p concluſiones quid nos de illis
ſentiamus. Cōcluſio p̄ma Prima cōcluſio ſit iſta. Utraqꝫ
harū poteſtatū ſpūalium in eccleſia originali-
ter eſt a deo. Patet cōcluſio iſta ratione ⁊ au-
ctoritate. Rōne ſic. Omne illud qđ eſt ⁊ exce
dit totā facultatē nature neceſſe eſt vt ab au-
ctore nature originē duxerit: ſed vtraqꝫ pote-
ſtas ſpūalis excedit totā facultatē nature. er-
go necēe ē dicere vt illa a ſolo deo q̄ auctor na
ture eſt originē traxerit. ꝓña ē bona: ⁊ maior
manifeſta. minor etiā videt̄ nota: primo q̄dē
de poteſtate ordinis: q̄m p iſtam ordinatus in
ſacerdotē habet poteſtatē ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i
⁊ auctem diuina ſacramēta diſpenſandi: per
que celeſtis gr̄a digne illa ſuſcipientibus tri-
buit̄: qui ꝑfecto ſunt effectus oēm facultatē
nature tranſcēdentes. Idem etiā patet de po
teſtate iuriſdictionis q̄ ad regendū populum
xp̄ianū ſm legem diuinā in ordine ad beatitu
dinem ſupnaturalem eſt ordinata. Pꝫ etiā cō
clō auctoritate. Prio Mat. xvi. vbi xp̄s cla-
uiū poteſtatē ſe daturū Petro pollicet̄ dicēs
Tibi dabo claues regni celoꝝ. Secūdo Ioh.
vlti. vbi xp̄s ouiū ſuarū petrū paſtorē ⁊ recto-
rē ordinans inq̄t. Simon iohānis paſce oues
meas. Secunda Secūda cōcluſio cōparando iſtas du
as poteſtates adinuicē. Poteſtas prima. ſ. or-
dinis dignior eſt poteſtate ſecunda. ſ. iuriſdi-
ctionis. Patet cōcluſio: q̄m poteſtas iuriſdi-
ctionis ordinat̄ ad poteſtatē ordinis: ad h̄ eñ
eſt poteſtas iuriſdictionis vt populus arceat̄
a malis ⁊ exerceat̄ in bonis vt ſit apt⁹ dignuſ
ꝗ participare ſacramētis: ergo concluſio vera.
Tertia Tertia cōcluſio. Poteſtas ordinis ſiue ſacra
mentalis licet p relationē ad corpus xp̄i verū
ſit equaliter in oībus ſacerdotibus: nihilomi
nus in relatione ad corpus xp̄i myſticū maior
eſt in ep̄o q̄ in ſimplici ſacerdote. Prima ps
hui⁹ cōcluſionis patꝫ: q̄m oēs ſacerdotes eq̄li
ter cōficiunt ſacramentū corporis et ſanguis
xp̄i: ergo in relatione ad corpus xp̄i verū equa
liter hec poteſtas ſacramētalis eſt in omnib⁹
ſacerdotib⁹. Secūda pars etiā patet q̄m ſim-
plex ſacerdos nō valet diſpēſare omnia ſacra
menta: q̄m nō ſacramentū cōfirmationis qđ
ſolū ab ep̄is perfici pōt: vt ait Euſebius papa
in ca. man⁹. de con. di. v. Nec ſacramentum or
dinis qđ etiā a ſolis ep̄is ꝯfertur: ḡ in relatōe
ad corp⁹ xp̄i myſticū poteſtas ſacralis ampli-
or eſt in ep̄o q̄ in ſimplici ſacerdote: qđ mani-
feſte oſtēdit Iſid. in ca. cleros. di. xxi. ita dicēs
Pbr̄i ideo ſacerdotes nominātur q: ſacra dāt
ſicut ep̄i: q: licet pbr̄i ſint ſacerdotes tn̄ ponti
ficat⁹ apicē nō habent: q: nec chriſmate frōtē
ſignāt: nec paraclytum ſpiritū dant qđ ſolis

Eps̄ de iure diuino

debere epiſcopis actuū lectio apl'oꝝ demon-
ſtrat. hec ille. Uerū ꝙ hec maioritas poteſtatꝭ
ſacramētalis ſiue ordinis in ep̄o q̄ in ſimplici
ſacerdote maior ſit nō ſolū ex inſtitutōe eccle
vt quidā dicere voluerūt ſed etiā ex natura or
dinis ⁊ cōſecratōis ſm diuinā inſtitutionem
oſtendit̄ ſic. Ea que ſunt in noua lege: figura-
ta fuerūt per ea q̄ fuerūt in veteri lege: nūc au
tem ita eſt ꝙ in veteri lege ep̄s ſiue ſumm⁹ ſa-
cerdos ex diuina ordinatōne conſecrabat̄ ſpe
ciali cōſecratōne ⁊ ad ſpecialē actū vltra ſim
plices ſacerdotes. Nam vt habet̄ Leuit. viij.
ſolus ſummus ſacerdos q̄ habebat in ſuis offi
cijs alios ordinare ⁊ cui ſoli licitū erat in ſctā
ſctōꝝ ſemel i āno ingredi vngebat̄ oleo ſacre
vnctiōis. ergo ſimilit̄ videt̄ ꝙ ex diuina inſti-
tutione ſit vt caput ep̄i qui eſt ſummus ſacer
dos conſecret̄ vnctione chriſmatis ad ſpecia
lem actū qui ei cōpetit ſicut eſt miniſtros con
ſecrare ⁊ ordinare ⁊ alia huiuſmodi q̄ ſolis epi
ſcopis cōueniūt que ponunt̄ a beato Iſidoro
in ca. Perlectis. di. xxv. Ueritas etiā hui⁹ con
cluſionis ſatis manifeſte habet̄ ex dictis in. c.
lxxvi. vbi oſtēdim⁹ ex diuina inſtitutōe diffe-
rentiā eſſe realē inter epiſcopū ⁊ preſbyterū.
Quarta ꝯcluſio. ad vnū ⁊ eandē ordinis po Quarta
teſtatē pertinēt iſti duo actus ſcꝫ corpus xp̄i
conficere ⁊ ad illius ſuſceptionē populū aptū
dignūꝗ reddere. Iſta concluſio oſtendit̄ vera
iuxta ſctm̄ Tho. in. iiij. ꝯtra gētiles. c. clxxvij.
ſic. Eiuſdē virtutis eſſe videt̄ aliquā pfectōē
tribuere ⁊ ad ſuſceptionē illius materiam pre
parare: ſicut ignis virtutē habet ⁊ vt formam
ſuā tranſfundat in alterū ⁊ vt materiā diſpo-
nat ad forme ſuſceptionē. Cū igit̄ poteſtas or
dinis ad hoc ſe extendat vt ſacramētū corpo-
ris xp̄i conficiat ⁊ fidelibus tradat oportet ꝙ
eadem poteſtas ad hoc ſe extendat ꝙ fideles
aptos reddat ⁊ cōgruos ad tanti ſacramenti
ſuſceptionē. Reddit̄ aūt aptus ⁊ congruus fi
delis ad huius ſacramēti ſuſceptionē per hoc
ꝙ eſt a pctō immunis: q̄m non pōt aliter xp̄o
ſpūaliter vniri cui ſacramētaliter cōiungitur
hoc ſacramētū percipiendo. Oportet ergo ꝙ
poteſtas ordinis ſe extendat ad remiſſionem
peccatoꝝ per illoꝝ ſacrametoꝝ diſpēſatione
que ad remiſſionē peccatoꝝ ordināt̄ cuiuſmo
di ſunt baptiſmus ⁊ penitentia. Habet ergo
poteſtas ordinis hunc duplicē actū quoꝝ pri-
mus eſt conficere ſacramentū corporis ⁊ ſan-
guinis xp̄i. ſecūdus eſt p abſolutionē peccato
rum aptū facere ſuſcipientē ad ſuſceptionem
ſacramēti. Quinta concluſio. poteſtas ordi- Quinta
nis quo ad primū actū conſecrare corpus xp̄i
⁊ alijs miniſtrare: data eſt aplis in cena dni

quibus ait dn̄s Lu. xxij. Accipite inter vos et diuidite hoc eſt corpus meū quod ꝓ vobis tradet: hoc facite in meā cōmemoratione vbi gl. interli. h₃: accipite ⁊ date. Quātū ꝟo ad ſcd̄₃ actū qui eſt abſolutio pctōꝝ data eſt. Joh. xx cū dictū eſt aplīs. Accipite ſpm̄ ſctm̄ quorum remiſeritis pctā remittunt eis. Sup quo ꝟbo dicit btūs Greg. in homel. Principatū ſupni iudicij ſortiti ſunt vt vice dei q̄buſdā peccata retineāt ⁊ q̄buſdā relaxent. Sexta ꝯcluſio

Sexta

Ptās ordinis qua ſoluunt pctā eſt idē eſſentialiter cū charactere ſacerdotali ſiue cū poteſtate ꝯſecrādi corpus xp̄i ⁊ nō diſtinguunt niſi ꝙ ad diuerſos actus ſiue effect⁹ cōparant Jlla cōcluſio l₃ ſatis clare habet ex dictis nihilomin⁹ ex dictis ſancti Tho. in. iiij. di. xviij. ſic oſtendit. Ad duo quoꝝ vnū eſt cā alterius vna ptās ordinat: ſicut in igne ad calefaciendum ⁊ diſſoluendū: ſed omis grā ⁊ remiſſio in corpe myſtico ex capite xp̄o ꝓuenit. g̃ eadem ptās videt eſſe p eēntiā qua ſacerdos ꝯficere pōt corpus xp̄i: ⁊ qua pōt ſoluere ⁊ ligare ſi iuriſdictio aſſit: nec differt niſi rōne ḃm ꝙ ad diuerſos actus effect⁹ cōparat: ſicut etiā ignis d̄r ḃm aliā rōnē calefactiuus ⁊ ḃm aliā liq̄factiu⁹. Et q: nihil eſt aliud character ordinis ſacerdotalis q̄ ptās exercēdi illud ad qd̄ ꝑncipaliter ordo ſacerdotij ordinat. videlic₃ ad ꝯſecrandū corpus xp̄i. ſequit ꝙ character ipe ⁊ ptās q̄ ſoluunt pctā ſint idem eſſentialiter

Septima

Septima ꝯcluſio. Ptās ſpūalis ꝯuenient deſignat noīe clauiū. P₃ cōcluſio: qm̄ xp̄us q̄ dei ſapiā eſt ita ptātem illa₃ deſignat di. btō petro. Math. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Pro quo notandū ꝙ clauis a corpalibus ad ſpūalia tranſſumit. clauis em̄ materialis ē inſtrm̄ quo oſtiū clauſum aperit. ⁊ ſic in ſpūalibus clauis d̄r ptās p quā ingreſſus regni celoꝝ aperit. ⁊ qm̄ regnu₃ celoꝝ nō claudit niſi p pctm̄. ⁊ q̄tum ad maculā ⁊ reatū pene. ideo ptās qua tale obſtaculū regni celoꝝ remouet d̄r clauis. Hec aūt ptās d̄r triplex a doctorib⁹ ſc₃ quedā auctis q̄ eſt in ſolo deo q̄ ſolus apit ꝑncipalr̄ p infuſionē grē ⁊ claudit pmiſſiue iuſto iudicio pmittendo hominē ruere in pctm̄ grām nō infundēdo. Quedā d̄r ptās excellentie que ponit in xp̄o rōne humane nature qui celū aperit p meritū paſſionis ſue. Alia miniſterialis: in miniſtris eccl̄ie. ſ. ſacerdotibus q̄ celū aperiūt p diſpenſationē ſacroꝝ q̄ opant in ꝟtute paſſionis xp̄i. ḃm illud. i. Corinth. iiij ſic vos exiſtimet hō vt miſtros xp̄i. Octaua cōcluſio. Conueniēter clauis diffinit cum d̄r. Clauis eſt ptās ligādi ⁊ ſoluēdi qua eccleſiaſticus iudex dignos recipe ⁊ indignos ex-

Octaua

cludere debet a regno. P₃ ꝯcluſio tum auctē Hiero. qui illā ponit in glo. Mat. xvi. ſup illo. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Tum auctē mgr̄i ſniarū in. iiij. di. xviij. Cōueniētia p̄fate diffinitōis rōe declarat ſic. iux̄ ſcm̄ Tho. i. iiij. eād di. ḃm Ph̄m. ij. de aīa potentie p act⁹ diſtinguūt. vnde cū clauis ſit ptās q̄dā vt dictū eſt. op₃ ꝙ p actū ſiue vſum ſuū diffiniat ⁊ ꝙ in actu obiectū exꝑmat a quo ſpēm recipit act⁹ ⁊ mod⁹ agendi ex quo apparet potentia ordinata. act⁹ aūt ptātis ſpūalis nō eſt vt celū aperiat abſolute: q: iā aptum eſt: ƀ vt quantu₃ ad hunc apiat: qd̄ q̄de₃ ordinate fieri nō pōt niſi idoneitate ei⁹ cui aperiendū eſt p̄ſata. Et iō in p̄dicta diffinitōe clauis ponit gen⁹. ſ. ptās: ⁊ ſubiectū ptātis. ſ. iudex eccl̄iaſtic⁹: ⁊ act⁹. ſ. excludere ⁊ recipe h₃ duos act⁹ matial' clauis aperire ⁊ claudere: ei⁹ obiectū tāgit in h̄ ꝙ dicit a regno: mod⁹ aūt ex eo ꝙ dignitas vel idignitas in illis in quos act⁹ exercet penſatur.

Nona

Nona ꝯclo. Cōueniēter deſcribunt claues ordinis due. ſ. ſciā diſcernendi ⁊ potētia dig̃s recipiēdi: vl' indignos excludēdi a regno. P₃ ꝯcluſio auctē ex glo. Hier. Mat. xviij. Rōne vero iſta ꝯcluſio p̄fata. iux̄ ſcm̄ Tho. in. iiij. di xviij. oſtēdit vera. Jn oī actu q̄ req̄rit idoneitatē ex pte recipiētis duo ſunt neceſſaria ei q̄ d₃ actū illū exercere. ſ. iudiciū de idoneitate recipientis: ⁊ expletio act⁹. Et iō etiā in actu iuſticie per quē reddit alicui hoc quo dignuſ eſt oportet eē iudiciū quo diſcernat an ipſe ſit dignus: ⁊ ipſa redditio ⁊. ad vtrū꜠ hoꝝ auctas quedā ſiue ptās exigit. nō em̄ dare poſſumus niſi qd̄ in ptāte habem⁹: nec iudiciu₃ dici pōt niſi vim coactiuā hēat eo ꝙ iudiciū iā ad vnū determinat q̄ q̄dem determiatio in ſpeculatiuis fit p virtutē ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ q̄bus reſiſti nō pōt: ⁊ in reb⁹ practicis p vim impatiuā in iudicante exiſtentē. ⁊ q: act⁹ clauis req̄rit idoneitatē in eo in quē exercet: q: recipit p clauē iudex eccleſiaſtic⁹ dignos ⁊ excludit idignos vt ex diffinitione poſita in ſuperiori ꝯcluſiōe pat₃. iō indiget iudicio diſcretōis quo idoneitatē iudicat ⁊ ipſo expletionis ſiue redditiōis actu. ⁊ ad vtrū꜠ hoꝝ ptās quedā ſiue auctas req̄rit ⁊ ḃm hoc due claues diſtinguūt. Decima ꝯcluſio. Jſte due claues ordinis. ſ. ſciā diſcernēdi ⁊ potētia dignos recipiēdi et indig̃s excludēdi a regno nō diſtinguūtur in eſſentia auctis: ƀ ſūt vna ⁊ eadē p eſſentiam ptās ſiue auctas ſolū꜠ diſtinguūt per cōparationē ad act⁹ quoꝝ vn⁹ ꝓſupponit aliū. Que ꝯcluſio ē ſancti Tho. cui⁹ ꝯcluſionis veritas ex einſdē doctoris dictis ſic declarat. Ad eandē auctatem per eſſentiā cuiuſcū꜠ debentis ex officio

Decima

aliquē actū exercere q̄ req̄rat ydoneitatē ex
parte recipientꝭ ꝑtinet iudiciū de ydoneitate
et expletio actus: ſicut apparet in actu v̾tutꝭ
iuſtitie ꝑ quā reddit̾ alicui hoc quo dign⁹ eſt
ꝙ ad eundē ad quē ꝑtinet alicui digno redde
re aliq̄d ꝑtinet iudiciū an talis ſit dignus vel
nō. cū ergo vt dictū eſt in p̄cedēti ꝯcluſione ꝑ
clauē ordinis iudex eccliaſticus dignos reci-
piat ⁊ indignos excludat ſit neceſſario ꝙ ad
eandē auctoritatē ꝑtineat vterq̄ actus. ſ. iudi
cium de ydoneitate eius q̄ abſoluēdus eſt. et
actus abſolutōis: ſolū g̊ dr̄nt he claues ꝑ cō-
parationē ad diuerſos actus quoꝝ vnus pre-
ſupponit aliū. Clauis eñ q̄ dr̄ ptās ligādi et
ſoluēdi eſt q̄ immediate ſerā pctī remouendo
celū aperit. Sed clauis que dr̄ ſcīa ſerā oñdit
cui apiendū ſit. ptās g̊ vna ⁊ eadē eſt que rōe
hoꝝ diuerſoꝝ actuū ſubordinatoꝝ varie noīa
tur: qm̄ rōne p̄mi actus q̄ eſt iudicare: dicitur
clauis ſcīe. rōe vero ſcđi q̄ eſt indignos exclu-
dere vel dignos admittere ad regnū vocatur
Undecima clauis ptāt. Undecima ꝯcluſio eſt ꝙ ptās
clauiū aliquo modo ſe extēdit ad remiſſionē
culpe ⁊ pene. Iſta ꝯcluſio ꝓbat̾ auctē ⁊ rōne.
Auctoritate ꝑ illud Ioh. xx. vbi dn̄s inq̄t apo
ſtolis. Quoꝝ remiſeritis pctā remittunt̾ eis.
Sed hoc nō pōt intelligi q̄tū ad manifeſta-
tionem tm̄ vt aliq̄ dicūt: vt magr̄ ſnīarū l. iiij.
di. xviij. qm̄ ſic ſacerdos noui teſtamēti nō ha
beret maiorē ptātē q̄ ſacerdos veteris teſta-
mēti q̄ ſolū oñdebat in aliquo leprā eſſe mun-
datā: quā tm̄ nullo modo mundabat. qđ nō eſt
dicendū. g̊ ſacerdotis noui teſtamēti ptās ſe
extēdit vſq̄ ad remiſſionē culpe. ⁊ ꝑꝯñs pene
Quod rōne ſic ꝓbat̾. Sacramēta noue legis
agūt quod ſignificāt. qđ pʒ ex diffinitōe ſacrī
Sacrm̄ eñ eſt iuxta Auguſtinū inuiſibil' grē
viſibilis forma ita vt ymaginē gerat ⁊ cauſa
extet. Sed abſolutio ſacramētalis ſignat re-
miſſionē culpe. pʒ ex forma eius. Ait eñ ſacer
dos. Ego te abſoluo. g̊ dicendū eſt ꝙ ptās ſa-
cerdotalis aliquo modo ſe extēdat ad culpe ⁊
pene remiſſionē. Ad videndū aūt quō hoc ſit
eſt notandū ſm ſanctū Tho. in. iiij. di. xviij. ꝙ
eodē modo ſe hʒ ptās clauiū in ſacerdote ad
effectū ſacramēti penitētie ſicut ſe hʒ virtus
in aq̄ baptiſmi ad effectū baptiſmi. Baptiſ-
mus aūt ⁊ ſacrm̄ pnīe cōueniūt quodāmodo
in effectu. quia vtrūq̄ cōtra culpā ordinat̾ di
recte quod nō eſt de alijs ſacramētis. Sed in
hoc differūt: qr̄ ſacrm̄ pnīe eo ꝙ hʒ act⁹ ſuſci-
piētis q̄ſi materiales nō pōt dari niſi adultꝭ:
in q̄bus requirit̾ p̄paratio ad ſuſcipiēdū effe-
ctum ſacramētoꝝ. ſed baptiſmus qn̄q̄ adultꝭ
et qn̄q̄ pueris ⁊ alijs carētib⁹ vſu rōnis. ⁊ iō
per baptiſmū dat̾ grā ⁊ remiſſio pctōꝝ pueris
ſine aliq̄ ſui preꝑatione p̄cedente: nō aūt adul
tis in q̄bus preexigit̾ preꝑatio remouēs fictio
nē: q̄ quidē p̄paratio qn̄q̄ p̄cedit ſufficiens ad
grē ſuſceptōem anteq̄ baptiſm⁹ actu ꝑcipiat̾
ſed nō ante votū baptiſmi poſt tp̄us ꝓpalate
veritatis: ⁊ tunc baptiſm⁹ actu ſuſcept⁹ nō dr̄
culpā auferre qr̄ iam erat remiſſa: nec grāʒ cō-
ferre: qr̄ iam collata erat: ſʒ augere grām prius
collatā. Qn̄q̄ aūt talis p̄paratio tp̄e nō prece
dit: ſʒ eſt ſil' cū baptiſmi ſuſceptiōe: ⁊ tūc ꝑ ba
ptiſmi ſuſceptōem grā remiſſionis culpe ꝯfer
tur. Sed ꝑ pnīe ſacrm̄ nunq̄ dat̾ grā niſi p̄pa-
ratio aſſit vel pri⁹ fuerit. vñ ſi in penitēte anq̄
ſacrm̄ ſuſcipiat penitentie precedit ſufficiens
diſpoſitio delens culpā ⁊ cōferens grām: tūc
ſacrm̄ pnīe ſupueniens culpā nō aufert: qr̄ nō
inuenit. nec grām ꝯfert ſʒ prius collatā auget
Si vero nō p̄cedit ſufficiēs ꝯtritio q̄ culpā de
leat ſed attritio q̄ ſupueniēte ſacrō virtute cla
uiū efficit̾ ſufficiens: ſic ꝑ ſacrm̄ actu ſuſceptū
delet̾ culpa ⁊ ꝯfert̾ grā: ⁊ ita virt⁹ clauiū ſe ex
tendit ad remiſſionem culpe ſicut ⁊ aq̄ baptiſ
mi vel in voto exiſtens vel in actu ſe exercens
ſed ſicut baptiſm⁹ nō agit vt principale agēs
ſed vt inſtrm̄ nō q̄dē ꝑtingēs ad ipſam grē ſuſ
ceptionē cauſandā etiā iſtrumētaliter: ſʒ diſ-
ponēs ad gratiā ꝑ quā fit remiſſio culpe: ita ē
de ptāte clauiū. Und̄ ſol⁹ de⁹ remittit ꝑ ſe cul
pā ⁊ in virtute ei⁹ agit inſtrāliter ⁊ baptiſm⁹
vt inſtrm̄ inaīatum ⁊ ſacerdos vt inſtrm̄ aīa-
tum. Et ideo ſacerdos agit vt miniſter. Et ſic
paret ꝙ ptās clauiū ordinat̾ aliquo mō ad re
miſſionē culpe: nō ſicut cauſans ſʒ ſicut diſpo-
nens ad eā. Unde ſi ante abſolutionē nō fuiſ-
ſet aliq̄s ꝑfecte diſpoſit⁹ ad grām ſuſcipiendā
in ipſa ꝯfeſſiōe ⁊ abſolutōe ſacrāli gratiā ꝯſe-
q̄ret̾ ſi obicem nō poneret. Ex quo manifeſte
ꝯcludit̾ vt inq̄t idem ſanct⁹ doctor in. iij. pte:
ꝙ expoſitio illa quā q̄dam dant dicētes. Ego
te abſoluo. i. abſolutū oſtēdo: lʒ quantū ad ali
q̄d ſit vera nō tm̄ eſt ꝑfecta expoſitio: qm̄ ſacrā
noue legis nō ſolū ſignificāt ſed etiā efficiunt
qđ ſignificant. vnde ſicut ſacerdos baptizan
do aliquē oſtendit hominē interi⁹ illuminatū
per verba ⁊ facta nō ſolū ſignificatiue: ſʒ etiā
effectiue: ita etiaʒ cum ſacerdos dicit. Ego te
abſoluo: oſtēdit hoīem eſſe abſolutū nō ſolum
ſignificatiue ſʒ etiā effectiue. nec tm̄ ſacerdos
loq̄tur preſumptuoſe quaſi de re incerta: qr̄ ſi
cut alia ſacramēta noue legis habent certuʒ
effectū ex virtute xp̄i qui eſt inſtitutor ſacrōꝝ
licet poſſit īpediri effectus ſacrī ex parte reci-
pientis ita etiā in hoc ſacramento. Uñ Aug.
in li. de adulterinis cōiugijs. Non erit turpis

nec difficilis poſt patrata ⁊ purgata adulte-
ria recõciliatio cõiugiꝫ vbi ꝑ claues celorum
Duodecima nõ dubitatur fieri remiſſio pctõꝝ. Duode-
cima cõcluſio ꝙ hmõi ptãs clauiũ ſolũ cõue-
nit ſacerdoti euãgelico. Iſta ↄcluſio hꝫ duas
ptes. In pͥma dicit ꝙ ſol⁹ ſacerdos hꝫ ptãteꝫ
clauiũ: Scḋa ꝙ ſolus ſacerdos euangelicus.
Prima ps ꝓbaṫ ſic. Id quod daṫ ꝑ ↄſecratio
nem nõ habeṫ niſi a cõſecratis. ſꝫ ptãs clauiũ
daṫ ꝑ cõſecrationẽ ſacerdotalẽ vt pꝫ ex ꝟbis
epi q̃ dicit i impoſitõe manuũ. Accipite ſpm̃
ſanctũ quoꝝ remiſeritis pctã ⁊c. que ꝟba di-
recte impoꝛtãt vſum clauiũ. g̃ ptãs illa nõ eſt
niſi in habẽtibus ↄſecrationẽ ſacerdotalem.
Patet etiã pars hec ex ſexta ↄcluſiõe ſupius
poſita in qua dictũ eſt. ꝙ ptãs clauiũ oꝛdinis
eſſet idem eẽntialiter cũ charactere ſacerdo-
tali. Patet etiã hec ps auctẽ beati Ambro.
dicẽtis li. ſuo de paradiſo. ⁊ habeṫ de pe. di. i.
§. ecõtra ꝙ hoc ius ligãdi ⁊ ſoluẽdi ſolis ſacer
dotibus eſt cõceſſum. Scḋa ps pͥfate ↄcluſio
nis dicẽtis ꝙ ſacerdos legalis claues nõ ha-
buerit ſed ſolus euãgelicus hẽat. ꝑ ↄñs nec g̃
ſacerdos legalis q̃ erat diſpẽſatoꝛ illoꝝ ſacra
mẽtoꝝ hẽbat. ꝓbaṫ ſic: qꝛ claues oꝛdinanṫ ad
apiendũ regnũ celoꝝ: ſed regnũ celoꝝ aperiri
nõ poterat ante xp̃i paſſionẽ. g̃ ſacerdos lega
lis nõ habuit claues regni celoꝝ. Secũdo ſic.
Sacramẽta veteris legis grãm nõ ↄferebãt
ſed aditus regni celeſtis apiri nõ põt niſi per
grãm. g̃ ꝑ illa ſacramẽta nõ poterat aperiri:
ꝑ ↄñs nec g̃ ſacerdos legalis q̃ erat diſpenſa
toꝛ illoꝝ ſacroꝝ hẽbat claues regni celorum.
Unde ſicut illoꝝ ſacra erant figura celeſtiuꝫ
ita illoꝝ ſacerdotuꝫ ptãs figura fuit poteſtaṫ
clauiũ. Ex hac ↄcluſione maxime ex pͥma pte
eiuſdẽ coꝛrelarie ſumiṫ clariſſime ꝙ nulla cõ-
munitas in eccl'ia ſiue vniuerſitas ꝑ modum
vniuerſitatis habere põt claues has oꝛdinis
de q̃bus loqͣmur ſicut Albertus magn⁹. ſcũs
Tho. ⁊ dñs. Bonauen. dicũt ⁊ ꝓbant in. iiij.
di. xix. Quod ⁊ nos multiplici rõe oſtẽdimus
Primo ſic. Tota vniuerſitas eccl'ie nõ iſigniṫ
charactere ſacerdotali. g̃ tota vniuerſitas ec-
cleſie vt ſic nec hꝫ nec hr̃e põt ptãtem clauiũ.
antecedẽs eſt manifeſtũ. ⁊ ↄñtia pꝫ. Tũ qꝛ cũ
ptãs clauiũ deṫ ꝑ ↄſecrationẽ nõ põt hr̃i niſi
a ↄſecraṫ. Tũ ſcḋo qꝛ cũ ptãs clauiũ ſit idem
eẽntial'r cũ charactere ſacerdotali nõ ẽ capax
clauiũ q̃ nõ eſt capax ſacerdotij. Cũ g̃ vniuer-
ſitas vt ſic nõ ſit capax ſacerdotij pꝫ coꝛrela-
riũ. Scḋo ſic. vniuerſitas vt vniuerſitas non
hꝫ aiam rõnalẽ vt dicũt dñi iuriſte ⁊ eſt verũ
g̃ ipa vt ſic nõ põt ſubiectũ eẽ ptãtis clauiũ.
ↄñtia ẽ nota qꝛ ſola aia rõnal' põt eẽ ſubiectũ

capax entis ſpũalis abſoluti: cuiuſmõi ẽ ptãs
oꝛdinis ſiue clauiũ: q̃ eſſential'r eſt idẽ caracte
ri ſacerdotali. g̃ coꝛrelariũ verũ. Tertio ſic. oĩs
hñs ptãtem clauiũ mediatoꝛ eſt iter deũ ⁊ po-
pulũ ⁊ oĩs talis ↄſtituiṫ in his q̃ ſunt ad deuꝫ
vt offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ pctis: g̃ ad illũ
ptinet tm̃ hec ptãs ad quẽ ptinet offerre ſacri
ficiũ: ſꝫ h̃ nõ pͥ ptinẽ vniuerſitati eccl'ie ſꝫ ſolũ
cõuenit ſacerdotib⁹ ei⁹. g̃ idem qḋ pͥu⁹. Quar
to ſic. illi datur ptãs clauiũ qui miniſter ↄſti-
tuiṫ ſacri pñie. ſed vniuerſitas eccleſie nõ põt
eſſe miniſter ſacri pñie vt ei fiat ſacramẽtalis
ↄfeſſio vt manifeſtũ eſt. g̃ coꝛrelariũ verum.

Capitulũ. xciiij. In quo ponuntur aliq̃ obiectões contra aliquas cõcluſiones poſitas in pͥcedenti. c.

V T autem veri- Cap. XCIIII
tas eoꝝ q̃ circa claues eccl'ie
dixim⁹ illuſtrioꝛ fiat: induce-
mus obiectões quoꝛũdã ↄtra
quaſdã ↄcluſiões poſitas in
pͥcedenti. c. vꝫ ſextã: decimã: ⁊ duodecimam.
Cõtra ſextã in qua poniṫ: ꝙ claues oꝛdĩs ⁊ Cõtra ſextã con-
caracter ſacerdotalis nõ diſtinguũṫ eſſentia- cluſionem
liter ſꝫ ſolũ ꝑ relationẽ ad diuerſos act⁹: argui
tur. Pͥo ſic. Illa diſtinguũṫ eſſential'r ab in Argu. primũ
uicẽ quoꝝ vnũ poteſt eſſe ſine alio: ſꝫ ſacerdo-
talis caracter põt eẽ ſine ptãte clauiũ: ſicut pꝫ
in apl'is q̃b⁹ in cena dñi ꝓverba illa. Hoc faci
te in meã cõmemoratiõe: data eſt ptãs ↄfici
endi coꝛp⁹ xp̃i. ſꝫ ptãs clauiũ data ẽ poſt reſur
rectionẽ cũ dictũ eſt illis. Quoꝝ remiſeritis
pctã remittũtur eis. g̃ nececeſſariũ eſt dicere
ꝙ ptãs clauiũ diſtinguiṫ eſſential'r a caracte
re ſacerdotali. Scḋo ſic. Illa q̃ diuerſo tp̃e i Secundum
funduntṫ aut gñanṫ diſtinguũṫ nccio: ſꝫ cara-
cter ſacerdotalis ⁊ ptãs clauiũ infundũtur di
uerſis tp̃ib⁹. g̃ neceſſario diſtinguũtur. maioꝛ
eſt Ariſt. in Topi. minoꝛ pꝫ ex argumẽto pͥce-
denti vbi iductũ eſt ꝙ caracter ſacerdotalis
dat⁹ ẽ in cena apl'is: ptãs ꝟo clauiũ poſt reſur
rectionẽ xp̃i. Tertio ſic. Iſta ſepanṫ in quolꝫ Tertium
ſacerdote: g̃ diſtinguũṫ. ↄña pꝫ: ⁊ añs ꝓbatur
nã ſacerdote nunc oꝛdinato pͥu⁹ eps̃ dicit. Ac
cipite ptãtem celebrãdi miſſam tã ꝓ viuis ꝙ
ꝓ defunctis: dans ei calicẽ. Et q̃buſdã iterpo
ſitis ponẽs man⁹ ſuper caput eius dicit. Acci
pite ſpm̃ ſanctũ ⁊ quoꝝ remiſeritis pctã remit
tũtur eis vel remiſſa erũt ⁊c. Quarto ſic. xp̃s Quartum
habuit clauẽ ligãdi ⁊ ſoluẽdi (ſm̃ illud Apo
ca. iij. Hec dicit q̃ hꝫ clauẽ dauid) ⁊ nõ habu-
it caracterẽ ſacerdotalem cũ nihil ſuſcepit a
ſacramẽtis. g̃ neceſſario diſtinguũtur claues
a caractere. Quinto ſic. Si claues eẽnt idẽ Quintum
qḋ caracter ſacerdotalis ſequereṫ ꝙ ſicut oẽs

ſacerdotes equaliter habẽt characterem ſa/
cerdotij: oẽs equalr͛ haberẽt claues: quod nõ
videt͛ verũ cũ de btõ petro dicat͛ in gl. Mat.
xvi. ꝙ pre ceterꝭ dotatꝰ fuerit clauibus regnĩ
*Sextum* celeſtis. Sexto ſic. Sciſmatici heretici et
excõicati pñt cõficere ⁊ cõficiũt nõ autẽ pñt
abſoluere vel ligare: vt in. c. audiuimꝰ. ⁊ in. c.
miramur. xxiiij. q. i. ḡ hec duo. ſ. character ſa/
cerdotalis ⁊ ptãs clauiũ eẽntialr͛ diſtinguũt͛

*Cõtra cõcluſionẽ decimam* Scđo ꝓncipalr͛ arguit͛ cõtra cõcluſionem
decimã in qua d͛r ꝙ claues ordinis nõ diſtin/
*Argu. primũ* guant͛ ab inuicẽ realiter. Arguit͛ ꝓmo ſic.
Omnia illa q̃ cõtingit ſeparari ſubiecto non
ſunt vnũ ⁊ idem in eẽntia: ſ ſic eſt ꝙ iſtas cla
ues ꝯtingit ſepari ſubiecto. ḡ neceſſario realr͛
ſiue eſſentialr͛ diſtinguunt͛. maior eſt nota. mi
nor ꝓbat͛: qm̃ cõtingit ꝙ papa cõmittat aliq̃
bus ꝙ cãm aliquã diſcernant abſq꞉ hoc ꝙ ſup
ea ferant ſniam: immo mãdabit ꝙ ad eũ refe
rant ſiue remittãt. Ecce ꝙ tales hẽbũt ptãtẽ
diſcernẽdi nõ aũt diffiniẽdi. ⁊ ita he due ptã/
*Secundũ* tes pñt ſepari ſubiecto. Scđo ſic Matth.
xvi. xpus petro de clauibꝰ loquẽs ait. Tibi da
bo claues regni celoꝝ. vbi glo. dicit. Claues
ſunt ſcia diſcernẽdi ⁊ potentia q̃ iudex eccl͛ia
ſticus dignos debet recipe ⁊ indignos exclu/
dere a regno. illa aũt q̃ abſolute pluralr͛ dicũ
tur nõ videnẽt͛ in vna eſſentia cõuenire. ḡ ⁊c.

*Tertium* Tertio ſic. Oĩa illa quoꝝ vnũ auget͛ ⁊ mi/
nuit͛ altero ꝑmanẽte immobili nccrio realr͛
diſtinguunt͛: ſed ſic eſt ꝙ ſcia diſcernẽdi eſt in
aliq̃bus maior ⁊ in aliq̃bꝰ minor manẽte eq̃li
ptãte ligãdi ⁊ ſoluẽdi: ḡ iſte due claues realr͛
*Cõtra cõcluſionẽ duodecimam* diſtinguunt͛. Tertio ꝓncipalr͛ arguit͛ cõtra
ꝯcluſionẽ duodecimã ⁊ eiꝰ correlariũ in q̃bus
ponit͛ ꝙ claues ordinis ſiue ptãs ligãdi ⁊ ſol/
uẽdi ita ſolis ſacerdotibus in eccl͛ia ꝯueniãt
*Argu. primum* ꝙ nõ vniuerſitati eccl͛ie. Primo ſic. Claues
regni celoꝝ ſunt date vl͛i eccl͛ie: ḡ nõ ſolis ſa/
cerdotibus. ꝯña videt͛ nota: qm̃ vl͛is eccl͛ia
cũ ſit collectio oĩũ fideliũ. vt in. c. eccl͛ia dicit͛
de cõſe. di. i. nõ eſt ſolũ ſacerdos. añs ẽ Augu.
li. de doctri. xpiana. c. xiiij. dicẽtis. ꝙ has cla/
ues dedit xpus eccl͛ie vt que ſolueret in terra
ſoluta eſſent in celis ⁊ que ligaret ligata eẽnt
⁊ ſimilis ſnia habet͛ ab eodẽ Aug. i mult͛ alijs
locis tam ſupra Jo. ꝙ in li. de agone xpiano.
et nõ põt dici ꝙ nõ loquat͛ de clauibꝰ ordinis
cũ iſte directe ⁊ immediate reſpiciũt regnuꝫ
*Scđm* celoꝝ vt dictũ eſt. Scđo ꝯ id quod dicit͛ ꝙ
ſolus ſacerdos euãgelicus claues hẽat argui
tur ſic. Claues ſicut dictuꝫ eſt ſunt due. ſ. ſcia
diſcernẽdi ⁊ ptãs iudicãdi: ſ vtrũq꞉ ſacerdos
legalis hẽbat vt pꝫ. ḡ etiã ſacerdos legal͛ ha/
bebat claues. Et ꝯfirmat͛. Sacerdos legalis
hẽbat aliquã ptãtẽ ſup reliquũ ppl͛m nõ tpa
lem: q2 ſic ptãs regia nõ fuiſſet diſtincta a ſa/
cerdotali ḡ ſpũale: ſ hꝯ ẽ clauis vt dictũ ẽ: ḡ nõ
ſolꝰ euãgelicꝰ ſacerdos: ſ et legal͛ claues hũit.

## Capitulum. xcv. In quo reſpõdetur ad obiectiones factas in precedenti capitulo.

*Cap. XCV*

His facile eſt re/
ſpõdere attẽtis q̃ ſuperiꝰ diximꝰ
iux gloriosi doctoris ſãcti Tho.
doctrinam: de cuiꝰ fonte ꝓfatas
*Ad primũ cõtra ſextã cõcluſiones* ſumpſimꝰ ꝯcluſiones. Ad primã ḡ rõem fa/
ctã ꝯtra ꝯcluſionẽ ſextã rñr negando minorẽ:
dicimꝰ eñ ꝙ ptãs ſacerdotalis vna eſt ꝑ eſſen
tiã ſed hꝫ diuerſos actus ſubordinatos quoꝝ
primꝰ ⁊ ꝓncipalis eſt ꝯſecrare corpꝰ xpi: ⁊ quo
ad hũc data ẽ añ paſſionẽ in cena. Scđs actꝰ
eſt abſoluere a pctis: ⁊ quo ad hũc data ẽ poſt
reſurrectionẽ vt ſupra diximus. Vñ iſta varie
tas tpm q̃bꝰ d͛r data ptãs ꝯficiendi ⁊ ptãs ab
ſoluendi accipit͛ in reſpectu ⁊ ordine ad diuer
ſos actꝰ iter ſe ordinatos: ⁊ nõ ad diuerſitateꝫ
ptãtis in eſſentia q̃ vna ⁊ eadẽ eſt. De quo ex
emplũ ſatis apte dare poſſumꝰ in ſole: q̃ licet
quo ad ſubam factꝰ dicat͛ prima die cũ facta ẽ
lux: nihilominꝰ d͛r factꝰ quarta die Geñ. i. q2 da
ta eſt ei ſpãlis virtꝰ quo ad aliquos ꝑticlares
effectꝰ: vt tãgit ſanctꝰ Tho. in. i. pte. q. lxvij. ar.
*Ad ſecundum* vlt. Ad ſcđam rõnem eadẽ eſt rñſio: qm̃ mi
nor aſſumpta ẽ falſa. Non eſt eñ verũ ꝙ ptãs
ſacerdotalis ⁊ ptãs clauiũ diuerſis tpibꝰ ifun
dant͛ ſi intelligat͛ quo ad ſubam earũ: qm̃ vt iã
diximꝰ varietas iſtoꝝ tpm q̃bus dicũtur ifun
di nõ ad ſubam ptãtis refert͛ q̃ vno tpe infuſa
eſt. ſ. i cena dñi ſ refert͛ ad diuerſos actꝰ eiuſđ
ptãtis ſubordinatos penes quos varijs tpibꝰ
*Ad tertium* d͛r eſſe data: vt ꝓdiximꝰ. Ad tertiã pꝫ rñſio
ex dict͛. he eñ ptãtes nõ ſepant͛ quo ad eſſen/
tiã ſ quo ad actus quoꝝ vnꝰ alterũ ꝓſupponit

*Ad quartum* Ad quartã rõem rñr: ꝙ nõ eſt ad ꝓpoſituꝫ:
qm̃ impñtiarũ de claue ſacrali loq̃mur qual͛
nõ eſt clauis quã xps hẽc d͛r ſed potiꝰ eſt ſacra
lis clauis ꝓncipiũ: vtpote ptãs auctis inq̃tũ
eſt deus ⁊ ptãs excellentie inquãtum homo.

*Ad quintum* Ad q̃ntam rõeꝫ rñr: ꝙ claues ordinis abſo
lute loquendo ſunt equales in oĩbus ſacerdo/
tibus rite ordinatis: ſicut ⁊ caracter ſacerdo/
talis: vſus tñ earũ nõ eſt equalis in oĩbus ſed
magis vel minꝰ extendit͛ vel reſtringit͛ ſm ꝙ
iuriſdictionis ptãs ſine qua ptãs clauium in
actum exire nõ poteſt in vnoquoq꞉ magis vel
minus extenditur vel reſtringitur. Beatꝰ aũt
Petrus dicit͛ pre ceteris poteſtate clauiũ eẽ
dotatus: q2 ipſe pre ceteris vocatus eſt in ple
nitudinẽ ptãtis cũ nõ vniꝰ ꝓuincie: ſ totius

oꝛbis cōſtitutus eſt magr̄ ꝛ rectoꝛ. De quo ple
Ad ſextum nius in ſequēti libꝛo dicet̄. Ad ſextā rōem
rn̄detur negādo ꝯn̄tiam. ꝛ cū dr̄ ꝙ ſciſmatici
ꝛ heretici ꝛ excōicati nō pn̄t abſoluere vel li-
gare. dicimꝰ ꝙ h̄ nō eſt qꝛ in talibus nō ſit po
teſtas clauiū oꝛdinis de q̄bus loq̄mur: ſed q̄a
caret iuriſdictōe ſiue materia in quā exercea-
tur vſus ptātis illius. Cū em̄ vſus clauiū p̄la
tionē in vtēte req̄rat reſpectu eius in quē vti
tur: ꝓpꝛia materia in quā exercet̄ vſus clauiū
eſt homo ſubditus. Et qꝛ p̱ oꝛdinatōnē eccl̄ie
ſubdit̄ vnus homo alteri. ideo etiā p̱ eccleſie
p̄latos pōt ſubtrahi alicui ille qui erat ei ſub
ditus. Un̄ cū eccl̄ia hereticos ꝛ ſciſmaticos
ꝛ alios hmōi ꝓuat ſubtrahēdo ſubditos vel
ſimpl̄r vel quo ad aliq̄d: q̄ꝙtum ad hoc quo pri
uati ſunt non poſſunt habere vſum clauium.
Ad primū cōtra decimā cōcl'onē Ad rōnem p̄mā factā cōtra ꝯcluſionē deci
mā rn̄det̄ negādo minoꝛē. videlꝫ ꝙ claues oꝛ-
dinis ſeparent̄ ſubiecto. ꝛ ad ꝓbatiōeꝫ rn̄det̄
ꝙ in iudicio ſiue foꝛo ꝯſcie quē p̄ncipal̄r reſpi
ciūt claues oꝛdinis de q̄bus eſt pn̄s ſ̄mo nun
q̄ꝙ cōmittit̄ p̱ papā vna clauis vni ꝛ altera al
teri. vtputa vni clauis diſcretōis pctōꝝ de
q̄bus q̄s abſoluendus venit ꝛ alteri poteſtas
abſoluēdi ſed vnus ꝛ idem. ſ. confeſſoꝛ q̄ vtrū
Ad ſcōm qꝫ exercet. Ad ſecūdā rn̄det̄ ꝙ claueſ petro cō
miſſe. Mat. xvi. nō noiant tm̄ claues oꝛdis ſꝫ
claues oꝛdis ꝛ iuriſdictōis ſimul. ſic dic̄ ſcūs
Tho. in. iiij. di. xviij. bene autē cōcedimus ꝙ
ille claues. ſ. iuriſdictōis ꝛ oꝛdinis diſtinguāt̄
real̄r ſicut in ſequēti. c. oſ̄ſuri ſumus. Secūdo
pōt dici ꝙ ſi p̱ claues Mat. xvi. tm̄ claues oꝛ
dinis deſignent̄: tūc pluralitas illa clauiū nō
eſt accipiēda penes pluralitatē eſſentiarū: ſꝫ
penes diuerſitatē actuū quoꝝ vnus aliuꝫ pre
ſupponit: ſicut ſupꝛa cōmemoꝛatuꝫ ē. nec opꝫ
ꝙ omnia q̄ abſolute pluraliter nominant̄ in
ſcriptura ſcā etiā plura ſint quo ad eſſentiam
Ad tertium Ad tertiā rōem rn̄det̄ ꝙ rō illa ꝓcederet ſi
ſcia q̄ dr̄ habitus ſiue infuſus ſiue acquiſitꝰ di
ceret̄ hic clauis. hoc nō eſt veruꝫ: ſed ſcia que
hic dicit̄ clauis eſt auctas exercēdi actuꝫ ſcie
q̄ auctas q̄n̄qꝫ ſine ſcia eſt q̄n̄qꝫ ſcia ſine ipa ſi
cut pꝫ etiā in iudicibus ſecularibꝰ. Aliq̄s em̄
eſt iudex hn̄s auctoꝛitateꝫ iudicādi qui nō hꝫ
iuris ſciam ꝛ aliq̄s ecōuerſo hꝫ iuris ſciaꝫ qui
Ad primū cōtra duodecimā concluſionem nō habet auctoꝛitatē. ꝛ ita ratio non ꝓcedit.
Conſequēter rn̄dendū eſt ad rōnes factas
cōtra duodecimā concluſionē. Ad p̄mā rn̄de
tur ꝙ cū dr̄ ꝙ claues date ſint eccl̄ie: nō ē itel
gendum ꝙ date ſint ſingulis de eccleſia: q̄a
ſic oēs fideles tam laici q̄ꝙ clerici dicēdi eēnt
habere claues oꝛdinis: quod eſt abſurdū nec
etiam ſic eſt intelligendū ꝙ claues p̄fate da-
te ſint cōmunitati eccleſie vt vniuerſitati: ita
ꝙ vniuerſitas ipſa vt ſic habeat in ſe ſubiecti
ue ꝛ foꝛmaliter iſtas claues: qꝛ h̄ vt oſtendimꝰ
eſſe nō pōt. Dicendū eſt ḡ ꝙ oēs auctes dicen
tes claues datas eſſe eccleſie intelligende ve
niūt hoc mō quo ſancti doctoꝛes dicūt: ꝙ date
ſunt ei in pꝛincipalioꝛibꝰ mēbꝛis eius: vꝫ in ſa
cerdotibꝰ ꝛ ep̄is. Eſt em̄ eccleſia vnū coꝛpꝰ di-
uerſa hn̄s mēbꝛa in q̄bꝰ diuerſas gr̄as recipit:
iuxta Apl̄m. i. ad Coꝛ. xij. Unde beatꝰ Hiero.
ſup̱ illud Mat. xvi. Tibi dabo claues regni ce
loꝝ: dicit ſic. Hn̄t iudiciariā ptātem oēs apl̄i:
hꝫ etiā oīs eccleſia in ep̄is ꝛ pbr̄is. Dr̄ aūt oīs
eccleſia hr̄e in ep̄is ꝛ pbr̄is hanc ptātem. Tuꝫ
qꝛ vbiqꝫ terrarū quā p̱ oēm decurſum tpm vſ-
qꝫ in finē ſeculi habet ꝛ habitura eſt. Et iſta ē
vna intelligentia oīm ſil̄ium auctoꝛitatuꝫ. vn̄
pꝫ ꝙ ſil̄es auctes nō militant ꝯtra ꝯcluſioneꝫ
noſtrā ꝛ eiꝰ coꝛrelariū. Eſt tn̄ hic notandū ꝙ
licet ſoli ſacerdotes in eccl̄ia vtpote q̄ ſoli ha
bent claues ligādi ꝛ ſoluēdi abſoluāt a pctīs:
nihilominꝰ h̄ dr̄ facere eccleſia ſ̄m illud Aug.
li. de agone xp̄iano: qui ait. Nec eos audiamꝰ
qui negāt eccleſiā dei oīa peccata poſſe dimit
tere: ꝛ hoc ꝓpter tria. Pꝛimo qꝛ hoc potioꝛes
in eccl̄ia. ſ. pbr̄i ꝛ ep̄i faciunt. Cum aūt vt dic̄
Ariſt. ix. ethi. ciuitas dr̄ eſſe id qđ pꝛincipaliſ-
ſimū eſt in ea: ſolitū ē attribui ciuitati ſiue cōi
tati id qđ faciunt in ea pꝛincipales. vnde to-
ta ciuitas dr̄ facere quod in ea rectoꝛes illius
faciūt. Et eadē eſt rō de oī alia re ex pluribus
cōſtituta vt dicit ſanctꝰ Tho. in expoſitiōe li.
ethi. Secūdo: qꝛ nullꝰ habꝫ vſum clauiū extra
vnitatem eccleſie ꝯſtitutꝰ: vt in. c nouatianꝰ.
vij. q. i. Propter qđ beatꝰ Aug. inquit: ꝙ cla-
ues eccleſie date ſunt nō vni ſꝫ vnitati. Hac
ergo rōne doctoꝛes ſancti vſi vidētur hoc mo
do loquēdi dicētes. Eccleſia dimittit pctā: ec
cleſia excōicat: eccleſia abſoluit ꝛ hmōi: vt in
ca. quod cūqꝫ. xxiiij. q. i. qꝛ nullꝰ extra vnitateꝫ
eccleſie ꝯſtitutꝰ iſta agere valet: vt inq̄t Aug.
in. c. multi. ꝛ in. c. remiſſionē. vij. q. i. Tertio qꝛ
quēadmodum in alijs ſacr̄is fides xp̄i ꝛ chari
tas eccleſie operat̄: ita etiā in clauibꝰ eccl̄ie.
Unde Aug. dicit: vt in. c. eccleſie charitas. de
cō. di. iiij. ꝙ eccleſie charitas dimittit peccata
Hinc eſt ꝙ q̄n̄qꝫ eccleſie attribuit̄ actus ipſe
clauiū: qꝛ fides ꝛ charitas eccleſie meritoꝛie ī
teruenit: licet miniſteriali auctoꝛitate ſolis ſa
cerdotibus attribuendus ſit. Ad ſecūdam Ad ſecundum
reſpōdetur: ꝙ nō quecūqꝫ ſcientia diſcernēdi
ꝛ peccata iudicādi dicūtur claues regni celo
rum: ſed tm̄ ille qui ad hoc ſe extendūt: vt per
eas iudicādus admittat̄ ad celeſtia. hmōi aūt
nō fuit poteſtas ſacerdotū legaliū cum eoꝝ

ſacerdotium nõ ſe extenderet ad celeſtia: ſed ad figuras celeſtiũ. Cũ aũt ſacerdotiũ xp̄i huius fuerit p̄rogatiue vt eo hõ ĩtroducat̃ i celeſtia. p̄fecto ptãs q̃ xp̄i ſacerdotiũ ſiue euangelicũ ꝯſeq̃t̃ ꝯueĩct̃ clauis regni celoꝝ d̃r. ñ aũt ptãs ſacerdotij leuitici q̃ cũ effectu ñ ap̄iebat

Cap. xcvi. In quo poſita diſtĩctõe ptãtis iuriſdictionis ponunt̃ cõcluſiones duodecim.

Cap. XCVI

# Declarata mente

nostra circa ptãtem ſacr̃alez ſiue ordinis. ꝯñs eſt vt de ptãte iuriſdictõnali q̃d nos iuxta doctrinã ſaniorẽ doctoꝝ ⁊ maxime ſancti Tho. ſentiamus enucleemus. Eſt aũt in p̄mis ſciendũ ꝙ ptãs iuriſdictiõis p̄p̄rie d̃r ptãs dicẽdi ius p̄ modũ imperij ad obſeruandũ id quod p̄cipit̃ obligãdo.

Cõcluſio p̄ma. Circa quã ſit iſta p̄ma cõcluſio: ꝙ ptãs iuriſdictõis eſt duplex ſɱ qđ duplex diſtinguit̃ forũ. ſ. ꝯſcie ⁊ forũ cauſarũ. Pʒ qm̃ quedã eſt ptãs iuriſdictõis in foro ꝯſcie quaʒ hʒ q̃cũqʒ hʒ curã animarũ: ſɱ quã põt abſoluẽdos p̄ imperiũ ad aliq̃d faciendum ligare. Alia eſt ptãs iuriſdictõis in foro cauſarũ: per quã aliq̃s in negocijs ⁊ cauſis diffiniẽdis que ꝯtunt̃ inter hominẽ ⁊ hoiem hʒ facultatẽ diffiniẽdi ⁊ ius etiã in inuitũ dicẽdi de q̃ habet̃ di. xx. c. i. vbi d̃r. Aliud eſt terminũ cauſis imponere: aliud eſt ſcripturas ſacras diligenter exponere. Per hanc ptãtẽ põt q̃s ad correctionẽ aliquã ab eccl̃ia p̄ excõicatõeʒ ſepari. de qua habet̃ Mat. xviij. vbi d̃r. Si eccl̃iam nõ audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Amen dico vobis q̃cũqʒ alligaueritꝭ ſup̄ terrã erũt ligata ⁊ in celis. vbi dicit glo. Ptãtẽ tribuit ap̄lis vt ſciãt qui a talibus damnant̃ humanã ſñiam diuina ſñia roborari. Harũ autẽ duarũ ptãtum diſtinctio a q̃buſdã doctorib⁹ ꝯſignat̃ ſic. Or ptãs iuriſdictõis in foro cãrũ d̃r ptãs coertiue iuriſdictõis: q̃r fieri põt in inuitũ. ptãs v̄o iuriſdictõis i foro ꝯſcie d̃r ptãs iuriſdictõis nõ coertiue: qm̃ in hoc foro null⁹ inuitus abſoluit̃ vel ligat̃.

Secunda. Sc̄da cõcluſio. He due ptãtes iuriſdictõis diſtingunt̃ abinuicem ⁊ ſeparant̃. Patet ꝯcluſio. qm̃ ſimplices ſacerdotes curã animarũ habẽtes habẽt p̄mã ⁊ nõ ſc̄dam. vnde excõicare nõ poſſũt niſi ex cõmiſſione eis facta ſiue in certis caſib⁹ a iure ꝯceſſis ⁊ ecõuerſo multi iudices nõ ſacerdotes in foro cauſarũ hñt ſc̄daʒ qui nõ habent p̄mã: cũ ſacerdotes nõ ſint. vnde in foro ꝯſcie nõ obediret̃ eis lʒ bene in cauſis ſup̄ quibus iudices ſunt cõſtituti.

Tertia. Tertia cõcluſio Utraqʒ harũ ptãtũ iuriſdictõis diſtinguitur a ptãte ordinis. Cõcluſio pʒ. Tum p̄mo: quia cũ ptãs ordinis vt ſupra dictũ eſt in. c. xcij. circa ꝯcluſionẽ. vi. idẽ ſit eẽntialr̃ qđ character ſacerdotalis. ſed character ſacerdotalis ẽ aliq̃d reale ⁊ indelebile in anima impſſuʒ ⁊ ptãs iuriſdictiõis nõ ſit hmõi. manifeſtũ ẽ ꝙ hmõi ptãtes realr̃ abinuicẽ diſtinguant̃. Tuʒ ſc̄do p̄bat̃ ſic. Illa diſtingunt̃ realr̃ q̃ ſic ſe hñt ꝙ vnũ põt ſtare ſine alio. ſed ſic eſt de iſtis clauibus. Nam multi ptãtem ordinis hñt q̃ nullã hñt iuriſdictõem ſicut ſimplices ſacerdotes nullã curã regiminis animarũ hñtes. Et ecõuerſo multi hñt ptãtem iuriſdictiõis qui non hñt ptãteʒ ordinis. ſicut hñtes curã animarũ q̃ nõdũ ſunt ſacerdotes. Item archidyaconi et electi ⁊ plures alij officiales nõ ſacerdotes q̃ tñ excõicare pñt. g̃ ⁊c.

Quarta cõcluſio. Quarta Licet ptãs iuriſdictõis realr̃ diſtinguat̃ a poteſtate ordinis: nihilomin⁹ neceſſaria eſt ad h̃ ꝙ ptãs ordinis in actũ ſuũ exeat. q̃ ẽ abſolutõ a peccatis. Probat̃ cõcluſio: q̃r neceſſe eſt vt diſpẽſator ſacr̃i pñie talis ſit q̃ poſſit impare aliq̃d agendũ. imperiũ aũt nõ cõpetit alicui: niſi ei qui hʒ ſup̄ aliũ iuriſdictionẽ. Unde nõ ſufficit ꝙ volũtarie ſe ſubijciat q̃ vult abſolui ſed req̃rit̃ ꝙ auc̃te ſup̄ioris ſit ſubiect⁹ ꝯfeſſori. g̃ de neceſſitate huius ſacr̃i eſt nõ ſolum ꝙ miniſter hẽat ordinis ptãtem ſed etiã ꝙ hẽat ptãteʒ iuriſdictõis. Sc̄do pʒ ſic iuxta ſanctũ Tho. in. iiij. ꝯ gẽtiles. Miniſter eccl̃ie in vſu clauiũ iudiciũ quoddã exercet: nulli aũt iudicium cõmittit̃ niſi in ſibi ſubiectos qđ fit per iuriſdictiõem. Tertio cõſirmat̃ ſic. Iudicium eccl̃ie in foro pñie nõ debʒ eſſe minus ordinatum q̄ iudiciũ ſeculare: ſed in iudicio ſeculari nõ q̃libet iudex põt iudicare quẽlibet hoiem: ſed ſolũ ſibi ſubditũ. g̃ ſilr̃ in foro pñie nõ q̃libet ſacerdos põt iudicare pc̄tõrẽ ſed illũ q̃ eſt ſibi ſubditus. vñ canon. xvi. q. v. qđ nulli ⁊c.

Quinta ꝯcluſio. Quinta Ptãs iuriſdictõis etiã in foro ꝯſcie nõ cõuenit eq̃lr̃ oĩb⁹ ſacerdotib⁹. Patet ꝯcluſio qm̃ aliq̃bus ſacerdotib⁹ vtputa ep̄is amplior data eſt iuriſdictio tã quo ad pp̄lm ſubiectũ q̄ quo ad caſus reſeruatos: et h̃ rõnabiliter. Unde in veteri lege p̄ cuius ſacerdotij iudiciũ ſacerdotij euãgelici iudiciũ ⁊ poteſtas figurata ſunt minoribus iudicibus nõ omnia cõpetebat diſcutere ſed ad ſuperiores recurrebãt vnde d̃r Exo. xxiiij. Si quid ortum fuerit q̃õnis referetꝭ ad eos. ſ. ad aaron et hur q̃ amplioris ⁊ ſup̄ioris erant ptãtis. ergo ita i ſacerdotio euãgelico cõueniẽter obſeruanduʒ venit ꝙ alij alijs ptãte iuriſdictõnis ſup̄iores ſint ⁊ maiores.

Sexta cõcluſio Sexta ptãs ſp̄ũalis iuriſdictõis in foro cauſarũ ſiue exterioris iudicij lʒ dicat̃ clauis nõ tñ ita p̄p̄rie ⁊ imme-

diate ſicut ptās ordinis. Patet cõcluſio cum ptās ordinis ſe extēdat ad ipm celū immediate remouēdo impedimēta introitus in celum p dimiſſionē peccati. ptās aūt iuriſdictionis directe ſe extēdit ad ipm celuȝ ſed mediante eccl'ia extra quā nō eſt ſalus ſicut nec extra archam noe. extra. de ſum. trini. ꝛ fide ca. §. vna. Per excõicationē aūt fit homo extra eccl'iam militantē. ꝛ p abſolutionē intra. clauis ergo ptātis iuriſdictiōis a qua hec ꝓcedunt nō eſt clauis regni celoꝝ immediate ſed mediate.

Septima Septima ꝯcluſio. Sicut in ptāte ordinis due aſſignant̄ claues. ſ. clauis ſcie ꝛ clauis poteſtatis: ita in ptāte ſpūali iuriſdictōis. Patȝ iſta ꝯcluſio ex ꝓbatōe none ꝯcluſionis poſite c. xcij. vbi in ſumma dictū eſt ꝙ in omni actu q̄ reqrit ydoneitatē ex pte recipiētis duo neceſſaria exigebant̄. videlȝ ptās diſcernēdi de ydoneitate eius in quē iudiciū eſt ferendū: et ptās ipa diffiniēdi ſiue iudicādi in cā. ꝛ p hec diſtingunt̄ due claues in foro conſcie. Cum ḡ hec duo ita neceſſario reqrant̄ in foro cārū ſiue exterioris iudicij ſicut in iudicio ꝯſcie. ſeq̄tur ꝙ ſi ꝑ neceſſitate ſcia diſcernēdi ꝛ ptās iudicandi ſiue diffiniēdi ponerent̄ claues ptāt iuriſdictiōis ſicut ꝛ ptās ordinis.

Octaua Octaua concluſio. Sicut claues q̄ aſſignant̄ in ptāte ordinis nō diſtingunt̄ eētialr̄ inter ſe: ſed p relationē ad diuerſos actus ſicut dictū eſt in c. xcij. circa ꝯcluſionē. x. ita claues in ptāte iuriſdictiōis ordinarie nō diſtingunt̄ in eētia auctis ſed ſunt vna ꝛ eadē eētialr̄: diſtiguūtur aūt p relationē ad act⁹ ſubordinatos. Pȝ cõcluſio: qm̄ ad eādē auctē ad quā ptiet ex officio diffinire aliquā cām ad eādem pertinet diſcretio iuſti ꝛ iniuſti circa illaȝ. Unde ſicut ptās ordinis d̄r vna clauis. ſ. ordinis propter vnitatē eſſentie auctoritatis. due vero ꝑpter dualitatē actuū. ita ptās iuriſdictionis in foro exterioris iudicij ꝑpter vnitatē eētie auctoritatis d̄r vna clauis. ſ. iuriſdictiōis. ꝑpter tn̄ dualitatē actuū ſubordinatoꝝ q̄ ſunt diſcernere q̄d ſit iuſtū ꝛ quid nō ꝛ ꝯdemnare vel abſoluere: dicunt̄ due claues eiſdē noībus deſignate q̄bus claues ordinis nomiant̄. ſ. clauis ſciētie ꝛ clauis ptātis.

Nona Nona ꝯcluſio. Licȝ apud iudices ſeculares in cauſis ſecularibus terminādis ad plenū iudicandū requirat̄ taȝ ptās diſcernēdi de meritis cauſarum q̄ ptās diffiniēdi in cauſis abſoluēdo vel ꝯdemnādo ptātes tn̄ ꝑdicte claues regni celoꝝ nomiari nō pñt. Patet ꝯcluſio: qm̄ ꝑfate ptātes cū ſeculares ſint. ꝛ p ꝯñs nō ſe extēdāt ad ſpūalia nec mediate nec immediate poſſunt dici aperire regnū celoꝝ. ḡ nō poſſunt habere rōnem clauiū reſpectu regni celeſtiſ. ꝯñs ē manifeſta

Decima Decima ꝯclo. Licet cõuenienter mulierib⁹ vtputa abbatiſſis ꝛ ꝑoriſſis q̄nq; cõmittatur aliqs vſus clauiū. ſ. correctio ſubditarū mulierū: nullo tn̄ mō cõuenit eas hr̄e ptātem clauiū Cõuenientia ꝑo prime ptis hui⁹ ꝯcluſiōis pȝ. qr cū neceſſe ſit in omni multitudine ordinata vnū ꝑeſſe ꝛ alia ſubijci. i. Politice: ꝛ piculoſū ſit viris regere mulieres cõueniēter vni femie cõmittit̄ ptās alias regendi ꝛ gubernādi. Cõuenientia ꝑo ſcd̄e ptis ꝯcluſionis oſtendit̄ ex eo: ꝙ mulier nō eſt idoneū ſubiectū principatus: cū ſm̄ Aplm̄ ſit in ſtatu ſubiectōis. Dicit em̄ Apl's. Mulieres in eccleſia taceāt: nō em̄ ꝑmittit̄ glo. ab aliq̄ auctē eas loqui ſed ſubditas eſſe. ꝛ. i. ad Thi. ij. Mulierem docere in eccleſia nō ꝑmitto nec dn̄ari. glo. aliqua ꝑlatiōe ſpūali. Un̄ etiam Phs dicit in politica ſua: ꝙ corruptio vrbanitatis eſt cū regimen ſiue dn̄ium ad mulierē ꝑuenerit. q̄d ſi de regimie ſiue ptāte terrena verū eſt: multo magis de ſpūali cenſendū eſt. Ceterū hec ꝯcluſio ex eo manifeſta nobis ſit: ꝙ beatiſſime virgini marie lȝ excellentior ſit apl'is: nō tn̄ illi ſed ipſis xp̄us claues tradidit regni celoꝝ: vt in. ca. noua. ex. de pe. ꝛ remiſ. d̄r.

Undecima Undecima ꝯclo. Ptās ſpūalis iuriſdictōis lȝ alijs q̄ ſacerdotib⁹ cõuenire poſſit nō tn̄ puris laicis aut ēt religioſis corona clericali nō inſignit̄. Pria hui⁹ ꝯcluſionis ps pȝ ex tertia ꝯcl'oe poſita in hoc. c. Scd̄a ps patet primo rōe: ſcd̄o auctē. Rōe ſic. Spūalis ptās nō cõuenit niſi hoi aſſumpto ad ſtatū vite ſpūalis ꝛ deputato ſingulariter cultui diuino: ſ corona clericalis eſt p quā primo inter fideles de ſtatu laicoꝝ q̄s trāſit ad ſtatū clericoꝝ ꝛ ad mancipandū diuinis officijs. vnd̄ vt notāt doc. in. i. ſn iarū di. xxv. tonſura eſt ſignū diſtinctiuū preparatiuū ꝛ ſuſceptiuū. Diſtinctiuū quidē ſtat⁹ clericalis a ſtatu laicali. ꝑparatiuū vero ſeu diſpoſitiuū vt tranſeat ad ſuſceptiōem ordinū q̄bus ſpūalis ptās dat̄. Eſt aūt ſuſceptiuū honoris regalis: qr p ipſam deputat̄ q̄s ad diuinū cultū ſeu ſeruitiū. Seruire aūt deo regnare eſt: vt dicit Greg. ḡ nō niſi inſignito corona clericali ptās iuriſdictionis ſpūalis cõmittēda eſt etiā ſi habeat monachalem coronam. Auctē patet ꝑfata ꝯcluſio. Primo ex. c. i. di. xcvi. vbi d̄r ꝙ nō ſolū de ordinib⁹ ſed etiā nec de rebus eccleſiaſticis laicis legitur aliqua tributa diſponēdi facultas. Secūdo ex ca. decernim⁹. extra de iudi. vbi ex ſynodo Eugenij pape ſic dicit̄. Decernimus vt laici eccleſiaſtica negocia tractare nō preſumāt et epi ꝛ abbates archiepiſcopi ꝛ alij eccleſiaruȝ prelati de negocijs eccleſiaſticis maxime

Duodecima

de illis que ſpũalia eẽ noſcunt̃ laicoꝝ iudicio
nõ diſponãt: nec ꝓpter eoꝝ ꝓhibitionẽ eccle
ſiaſticã dimittãt iuſtitiã exercere. Duode-
cima cõcluſio eſt ꝙ lꝫ ptãs ſacramẽtalis ſiue
ordis immobilr̃ adhereat: ptãs tñ iuriſdictõ
nis ſeparabilis eſt. Patet ꝑma ꝑs concluſio-
nis huius: qm̃ ptãs ordinis dat̃ ꝑ ↄſecratõem
aliquã. oms aũt ↄſecratões eccl̃ie ſunt immo
biles manẽte re q̃ conſecrat̃: ſicut pꝫ in rebus
etiã inaiatis. Naꝫ altare ſemel ↄſecratũ non
ↄſecratur iterũ niſi fuerit diſſipatũ: g̊ talis po
teſtas ẜm ſuã eẽntiã manet in hoĩe q̃ ꝑ conſe
cratione eã eſt adeptus q̃diu viuit ſiue in ſciſ
ma ſiue in hereſim labat̃. quod patꝫ ex h̃: ꝙ re
diens ad eccleſiã non iterũ ↄſecrat̃. ſicut dicit
btũs Aug. cõtra donatiſtas. Scd̃a ꝑs ↄcluſi
onis etiã pꝫ: q꞉ cũ ptãs iuriſdictõis nõ ꝑ cõſe
cratione det̃ ſed ex ſimplici iniũctione hominis
cõferat̃ nõ immobilr̃ heret his q̃bus confert̃
vnde in ſciſmaticis ⁊ hereticis nõ manet. pꝫ
ſicut dicit Aug. ↄ donatiſtas. Non em̃ poſſũt
abſoluere aut excõicare aut indulgẽtias face
re. ſicut ex. c. nouatian⁹ colligit̃. vij. q. i. vbi be
atus Cyp̃anus inq̃t. Qui nec vnitatem ſpũs
nec cõiũctionẽ pacis obſuat ⁊ ſe ab eccl̃ie vi
culo atqꝫ a ſacerdotũ collegio ſeparat epi nec
ptãtem poteſt habere nec honorẽ. Ideꝫ etiaꝫ
poteſt colligi ex eo qd̃ Alexãder. ij. dicit in. c.
audiuimus. xxiiij. q. i. ⁊ qd̃ Nicola⁹ papa dicit
in. c. miramur. ibidem.

Capitulum. xcvij. In quo ponũtur aliq̃ obiectões cõ
tra aliquas cõcluſiões poſitas in p̃cedẽti capitulo.

Cap. XCVII

Aduerſus maxi-
me duas ↄcluſiones poſitas in
p̃cedẽti capl̃o obijcit̃ ab aduer-
ſarijs. Et ꝑmo cõtra ↄcluſionẽ

Cõtra quartam concluſionem

quartã: in qua habet̃ in ſnĩa ꝙ habẽtes ptãtẽ
ordinis in actũ clauiũ abſoluẽdo aliquẽ a pec
catis exire nõ pñt niſi habeãt auctoritatẽ iu-
riſdictõis. arguit̃ ſic rõnibus dñi Durandi in
iiij. di. xviij. vbi multis rõnibus ꝓbare nitit̃:
ꝙ circũſcripta omni ordinatiõe eccl̃ie q̃libet
ſacerdos põt quẽlibꝫ abſoluere. Primo ſic

Argu. primũ

Cõcurrẽtib⁹ oĩbus ad ſacr̃m q̃ ſunt de neceſſi
tate ſacramẽti ⁊ debita diſpoſitiõe ſuſcipiẽt̃
eſt verũ ſacr̃m ⁊ ſuſcipiẽs recipit oẽꝫ effectuꝫ
ſacramẽti. ſed circũſcribẽdo a ſacr̃o pnĩe oẽm
ordinationẽ eccl̃ie q̃libet ſacerdos eſt debit⁹
miniſter ⁊ cõfeſſio oĩm pctõꝝ eſt debita mate
ria. forma autẽ debita eſt. Ego te abſoluo ⁊c.
Cõfitẽs aũt ſi ſit penitẽs eſt ſufficiẽter diſpo
ſitus ad ſuſcipiendũ tam ſacr̃m q̃ effectũ ſac̃
mẽti. ergo eis cõcurrẽtibus nõ ſolũ eſt verum
ſacr̃m ſed etiã ſuſcipiẽs vere ſuſcipit omnem
effectũ ſacramẽti. maior pꝫ. minor eſt clara q̃
tum ad materiã ⁊ formã ſacramẽti ſed dubia
q̃tum ad miniſtrũ ⁊ diſpoſitionẽ ſacramẽti: ⁊
q̃tum ad hoc ꝓbat̃ tribus medijs. Primo

Probatio

ſic: q꞉ ꝙ q̃libet ſacerdos nõ ſit debitus miſter
nec q̃libet pctõr penitẽs ſit ſufficiẽter diſpo-
ſitus ad recipiendũ ſacr̃m pnĩe ⁊ eius effectũ
a quolibet ſacerdote nõ põt dici niſi q꞉ pnĩa
eſt ſacr̃m iudiciale. ⁊ iõ req̃rit ꝙ miniſter eius
eius ſit ſacerdos iuriſdictionẽ habẽs ⁊ ꝙ iu-
dicãdus ſit eius ſubditus: qd̃ nõ inuenitur in
quolibet ſacerdote reſpectu cuiuſlibꝫ pctõris
ſed iſtud nõ cogit: q꞉ ſi pnĩa ſit ſacr̃m iudicia-
le eſt voluntariũ. Unde ſacerdos q̃ eſt iudex i
ſacr̃o pnĩe magis eſt arbitrarius de volũtate
partiũ aſſumptus q̃ hñs de ſe iuriſdictiõem
ſuꝑ ptibus eis inuitis vel altera inuita. Cum
em̃ ſacr̃m pnĩe agat̃ inter deũ ⁊ hoĩem. cõſtat
ꝙ ſacerdos ex ꝑte dei eſt iudex volũtarie aſſũ
pt⁹ q̃ fecit ſacerdotes mediatores ⁊ arbitros
inter ſe ⁊ hoĩes. ⁊ ita eſt ex ꝑte hoĩm: q꞉ q̃tũcũ
qꝫ ſacerdos ſciret pctm̃ penitẽtis niſi ip̃e pe-
nitens volũtarie exp̃meret ⁊ exponeret ſe iu-
dicio ſacerdotis nõ poſſet ſacerdos iudicialr̃
agere cũ eo quo ad forũ pnĩe. g̊ pctõr volunta
rie ſe ſubdẽs iuriſdictioni ſacerdotis aſſumit
ip̃m quaſi arbitrũ quẽ deus ad hoc aſſumpſit
p̃us. videt̃ ꝙ iſte ſit verus iudex ⁊ ille ver⁹ ſub
ditus duꝫ tñ ſit penitẽs. Scd̃o ↄfirmat̃ ſic

Cõfirmatio p̃ia

Papa nulli põt eſſe ſubditus niſi q̃tum volũ
tarie alteri ſe ſubijcit. ex iure em̃ diuino nulli
ſubijcitur ſed oĩbus p̃eſt. ex iure etiã humano
nulli põt ſubijci: q꞉ ſtatuta canonum papam
nõ obligant ſicut nec leges imꝑatorẽ. vt no-
tat̃ extra de ↄſti. c. i. in glo. g̊ cũ ſubijciat ſe al
teri in foro pnĩe neceſſe eſt ꝙ ſufficiat ſubie-
ctio que ſit ex mera volũtate. Quod etiaꝫ

Cõfirmatio ſcd̃a

pꝫ tertio ex alio: q꞉ papa non põt ſe ſubijcere
iuriſdictiõi alteri⁹ quo ad forũ cõtẽtioſum. vñ
nõ põt cõicare alicui ꝙ excõicet eũ niſi ſentẽ
tie eius paruerit. q꞉ talis iuriſdictio inuolun-
taria eſt quo ad ſubditũ ⁊ ex alteri⁹ volũtate
depẽdet ⁊ ſilr̃ eẽt in iuriſdictiõe fori pnĩe niſi
eẽt mere voluntariũ. Scd̃o ſic ꝑncipalit̃.

Secundum

Si ex ordinatõe diuina miniſter ſacr̃i eẽt ha-
bẽs iuriſdictõem in caſu extreme neceſſitatis
nõ poſſꝫ q̃libet ſacerdos quẽlibet pctõrẽ ab-
ſoluere: q꞉ nulla nc̃citas mutat miſtrũ a deo i
ſtitutũ. Uñ ſic i extrema nc̃citate null⁹ põt ab
ſolui ſacr̃alr̃ niſi a ſacerdote eo ꝙ ſacerdos ẽ i
ſtitut⁹ miſter ſacr̃i pnĩe. ſic null⁹ p̃t abſolui ni
ſi a ſacerdote hñte iuriſdictõeꝫ ſi iuriſdictõ re
q̃reret̃ ad miſtrũ ex inſtõne xp̃i. Tenet aũt ec-
cleſia ꝙ i caſu nc̃citat̃ q̃libꝫ ſacerdos p̃t quẽli
bet pctõrẽ abſoluẽ ↄ̃ quolibꝫ pctõ nec eccl̃ia

Tertium forte poſſet ordinare ꝯtrarium. ergo ⁊c. Tertio idem probatur ſic: quia dato quod miniſter ſacramenti ſit ſacerdos habens iuriſdictionem idem ſequitur: quia conſuetudo dat iuriſdictionem: ſed tunc fuiſſet conſuetudo quod quilibet abſolueretur a quolibet. ergo ⁊c.

Cap. xcviij. In quo reſpondetur ad obiectiones factas in precedenti capitulo.

Cap. XCVIII

Sine abſque omni dubitatione tenendum videtur: quod nullus ſacerdos poteſt vſum clauium habere abſoluendo aliquem a peccatis: niſi adiunctam habeat poteſtati ordinis poteſtatem iuriſdictionis. Unde fatendum eſt quod ſacerdos carens iuriſdictione non eſt debitus miniſter ſacramenti penitentie non ſolum ex ordinatione eccleſie ſed ex ordinatione diuina quod ſic oſtenditur. Concurrentibus omnibus que ex ordinatione diuina requiruntur ad ſacramentum. eccleſia vel papa non poteſt impedire effectum ſacramenti: quia ſicut eccleſia vel papa non poteſt immutare ſacramentum. ita non poteſt eius effectum impedire concurrentibus illis que ex ordinatione diuina requiruntur. Cum ergo peccator confitendo ⁊ penitens ſit ſufficienter diſpoſitus ad recipiendum tam ſacramentum quam rem ſacramenti: ⁊ integra confeſſio peccatorum ſit materia debita ex ordinatione diuina vt tenet eccleſia ſi ſacerdos carens iuriſdictione ex ordinatione diuina ſit debitus miniſter eccleſia non poteſt impedire quin peccator confitens ⁊ penitens a ſacerdote tali non habenti iuriſdictionem ſit vere abſolutus. Sed conſtat de facto quod eccleſia impedit: quia tenet quod talis non ſit abſolutus ſed tenetur iterum eadem peccata confiteri. Si forte dicatur quod talis non eſt abſolutus: non quidem propter defectum miniſtri: ſed quod confitendo ſacerdoti alteri quam habenti iuriſdictionem ſuper ipſum peccauit faciendo contra ordinationem eccleſie. vnde confitendo alteri quam debet ſecundum ordinationem eccleſie mortaliter peccans abſolutionis beneficium recipere non poterat. Sed hoc non valet quia non conſtat quod mortaliter peccet confitendo alteri quam proprio ſacerdoti: cum eccleſia ſub preceptione non prohibuerit licet ordinauerit quod quilibet ſemel in anno ſuo proprio ſacerdoti confiteatur. peccatum autem veniale non impedit fructum abſolutionis. ⁊ precipue hoc conſtat ſi ex deuotione ⁊ non ex contemptu confiteatur ignorans ordinationem eccleſie. Preterea eccleſia non tenet quod talis non ſit abſolutus quia ſubijciendo ſe alteri quam deberet peccauit: quoniam hoc ſine omni peccato poteſt fieri ſi ſacerdos dicat ſe habere auctoritatem. Sed pro tanto tenet eccleſia quod iſte non ſit abſolutus: quia confeſſus eſt non habenti auctoritatem ſuper ipſum. Si autem dicatur quod eſt vere abſolutus ſed eccleſia non tenet eum abſolutum propter pericula que inde poſſet ſequi. Hoc autem eſſe non poteſt: quoniam inconuenientiſſimum eſt dicere quod eccleſia dogmatizaret falſitatem quod faceret ſi eum qui vere ⁊ realiter ſacramentaliter eſſet abſolutus teneret ac doceret non eſſe abſolutum. Patet ergo quod ſimplex ſacerdos carens iuriſdictione non eſt debitus miniſter ſacramenti penitentie. Et hinc eſt quod in diffinitione clauium aliud ponitur pertinens ad ordinem ⁊ aliud pertinens ad iuriſdictionem: cum dicitur quod eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi qua eccleſiaſticus iudex dignos recipere debet ⁊ indignos excludere habet a regno. His habitis dicendum eſt ad rationes in contrarium. Ad primam cum dicitur quod ſacerdos carens iuriſdictione eſt debitus miniſter. reſpondetur quod hoc non ſit verum. Et quod ad probationem huius inducitur quod miniſter huius ſacramenti eſt arbitrarius de voluntate partium aſſumptus non valet: quia licet de voluntate dei voluntarie ſit aſſumptus in ſacerdotem non ſequitur tamen ex hoc quod ex voluntate dei ſit quod vtatur claue in quemlibet: niſi alio modo probetur. ſicut licet ex voluntate regis ſit quod aliquis efficiatur balliuus vel prepoſitus. ex hoc tamen non habet quod poſſit ſuo officio vti in quemlibet ſui regni. Et quod dicitur quod ex parte ſubditi ſit etiam voluntarius: dicimus quod requiritur ex parte confitentis quod voluntarie ſua peccata confiteatur non quod iſta voluntaria confeſſio prebeat auctoritatem abſoluendi ſacerdoti. ſed quod eſt diſpoſitio neceſſaria ad hoc quod confitens beneficium recipiat abſolutionis. Poteſt enim aliquis peccator alicui voluntarie confiteri cui auctoritatem abſoluendi non dedit: vt de ſe patet. Ad illud quod ſecundo inducebatur in confirmatione ſuperioris rationis reſpondetur quod papa poteſt ſe ſubijcere cui voluerit cum curaillius nulli ſit determinate commiſſa ad cuius arbitrium ſatiſfacere habet. Non ſic autem eſt de alijs quorum cura commiſſa eſt alteri: vt puta petro qui paſtor conſtitutus eſt omnium fidelium ſecundum illud. Paſce oues meas Joh. vlt. Unde ſi petrus mortaliter peccaſſet tenebatur confiteri: ⁊ quia nulli erat ſpecialiter obligatus poterat cuique ſacerdoti ſe ſubijcere ⁊ ſubijciendo iuriſdictionem dare in ſeipſum in foro conſcientie. licet ipſe in ſeipſum vti clauium poteſtate non poſſit ⁊ ita de ſucceſſoribus. Et ſi dicatur quod non poteſt dare quod non habet in ſe. Reſpondetur quod licet nullus det quod non habet. dat tamen aliquis aliquid quod non eo modo ſed alio modo habeat. Unde prelatus dat prebendam quam non habet ad poſſidendum ſed ad dandum. ſic in hoc loco papa dat alijs iuriſdictionem quam habet ſed non in ſeipſum per ſeipſum exercendam ſed per alium. Quare vt dominus Hoſtien. dicit in. iiij. di. xix. licet quia iuriſdictio ⁊ ſubiectio eſt ad alterum non poſſit quis ſibi eſſe ſubiectus nihil tamen prohibet ipſum ſubijci poſſe alij maxime ſi eſt libere poteſtatis. Quod pro tanto dicimus: quia et ſi alij quorum cura commiſſa eſt aliquibus determinate hoc facere non poſſunt: is tamen qui nulli determinate ſubiectus eſt ſed eſt liber poteſt hoc facere ſicut et ſi .a. ſeruus petri non poteſt ſe facere ſeruum martini: tamen .b. qui liber eſt. poteſt ſe alteri tanquam ſeruum aut ſimpliciter aut quo ad aliquid ſubmittere.

Ad primum

Ad probationes

Ad confirmationes primam

Ad ſecundã confirmatõez

Ad ſcdaʒ ↄfirmationẽ rñdet. ꝙ rõ fctã vt dicit dñs Bonauen. dupl'r deficit. Primo qa excõicatio eſt cõtra hoiem: ſed abſolutio pro hoie. ⁊ hõ nõ põt aucte vti ꝑ ſe ꝙuis poſſet ↄ ſe. Scdo vt dicit ſcũs Tho. ⁊ dñs Bonauen. q: exterius iudiciũ eſt ſm hoies ſiue int' hoies iudiciũ ꝟo ↄfeſſionis eſt quo ad deũ apd quẽ aliqs reddit' minoꝛ ex hoc ꝙ peccat nõ autẽ apud hoiʒ plationes. ⁊ iõ in exterioꝛi iudicio ſicut nullus in ſeipm ſniam dare põt excõicationis. ita nec alteri cõmittere vt ſeipm excõmunicet. ſed in foꝛo ↄſcie põt alteri cõmittere abſolutionẽ ſui lʒ ea ipe vti nõ poſſet ſicut ſupius dictũ eſt.

Ad ſcdm argu.

Ad ſcdam rõnem ꝑncipalem rñdemus negãdo ↄñtiã. qm̃ vt inqt ſcũs Tho. in. iiij. di. xx. qs põt vti iuriſdictõe alterius ex eius volũtate: q: ea q̃ iuriſdictiõis ſunt pñt cõmitti. Ex volũtate aũt eccl'ie ẽ ꝙvnuſquiſqȝ ſacerdos nõ hñs iuriſdictionẽ hẽat vſũ iuriſdictõis in articulo neceſſitat'. ⁊ ħ maxime appet ꝙtũ ad ſnias excõicatiõis a qb' cõſtat ꝙ ſacerdos inꝙtuʒ ſacerdos eſt abſoluere nõ põt: ⁊ tñ in articulo neceſſitat' põt qdem: qđ nõ põt eẽ niſi ex iuriſdictõe cõmiſſa in illo caſu.

Ad tertium

Ad tertiã ꝑncipalẽ rñdet: ꝙ cũ dicit' ꝙ cõſuetudo dat iuriſdictionẽ. dicim' ꝙ ħ verũ ſit ſi cõſuetudo iuſta ſit ⁊ nõ ꝑiudicãs iuri diuino ſiue intẽtioni legiſlatoꝛis ſecus iuriſdictionẽ nõ daret. Cũ aũt iure diuino oĩs xp̄ianus dempto petro vl' eius ſucceſſoꝛe ſatiſfacere debet: ↄ̃ria cõſuetudo ſi fuit nõ valuit. Et ſi aliq̃ in ꝑncipio eccl'ie legant' vt puta apl'i vel alij ſancti apud eos apud quos declinabant clauiũ ptãte indifferenter vſi fuiſſe hoc nõ tñ ſufficit niſi volũtate expſſa xp̄i aut petri. ⁊ ita ꝑ ↄñs auctoꝛitate fulti hoc egerant.

Capitulum. xcix. Oſtẽdens ꝙ ptãs ſpũalis clauium tam bonis ſacerdotibus q̃ malis cõis eſt.

Cap. XCIX

Quod autẽ ſpũalis ptãs clauiũ nõ tm̃ bonis ſacerdotibus ſed etiã malis ⁊ diſcholis cõis ſit: ita vt ꝑ malos ſicut ꝑ bonos ſacramẽta diſpẽſari poſſent facile eſt oſtendere multis rõnibus. Pro quo in ꝑmis ↄſiderandũ iuxta ſanctũ Tho. in. iiij. di. xix. ꝙ agens ꝑ ſe ⁊ agens inſtrumẽtale in hoc differũt. ꝙ agens inſtrumẽtale nõ inducit in effectũ ſimilitudinẽ ſuã ſed ſilitudinẽ ꝑncipalis agẽtis. Principale aũt agẽs inducit ſimilitudinẽ ſuã. ⁊ ideo ex hoc aliqđ cõſtituit' pͥncipale agens ꝙ hʒ aliquã foꝛmã quã in alterũ tranſfundere põt. nõ aũt ex hoc ↄſtituit' agẽs inſtrumẽtale: ſed ex hoc ꝙ eſt applicatũ a ꝑncipali agente ad effectũ aliquẽ inducendum

Cum ḡ in actu clauiũ ꝑncipale agens ſit ipe xp̄s vt deus ꝑ auctoꝛitatẽ vt homo ꝑ meritũ ex ipa plenitudine diuine ptãtis ⁊ bonitatis in eoꝛ ex pfectõe gr̃e ↄſequit' ꝙ poſſit in actũ clauiũ. ſed homo alius nõ põt in actũ clauiuʒ ſicut ꝑ ſe agẽs: q: nec ipe alteri grãm qua remittunt' pctã dare põt nec ſufficiẽter mereri. et iõ nõ eſt niſi ſicut agens inſtrale: vñ ⁊ ille q̃ effectũ clauiũ ↄſequit' nõ aſſimilat' vtẽti clauibus ſed xp̄o. Et ꝑpter hoc ꝙtũcuqȝ aliquis hẽat de gr̃a nõ põt ptingere ad effectũ clauiũ niſi applicet' ad hoc quaſi miniſter ꝑ oꝛdinis ſuſceptionẽ. Patet ḡ ꝙ ptãs ſpũalis in miniſtris eccl'ie ſicut ꝑ bonitatẽ vite nõ acquirit' ſic nec ꝑ maliciã amittit'. Secũdo hoc idem oſtendit' ſic iuxta ſcm̃ Tho. in. iiij. ↄ gentiles. Nihil põt in id qđ eius facultatẽ excedit niſi accepta aliũde ptãte: qđ tam in naturalibus ꝙ in ciuilibus ptʒ. Non em̃ aq̃ calefacere põt niſi accipiat ꝟtutem calefaciẽdi ab igne. nec balliuus ciues coercere põt niſi accepta ptãte a rege. Ea aũt q̃ in ſacramẽtis agunt' facultatẽ humanã excedũt. ḡ null' põt ſacra diſpẽſare ꝙtũcuqȝ ſit bon' niſi ptãtem accipiat diſpenſandi. Bonitati autẽ malicia oppõit' ⁊ pctm̃. ḡ nec ꝑ pctm̃ ille q̃ ptãtem accipit impedit' quo min' ſacra diſpẽſare poſſit. Tertio ſic. Homo dr̃ bon' vel malus ſm ꝟtutem vel vitiũ q̃ ſunt habit' qdã. habit' aũt a potẽtia in hoc differt: ꝙ ꝑ potẽtiã ſum' potẽtes aliqđ facere. ꝑ habitũ aũt nõ reddimur potẽtes vel ipotẽtes ad aliqđ faciẽdũ. ſ habiles vel inhabiles ad id qđ poſſum' bñ vel male agendũ: ꝑ habitũ ḡ nec dat' nec tollit' nobis aliqđ poſſe ſed ħ ꝑ habitũ accipim' vñ bñ vel male aliqđ agamus. Non ergo ex hoc ꝙ aliqs eſt bon' vl' malus eſt aliqs potẽs vel impotẽs ad diſpẽſandũ ſacra. ſ ydoneus vel min' ydoneus ad hmõi diſpẽſandũ. Quarto ſic. De bonitate ⁊ malicia alteri' hoĩs hõ iudicare nõ põt. ħ em̃ ſolius dei eſt qui occulta coꝛdis rimatur. Si em̃ malicia hoĩs impedire poſſet actũ clauiũ ſiue effectũ ſacramẽti: nõ poſſet homo habere fiduciã certã de ſua ſalute: vt ↄſcia ſua libera maneret a pctõ. dato em̃ illo nemo ſciret vtrũ abſolueret vel ligaret ⁊ vtrũ abſolut' ſit vel ligatus. ⁊ ita dubitatio maxima ⁊ ꝑplexitas in eccl'ia dei relinqret': qđ nullo modo conuenit ↄſtitutioni eccl'ie q̃ fundata eſt in fundamento veritatis eterne. ḡ ⁊c. Quinto ſic. Si ptãs clauiũ ſequeret' ſanctitatẽ vite cũ tota die fiat trãſmutatio in ſcitate: q: q̃ modo min' ſanctus eſt fit magis ſanctus ⁊ ecõuerſo. ſequit' ꝙ modo ſubditus fieret plat' ⁊ modo ꝑlatus ſubditus. ⁊ ita nulla ſtabilitas eſſet in eccl'ia

quod exhoꝛret fides recta.ḡ idem quod prius Sexto idē oñdit̄ ex eo quod dn̄s ait Mat. xxiij. Sup catbedrā moyſi ſederunt ſcribe et phariſei q aūt dicūt vobis ſuate ⁊ facite. ſm aūt opa eoꝝ nolite facere.Ecce ꝙ malis plat̄ xp̄s iubet obediēdum qḋ nō faceret niſi i eis etiā malis extātib⁹ ſpūalis ptās maneret.Nō ḡ ꝓpter pctā miniſtroꝝ ptās ſpūalis eis col-lata amittit̄ aut minuit̄ in eis.Ex q̄bus mani feſta luce excludit̄ pmo erroꝛ dicentiū: ꝙ oēs boni fideles hn̄t ptātē ſacra diſpēſandi.Secundo erroꝛ dicentiū ꝙ nulli mali ſacerdotes habēt ptātem diſpēſandi ſacramēta. Tertio erroꝛ dicentiū ꝙomnis ptās ſpūalis a chriſto eccleſie miniſtris data ſit iā3 euacuata ꝓpter maliciam eoꝛum.

Cap.c.In quo ponunt̄ obiectōes aliq̄ aduerſarioꝝ cōtra ea que dicta ſunt in.c.precedenti.

Cap.C

rroꝛ valdeñ.

**Uerunt aūt qui**

f

dā ꝓditi hoīes noīe valdēſes. q̄ dogmatizare p̄ſumpſerūt ſolis ſacerdotib⁹qui vita ⁊ doctrina pollerēt ſicut ap̄li ꝯceſſum eē ptāte3 ligandi et ſoluēdi.Quē erroꝛē auctoꝛitatib⁹ ⁊ rōnib⁹

Argu.primū

fulcire conati ſunt. Primo ſic.In donatōe ſiue ꝓmiſſione clauiū q̄ facta eſt petro:primo cōmēdatus eſt petrus.vn̄ dictu3 ē ſibi.Btūs es ſymō bariona.⁊ poſtea ſequit̄.Et ego tibi dabo claues regni celoꝝ. ḡ videt̄ ꝙ ſi claues regni celoꝝ date ſint petro rōne bone⁊ fidel̄ ꝯfeſſionis.⁊ in petro date ſunt oībus ſacerdo tib⁹.vt Ambro.Hiero.⁊ Augu.teſtant̄:ꝙ ad illos tm̄ clauiū ptās deriuata ſit q̄ petri in vi-ta ⁊ doctrina imitatoꝛes ſunt. Unde Aug.di cit ſup Job.ꝙ q̄n dictū eſt petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ:petrus typū gerebat bo-noꝝ.ḡ videt̄ ꝙ ſoli boni ſacerdotes habeant

Secundū

vſum clauiū. Scḋo ſic.Joh.xx.cū date ſūt claues ap̄lis dictū eſt.Accipite ſpm̄ſanctum quoꝝ remiſeritis pctā ⁊c.Si ḡ an̄ donationē ſiue vſu3 ptātis dedit illis xp̄s ſpm̄ſcm̄ videt̄ ꝙ qui nō habeāt ſpm̄ſanctū nō hēant ptāte3 ſiue vſum clauiū.ſed mali nō habēt ſpm̄ſctū q: vt habet̄ Sapie.i.Spūs diſcipline fugiet

Tertium

fictū.ḡ ⁊c. Tertio ex eo qḋ ait btūs Augu. in li.de baptiſmo.⁊ recitat̄ de cō.di.iiij. in. c. quō.Sacm̄ gr̄e dat deus etiā p malos.ipam vō grām nō niſi p ſeipm̄ vel p ſcōs ſuos: ⁊ idō remiſſionē pctoꝝ p ſeipm̄ facit vel per ipſius columbe mēbra.Sed remiſſio pctoꝝ eſt vſus clauiū.ḡ pctōꝛes qui nō ſunt columbe mēbra

Quartum

vſum clauiū nō habēt. Quarto oñdit̄ ide3 ex illo Aug.quod habet̄ in.c.remiſſionē.vij.q pma.Remiſſionē pctoꝝ auari nō dant que p oꝛationē.i.per columbe gemitū dat̄. ⁊ ſequit̄ Non em̄ raptoꝛibus ⁊ feneratoꝛibus dn̄s dic ſi cui remiſerit̄ pctā remittent̄ eis: cui non re miſerit̄ tenebunt̄. ḡ id quod ꝑus. Quinto

Quintum

arguit̄ ex illo Grego. Illi ſoli hn̄t in hac vita poſiti ligādi ⁊ ſoluēdi ptātem ſicut ſācti ap̄li

Sextum

qui illoꝝ exempla ſit̄ cū vita tenēt. Sexto idē arguit̄ ex dicto Oꝛigenis dicēt̄ vt dedu-cit magr̄ ſniarū in.iiij.di.xxviij.Hec ptās ſoli petro ꝯceſſa eſt ⁊ imitatoꝛib⁹eius.nā q̄cunq3 veſtigia petri imitant̄ hn̄t recte ligādi ⁊ ſol-

Septimum

uendi ptātem. Septimo rōne ſic. Nullus ſapiēs rex diſpenſationē theſauri ſui cōmittit ſuo inimico:ſed vſus clauiū cōſiſtit in diſpen ſatione theſauri celeſtis regis.ḡ mali ſacerdo tes qui eum p pctm̄ moꝛtale ſint inimici dei:

Octauum

nō vident̄ habere vſu3 clauiū. Octauo ſic Nullus ſapiēs diſtributoꝛ dat potentiā diſtri buēdi illi quem ſcit oīno indignū.ſed pctōꝛ in pctō ex̄ns eſt oīno indignus tali ptāte abſol-uēdi.ſ.et ligādi.⁊ dn̄s hoc nouit q̄ talē tribu-it ptātem:ḡvel deus inſipiēter largitur dona ſua:quod nō eſt dicendū:vel nulli tali idigno tribuit talem ptātem.

Capitulum.ci. In quo dantur reſponſa ad obiectio nes factas.

Cap. CI

**Remiſſis nō ob**

p

ſtātib⁹ dicēdū eſt vt ꝑus.videl3 ꝙ ptās diſpēſandi ſacrā ſiue cla uiū vſus cōis ſit tā ſacerdotib⁹ bonis ꝙ malis.Qḋ etiam ꝯuenientiſſime atq3 ſapiētiſſime oꝛdinatū eē ſic oñdit ſanct⁹ tho. in.iiij.ꝯ gētiles.In cōueniēs videt̄ vt pe3 ſa-lutis in bonitate puri hoīs q̄s ponat.Dicitur em̄.Hiere.xvij. Maledict⁹ hō q̄ cōfidit in ho mine.ſi aūt homo ꝯſequi ſalutē p ſacra nō ſpe raret niſi a bono miniſtro diſpenſata:viderēt̄ ſpem ſue ſalut̄ aliq̄liter in hoīe ponere.vt ḡ ſpem nr̄e ſalut̄ in ſolo xp̄o ponam⁹ q̄ de⁹ ⁊ hō eſt.ꝯfitēdū eſt ꝙ ſacra ſunt ſalutaria ex v̄tute xp̄i ſiue p bonos ſiue p malos miniſtros diſpē ſent̄. Dicēdū eſt ḡ ad rōes factas in o ppoſitū Pro quarū ſolutōe notādū iux̄ dn̄3 Bonauē. in.iij.ſniarū.di.x.ꝙ dupl̄r loq̄ poſſum⁹ de cla-uiū collatōe alicui.Aut q̄tū ad ea q̄ ſūt de ne ceſſitate.aut q̄tū ad ea q̄ ſunt de ydoneitate Si loq̄mur pmo modo q̄tū ad ea q̄ ſunt de ne ceſſitate ſiue ad eē clauis ſufficit donū ſpūſſā cti ſm grām grat̄ datā.H em̄ infallibil̄r ſm di uinā inſtitutionē dat̄ omni ſuſcipiēti oꝛdinis ſacm̄ ſiue ſit bon⁹ ſiue ſit mal⁹.Rō aūt huius eſt:q: donū gr̄e g̃tis date nō repugnat iniqui tati q: inſimul eē pōt cū ea:ſicut p3 in ſcīa ⁊ i alijs donis.Et rurſus ꝑuerſitas nō repugnat

vtilitati illius doni: ſicut enim predicator male vite ſepe bene predicat et frequenter fructificat Propter quod dominus noluit prohibere eum qui in nomine eius eijciebat demonia quamuis eum non ſequeretur. vt habetur Math. ix. quia hoc erat ad vtilitatem aliorum: ſic quia bonum illud gratie gratis date ordinatum eſt ad vtilitatem communem quamuis non valet accipienti tamen valet alijs. Et ideo dominus qui in diſtributione ſacramentorum vtilitatem communem conſiderat et ſuam inſtitutionem non retractat: malis etiam confert iſtam potentiam qui ordinati ſunt ſecundum eccleſie catholice formam. Si ergo quantum ad id quod de neceſſitate clauium loquamur ſiue quantum ad eſſe ſiue quantum ad executionem: cum nihil exigatur ad hoc niſi ordo et iuriſdictio prefata poteſtas clauium tam in bonis quam in malis eſt. Si autem loquamur quantum ad ea que ſpectant ad ydoneitatem: cum ad debitum vſum officij concurrat meritum et auctoritas prelationis, conuenit vt talis habeat charitatem ſiue vite ſanctimoniam: quia cum illud ſit officium mediatoris et reconciliatoris. et auctoritas iſta ſit iudiciarie poteſtatis: et nullus ſit bonus mediator qui eſt inimicus: nullusque ſit bonus iudex in ea cauſa in qua eſt reus: conuenientiſſimum eſt vt miniſter huius poteſtatis ſit mundus et ſanctus. Unde Eſa. lij. Mundamini qui fertis vaſa domini. alias et ſi miniſter ſit non tamen ydoneus ſiue dignus eſt.

Reſponſio communis ad obiecta

His notatis facile eſt reſpondere obiectis. Ad omnes namque auctoritates inductas in oppoſitum vnica reſponſio dari poteſt: videlicet quod loquantur de clauibus ſiue de vſu earum quantum ad ydoneitatem: non autem quantum ad neceſſitatem: quoniam licet omnes ſacerdotes habeant poteſtatem ſoluendi et ligandi non tamen recte ac digne habent niſi qui vitam et doctrinam apoſtolicam ſeruant. vnde premiſſe auctoritates non dicunt malos ſacerdotes poteſtatem prefatam non habere: ſed illos ſolos digne ac recte hac poteſtate vti ſignificant qui predita ſunt vita et doctrina apoſtolica. vt exponit magiſter ſententiarum in. iiij. di. xx.

Ad primum

Ad primum igitur reſpondetur: quod licet vite ſanctimonia requiratur in miniſtro vtente claue de congruitate non tamen de neceſſitate: vt ſupius oſtenſum eſt. Unde cum ſoli apoſtolorum imitatores digne recteque poſſint ligare et ſoluere. ratio illa bene probat quod nemo digne habeat vſum clauium qui non fuerit ſanctimonie petri imitator. Ad quem ſenſum dicit Augu. quod beatus petrus qui cum poteſtate habuit ydoneitatem in receptione clauium figuram geſſerit bonorum

Ad ſecundum

Ad ſecundam et eſt eadem reſponſio. dicimus enim quod ad vſum clauium requiritur de neceſſitate donum ſpiritusſancti: intelligendo per donum ſpiritusſancti donum gratie gratis date quod eſt ipſa poteſtas clauium. Sed intelligendo per donum ſpiritusſancti donum gratie gratum facientis non requiritur de neceſſitate: ita vt ſine eo fieri non poſſit: bene de congruitate, ſiue quia ſine eo incongrue vel non recte fit ex parte vtentis quamuis ſubijciens ſe clauibus clauium conſequatur effectum. et ideo ratio non procedit.

Ad tertium

Ad tertiam reſpondetur quod beatus Aug. vt dicit ſanctus Tho. loquitur de remiſſione peccatorum ſecundum quod ſancti homines cooperantur ad ipſam non ex vi clauium ſed ex merito congrui. Et ideo dicit quod etiam per malos ſacramenta miniſtrat interque abſolutio ſacramentalis computanda venit ſed per membra columbe. i. per ſanctos viros facit remiſſionem peccatorum inquantum eorum interceſſionibus peccata remittit. Uel poteſt dici quod membra columbe nominat omnes ab eccleſia non preciſos. qui enim ab eis ſacra recipiunt gratiam conſequuntur: non autem qui recipiunt ab illis qui ſunt ab eccleſia preciſi. quia hoc ipſo peccant excepto baptiſmo quem in caſu neceſſitatis licet etiam ab excommunicato recipe.

Ad quartum

Ad quartam reſpondetur eodem modo quod Aug. loquitur de remiſſione peccatorum que fit non vi clauium ſed merito congrui ſiue ſuffragio orationis eccleſie. vnde ait: que per orationem. i. columbe gemitum datur. vel loquitur quantum ad ydoneitatem non quantum ad neceſſitatem. vnde gl. decreti dicit ſic. Auari remiſſionem peccatorum non dant. i. non ſunt digni dare. Uel etiam per auaros raptores et feneratores intelligit preciſos: vt eadem gl. etiam exponit.

Ad quintum

Ad quintam reſpondetur quod dictum beati Greg. accipiendum eſt quemadmodum dictum beati Aug. ſcilicet quantum ad ydoneitatem vſus clauium ſeu diſpenſationis ſacrorum: quoniam veriſſimum eſt quod nullus digne recteque hoc exequi poteſt ſicut apoſtoli niſi qui eorum doctrinam et vitam imitatus fuerit.

Ad ſextum

Ad ſextam que eſt auctoritas Origenis eodem modo eſt reſpondendum.

Ad ſeptimum

Ad ſeptimam rationem reſpondetur iuxta ſanctum Tho. in iiij. quod cum dicitur: quod nullus ſapiens etc. hoc verum ſit de rege qui defraudari aut decipi poſſit quales ſunt reges terreni. talis autem non eſt rex celeſtis qui defraudari non poteſt. quicquid enim facit totum ad eius honorem cedit etiam quod aliqui male clauibus vtantur quia nouit ex malis bona elicere et etiam per malos multa bona facere. et ideo non eſt ſimile.

Ad octauum

Ad octauam iuxta dominum Bonauen. in. iiij. reſpondetur dupliciter. Primo quod deus non dat indigno propter ſe ſed propter communem vtilitatem. et ideo malus quamuis non ſit dignus habendi: poteſt tamen eſſe vtilis: et ideo ei confert. Secundo dicitur quod hoc facit deus ad oſtendendum abundantiam largitatis ſue qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos et malos. Mat. v. Et hec pro primo huius ſumme libro.

Explicitus eſt primus ſumme de eccleſia liber qui de vniuerſali eccleſia tractauit. Sequitur ſecundus qui de romana eccleſia et de eius pontificis primatu tractaturus eſt.

Capitulum primū oſtēdens ꝙ in eccleſia ſit ordo.

Caplm I

e

Xpleto ſermone de vli eccl'ia in ſupiori libro: reliquuz eſt vt ſecūdū librū in quo de eccl'ia Romana ꝛ pōtificis eius ꝑmatu nos loqui polliciti ſumus attingam⁹. Oſtēdemus aūt in ꝑmis tā ꝙ omniū dicendoꝝ in hoc libro potiſſimum fundamētū: ꝙ i eccl'ia (quā in ſuperiori libro multipliciū ordinū ſtatuū ac officioꝝ varietate diſtinctā ornatāqꝫ oſtendim⁹) eſſe debeat ꝛ ſit ordo ſiue gradus ſupioritatis: quo q̄dam in ea ptāte ac dignitate ſiue officio alijs ſuperiores ſint ac potiores. Quod nobis oſtēdere ex multis facile eſt. Primo ſic iuxta ſanctū Tho. in. iiij. Deus em̄ ita opa ſua in ſui ſimilitudinē ꝑducere voluit vt pfecta eſſent ꝛ p ea cognoſci poſſet. ꝛ ideo in ſuis opibus repſentare nō ſolū ſm ꝙ in ſe eſt ſed etiā ſm ꝙ alijs influit. Hanc legem naturalē poſuit omnib⁹ vt vltima p media pficerent ꝛ media p prima vt dicit btūs Diony. Decētiſſime ergo ne huiuſmodi pulchritudo deeſſet eccl'ie poſuit ordinem in ea: vt q̄dam alijs influerēt ſacramēta alijs diſpenſando ſuo modo in hoc deo aſſimilati quaſi deo coopatores. ergo in eccleſia eſt ordo et graduū dr̄ia ptātis. Secundo ſic Eque vel magis debet eſſe regulat⁹ ꝓceſſus eccleſie ordinatus ad eſſe gratie ꝙ ꝓceſſus nature ordinatus ad eſſe nature. ſed in proceſſu nature eſt ordo quo quidam alijs ſunt ſuperiores officio ꝛ habēt alijs influere. ergo ꝛ in eccleſia debet eſſe ordo quo q̄dam alijs ſunt ſuperiores poteſtate ꝛ officio ꝛ habēt alijs īfluere: doctrina. ſ. et ſacramētorum diſpēſatione.

Tertio ſic. Eccleſia militās exemplata eſt a triumphante ſiue celeſti. ſm illud Exodi. xxv Inſpice ꝛ fac ſm exemplar tibi monſtratū in monte. Unde beatus Dionyſius in. c. vi. eccleſia. hierar. dicit ita. Noſtra enim hierarchia a deo traditis ordinibus ſancte diſpoſita ſanctiſ ꝛ celeſtibus hierarchijs cōformis eſt. De qua etiam conformitate ipſe celorum conditor et amator inquit. Job. xxxviij. Nūquid noſti ordinem celi ꝛ rationez eius pones in terra. ſubaudi vt ego: inquit beatus Gregorius in glo. Ordo quidem celi in terra ponitur: hoc eſt in militante eccleſia: cum a triumphantis eccleſie exemplari militans diſponitur ꝛ formatur ſed in eccleſia triumphanti eſt ordo quo quidam angeli ſunt alijs poteſtate ſuperiores et dignitate ꝛ habēt eis influere diuinas illuminationes. ergo ſiliter in eccleſia militante talis ordo ſiue gradus ſuperioritatis ponendus eſt quo quidam alijs habeāt diuina miniſtrare. Et hec eſt rō beati Greg. in. ca. ad h. lxxxix. di. ita loquētis. Quia vero quecunqꝫ creatura in vna eadēqꝫ qualitate gubernari vel viuere nō poteſt celeſtiū militiarū exemplar nos inſtruit: q: dum ſunt angeli ꝛ archangeli: liquet q: nō equales ſunt ſed in poteſtate ꝛ ordine ſicut noſtis differunt alter ab altero. Quarto cōfirmat̄ iſta ratio ſic. Eccleſia militās eſt inſtituta ad formā hierarchie. Unde de eccleſiaſtica hierarchia beat⁹ Diony. librū illuſtrē fecit qui ita de eccleſiaſtica hierarchia intitulatur. Sz ratio hierarchie in ordine poteſtatis ꝯſiſtit. Dr̄ em̄ hierarchia a hieros qđ ē ſacruz ꝛ archos quod eſt princeps: quaſi ſacer principat⁹. Et Diony. diffiniēs hierarchiā lib. cele. hierar. c. iij. dicit: ꝙ eſt ordo ſcia ꝛ actio ꝛc. g̃ ſequit̄ ꝙ prefatus ordo hierarchic⁹ ſit in eccl'ia ponēdus. Quinto ſic. Eccl'ia cōſtituit̄ ex duplici pariete ſiue latere. ſ. laicali ꝛ clericali. ſ in pariete laicali eſt ordo: vtpote iperator rex dux: comes: tribun⁹: balliu⁹: centurio: decurio oia hec ordinē dicunt. ergo videt̄ ꝙ in pariete clericali q̄ ſpirituali militia deo militat debeat eſſe hmōi ordo. ratio eſt manifeſta. Sexto ſic. Ois multitudo aut ꝯfuſa eſt aut ordinata ſed vniuerſitas eccl'ie cū ſit a ſapiētiſſimo xp̄o inſtituta: ꝛ Apl's dicat ad Ro. xiij. Que a deo ſūt ordinata ſunt. cōfuſa eſſe nō pōt. Unde de ipſa dr Cant. iiij. ꝙ ſit vt caſtroꝝ acies ordinata. ergo neceſſe ꝯfitendū eſt ꝙ in ea ordo ſit et eſſe debeat: maxime cū ordo faciat ad ꝯcordiā ꝛ decorē ꝛ ad firmā exiſtentiaz vniuerſitatis: ſm illud beati Greg. in. c. ad hoc. di. lxxxix. ita dicentis. Ad hoc diſpenſationis ꝓuiſio grad⁹ diuerſos ꝛ ordines ꝯſtituit eſſe diſtinctos: vt dum reuerentiā minores exhiberent potioribus ꝛ potiores minoribus dilectionē impēderent: vera cōcordia fieret ꝛ ex diuerſitate contextio: ꝛ recte officioꝝ gereretur adminiſtratio ſingulorꝝ. nec em̄ vniuerſitas alia poterit ratione conſiſtere niſi huiuſmodi eam magn⁹ differentie ordo ſeruaret. hec ille. Ratione autem pulchritudinis que in eccl'ia ex huiuſmodi ordinis differentia cōſurgit dicit̄. iij. Reg. x. ꝙ regina ſaba videns oēm ſapientiam ſalomonis ꝛ habitacula ſeruoꝝ ꝛ ordīes miniſtrātium non habebat vltra ſpiritum. Quod verbum pertractans Origenes li. ij. ſuper Cant. dicit. Per hoc puto eccleſiaſticum ordinē dici qui in epiſcopatus vel preſbyterij ſedibus habetur. Ex quibus apertiſſime conuincitur

error ⁊ ſtultitia negantiũ ordinez in eccleſia: aſſerentes omnes eccleſie miniſtros equalis eſſe poteſtatis.

Cap̄. ij. oñdẽs ꝙ talis ordo ſit ⁊ debeat eẽ in eccl'ia vt vnꝰ in ea ſupioꝛ ſit princeps ac rectoꝛ exiſtat.

Cap. II

o **Rdo aũt qui in** eccleſia eſt ⁊ eſſe debuit: ita acci piẽdus eſt: vt vnꝰ in tota vniuerſitate reip. xp̄iane ſummus ꝑnceps rectoꝛ ac gubernatoꝛ eſſe credat̃. Qđ multiplici rõne colligit̃. Primo ſic. Ex dict̃ ordo ptãtis eſt in eccl'ia: vt in p̄cedenti. c. eſt oſtenſum. ſed ordo iſte intelligit̃ ſm̄ p̄latione ⁊ ſubiectionẽ. p̄latio aũt attendit̃ ſm̄ aſcẽſuz et deſcenſuz nõ ſm̄ equalitatẽ: ⁊ aſcendendo ſupius neceſſe eſt ſtatus ⁊ reductio ad vnum cum nõ ſit ꝓceſſus in infinitũ ⁊ econuerſo deſcendendo multiplicatio. g̊ ſm̄ rectũ eccleſie ordinem oportuit aliquẽ vnũ eſſe prelatum ⁊ ſupremũ in quo totius poteſtatis eccl'iaſtice eſſet ſtatus qui oĩm aliorum eſſet rectoꝛ et paſtoꝛ. Unde dñs de hac eccleſie ſue regiminis diſpoſitione futura loquẽs per ꝓphetam ait. Suſcitabo ſup eos paſtorẽ vnuz. Eze. xxxiiij. Et paſtoꝛ vnus erit oĩm veſtrũ. Ezech. xxxvij.

Secũdo ſic iuxta ſanctũ Tho. in. iiij. contra gentiles. Nulli dubium eſſe debet q̃n eccleſie regimen ſit optime ordinatum: vtpote p eum diſpoſitũ per quẽ reges regnant ⁊ legum conditores iuſta decernũt. Optimũ aũt regimen multitudinis eſt ꝙ regat̃ per vnũ. quod p3. tum auctoritate Ariſto. xi. Methaphiſice. et iij. politicoꝝ. tum ex fine regiminis. Pax autẽ et vnitas ſubditoꝝ eſt finis regẽtis: vt inquit Auguſtinus. Unitatis autẽ cauſa cõgruẽtioꝛ eſt vnus q̃ꝫ multi. ergo regimen eccleſie ſic a deo eſſe diſpoſitum credit̃: vt vnus in eo toti eccleſie p̄ſit. Tertio ſic. Ad vnitatẽ eccl'ie requirit̃ ꝙ omnes fideles in fide conueniant. Unde p̄me ad Corinthios p̄mo inquit Apoſtolus. Idipm̄ dicatis omnes et nõ ſint in vobis ſciſmata. Eſt autem fides religionis chriſtiane fundamẽtuz. ſm̄ illud ad Hebꝛeos. xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Circa ea vero que ſunt fidei contingit queſtiones moueri. per diuerſitatẽ autem ſententiarum diuideretur eccleſia niſi in vnitate per vnius ſententiã cõſeruaretur. Exigitur ergo ad vnitatem fidei in eccleſia conſeruandã vt ſit vnꝰ qui toti eccleſie p̄ſit vt doctoꝛ et rectoꝛ. manifeſtum eſt autẽ ꝙ chriſtus eccleſie non deficit in neceſſarijs quam dilexit et pro qua ſanguinem ſuum fudit: cum et de ſynagoga dicatur per dñm. Quid vltra debui facere vinee ⁊ nõ feci Eſa. v. Non eſt ergo dubitandũ quin ex ordinatione xp̄i vnꝰ toti eccleſie p̄ſit.

Quarto ſic. Eccleſia militãs ſicut in p̄cedenti. ca. argutum eſt ab eccleſia triũphante deriuatur. vnde Joh. in Apoc. xxi. ait. Uidi ciuitatem ſanctã hieruſalem nouam deſcẽdentem de celo a deo paratam ſicut ſponſam ornataz viro ſuo. ſed in triumphante eccleſia vnꝰ p̄ſidet qui etiam p̄ſidet toti vniuerſo. ſ. deus. ergo in militante eccleſia etiam debet eſſe vnus p̄ſidens etiam vniuerſis. Hac ratione beatꝰ Bern. vtitur li. iij. de ꝯſideratione ad Eugenium ita dicens. Non vilem reputes formã hãc que in terris formã habet in celo. vidit hoc q̃ dicebat. Uidi ciuitatem ſanctam hieruſalem nouã deſcẽdentẽ de celo ⁊c̄. ſicut em̄ ſeraphyn ⁊ cherubin ⁊ ceti ordies ſũt ſub vno capite deo ita ⁊ hic patriarche archiepi ⁊ reliqui ſub vno pontifice ſummo. quod non eſt paruipendendũ ꝙ deum habet auctorem ⁊ ꝙ de celo ducit originẽ. Hec ille. Quinto ſic. In eccleſia dei nõ debet eſſe minoꝛ vnitas q̃ꝫ in ſynagoga: immo tanto maioꝛ q̃nto ſacerdotium euangelicũ excellentius eſt leuitico: ſed in ſynagoga erat vnus ſummꝰ pontifex qui p̄erat omnibꝰ ſacerdotibus ſ. Aaron ⁊ poſtea Eleazar: ⁊ ſic de alijs ſucceſſoribus. cũ is qui ſummo ſacerdoti nõ obediebat reus erat mort̃: vt habet̃ Deut̃. xvij. ergo multomagis in eccl'ia debet eẽ vnꝰ ſummus pontifex cui oẽs tanq̃ꝫ ſuperiori obedire teneãtur. Sexto ſic. In vno ſpeciali populo vniꝰ eccleſie requiritur vnus epiſcopus qui ſit totiꝰ populi caput: cũ ſumma regiminis fidelis populi ad epiſcopalez pertineat dignitatem. ergo etiã in toto populo xp̄iano requiritur ꝙ ſit vnꝰ totius eccleſie caput. ꝯña p3. Septimo ſic iuxta ſanctũ Tho. in. iiij. Ubicũqꝫ ſunt multa ordinata in vnũ oportet eſſe aliquod vniuerſale regitiuũ ſup particularia regitiua: qꝛ in oĩbus virtutibus ⁊ actibus: vt dicitur. i. Ethicoꝝ: eſt ordo ſm̄ ordinez finis. bonum aũt cõmune dicit̃ diuinius q̃ꝫ bonũ ſpeciale. ⁊ ideo ſupra poteſtatem regitiuã que cõmunicat bonũ ſpeciale oportet eſſe ptãtem regitiuam reſpectu boni cõmunis: al's nõ põt eſſe colligatio ad vnũ: ergo cum tota eccleſia ſit vnum corpus oportet ſi iſta vnitas debeat cõſeruari ꝙ ſit aliqua ptãs regitiua reſpectu totius eccl'ie ſupra poteſtatẽ epiſcopalẽ q̃ vnaqueqꝫ ſpecialis eccleſia regitur ⁊ gubernatur ⁊ hec eſt poteſtas pape. Unde ex hoc concludit ſanctus Tho. ꝙ qui hanc poteſtatem ſupremã negant ſciſmatici dicũtur quaſi diuiſores eccleſiaſtice vnitatis. Octauo ſic. Regimen eccleſie nõ creditur minus ordinatũ eſſe

ꝙ regimen nature: immo ordinatius diſpoſi
tum cuꝫ gratia ſupergrediatꝰ naturam: ſed in
his que videmus in natura vbicunqꝫ eſt regi
men naturale ſemꝑ illud totum regimen re-
ducitur ad vnū ꝑncipale regitiuū omniuꝫ: vt
in corpore animalis in quo ſunt diuerſa mem
bra diuerſis officijs ⁊ actibus diuerſis depu-
tata oportet dare vnū membrū: videlicet cor
vel caput vnde omniū alioꝝ membroꝝ motꝰ
ſenſus ⁊ gubernationis regimen deriuetꝰ. Itē
tota machina vniuerſi eſt vnū celeſte corpus
videlicet primū mobile per cuius motuꝫ mo-
uentur ⁊ reguntꝰ motus corpoꝝ inferioruꝫ: vt
habetꝰ ꝑ Ariſtotelē. viij. phiſicoꝝ. In toto etiā
mūdo eſt vnus ſuꝑmus. ſcꝫ deus vnus rex vni
uerſe terre: ergo pariter in regimine eccleſie
oportet ꝙ ſit vnus qui toti xp̄iane vniuerſita
ti preſideat caput et rector illius. Nono ſic.
Tota eccleſia dei eſt vna. Canticoꝝ. vi. Una
eſt columba mea. Eſt vnū corpus. i. Corin. xij
Multi vnū corpus ſumus. Eſt vna ciuitas:
ſm illd̄ p̄s. Hieruſalē que edificatꝰ vt ciuitas
Una hierarchia: vt patet ꝑ ſanctū Dyoniſiū
lib. eccle. hierar. Unum ouile. Joh. x. ergo ne
ceſſario in tota eccleſia eſt dandus vnus ſuꝑ
mus preſidens ⁊ rector: vnū caput totius cor
poris. vnus ꝑnceps totius ciuitatis. vnꝰ hie-
rarcha totius hierarchie: vnus paſtor totius
ouilis ſiue gregis dominici. ⁊ ita idem quod
ꝑus: hinc dicitꝰ Joel. ꝑmo. Congregabuntur
filij iuda ⁊ filij iſrael paritꝰ et ponēt ſibi caput
vnū. Et dn̄s ait. Joh. x. Erit vnū ouile ⁊ vnus
paſtor. Decimo ſic. Eccleſia eſt regnuꝫ: ſiue
eccleſie principatus eſt monarchicus ſiue re
galis. Hoc pꝫ tū ex multis ſacre ſcripture lo
cis vbi eccleſia regnum celorum nominatur.
Unde ⁊ Eſa. nono dicitꝰ. Paruulus natus eſt
nobis ⁊ filius datus eſt nobis. Et ſequitꝰ. Su
per ſolium dauid ⁊ regnuꝫ eius ſedebit. glo. i.
eccleſiam. ⁊ Luce ꝑmo dr. Regni eius nō erit
finis. Tum etiā qꝛ optimū genꝰ politie eſt mo
narchicū ſiue regale: cū iuxta ſn̄iam Ariſt. iij.
politi. oīm vrbanitatū ꝑfectiſſima ſit regnum
qđ ꝯſiſtit ex omni ordine ad vnū ſm ꝑfectiſſi
mā gubernationē. ꝓpter qđ Dyo. li. de di. no
c. ij. dicit. Mꝛ regnū eſt oīs finis legis et ordis
diſtributio: ſed regnū eſt in quo ptās regimi-
nis reſidet apud vnū toti multitudini p̄ſidē-
tem: vt tam ex. viij. ethi. ꝙ ex. iij. politi. aperte
colligitꝰ. g̊ talis a deo eccl̄ie ꝑncipatus ꝯſtitu
tus eſt vt vnus in eo ſuꝑior ptāte preſideat et
ꝑncipetꝰ. Hoc em̄ eſt de rōne legalis ſiue mo-
narchici ꝑncipatus vt dictū eſt. Dicitur eniꝫ
monarchicus a monos qđ eſt vnum ⁊ archos
qđ eſt ꝑnceps: quaſi vnus ꝑnceps toti multi
tudini preſidēs. Et ꝯfirmatꝰ ꝑ illud qđ ideꝫ di-
uus Diony. in principio tam celeſtis ꝙ eccle-
ſiaſtice hierarchie dicit. Mꝛ rō ornatꝰ ⁊ decen-
tiſſime diſpoſitōis attenditꝰ in ordinatoꝝ cō-
ſonātia ⁊ cōnexione adinuicē ⁊ ad vnū ſimpli
citer primū monarchā. Undecimo ſic. Prin-
cipatꝰ ille vꝛ oībꝰ alijs p̄ſtātior ⁊ nobilior quo
inter ſubditos charitas ⁊ pax ac ꝯcordia ma-
xime nutritꝰ fouetꝰ ⁊ conſeruatꝰ: ⁊ quo ſeditio ⁊
diſcordia q̄ eſt cuiuſlibet cōionis corruptio p̄-
cipue deuitatꝰ. hoc pꝫ: qm̄ ſunt q̄ maxime prin
ceps cuiuſcūqꝫ principatꝰ tenetꝰ nutrire ⁊ foue
re in ſubditis. Nā vt Caſſio. in ep̄lis ſuis dic.
decet regalis apicis curam: gentē ſibi cōmiſ-
ſam cuſtodire ꝯcordem: qm̄ ad laudē regnan-
tis trahitꝰ ſi a ſibi ſubditꝭ pax habetꝰ. nihil qꝫ eſt
qđ ſic principē predicet ſicut q̄etus populꝰ et
cōcors ſenatꝰ totaqꝫ reſp. morū honeſtate ve-
ſtita. Un̄ princeps pacis xp̄s ſuꝑ cuiꝰ humerū
factus eſt principatꝰ Eſa. ix. corꝑaliter a fide-
libus diſceſſurꝰ pacem ⁊ dilectionē p̄cipue il-
lis cōmendauit di. Pacem meā relinquo voƀ
pacem meā do vobis Joh. xiiij. Et iterū. Hoc
eſt preceptū meū vt diligatis inuicē ⁊c. ſꝫ hoc
magis ⁊ ꝯgruentiꝰ fit ſi principatꝰ fuerit apđ
vnū ſicut eſt in regno: ꝙ ſi fuerit apud plures
ſicut ī ariſtocraſia ſiue in politia: vnitatis em̄
⁊ pacis ꝯgruentior cā eſt vnus ꝙ plures. g̊ ſe-
quitꝰ ꝙ talis eccleſie principatꝰ. ſ. monarchicꝰ
ſiue regalis in quo oīm ordinatoꝝ reductio ac
adunatio eſt redigatꝰ ad vnū principē ptāte ⁊
auc̄te oībus p̄ſidenteꝫ. Hinc eccleſia ꝑ archā
noe deſignatꝰ que in vno cubito conſummata
fuit Gen̄. vi. Duodecimo p̄fatus ordo. ſ. oīm
ad vnū adunatio in eccleſia clariſſime ꝓbatꝰ
ex eo ꝙ cōmēdabilior eſt atqꝫ preſtantior. Un̄
de eius cōmendatione loquitur dominus Al
bertus magnus in li. ſuo de miſſa dicens. Hec
adunatio. ſ. multoꝝ per omnē ordinem gradu
um eccleſie ad vnum caput in celo refulget: in
naturis oſtenditur: in operibus exemplificatꝰ
in diuinis legibus p̄cipitur: ⁊ in toto corpore
myſtico obſeruatꝰ. In celis enim angeli ad ar
changelos. archāgeli ad ꝑncipatꝰ. ⁊ principa
tus ad poteſtates. ptātes ad virtutes. v̄tutes
ad dn̄ationes. dn̄ationes ad thronos. ⁊ thro-
ni ad cherubyn. ⁊ cherubyn ad ſeraphyn ſm
obedientie ⁊ illuminationis ordinem ordina-
ti ordinātur: ⁊ ipſa multitudo angelorum que
in quolibet eſt agmine ad vnam perſonā que
in quolibet ordine preeminet adunatꝰ. Et iđo
ordo celi vocatur: qꝛ omnis ordo eſt multoruꝫ
in gradibus differentium ad vnū Job. xxxviij.
Nunq̊d noſti ordinem celi ⁊ rationem eiꝰ po-
nes in terra. Hoc etiam in naturis oſtēditur:

vbi multi ramuſculi ad virgas: vbi multe vir
ge ad ramũ: vbi mlti rami ad ſtipitẽ vnũ: vbi
multi ſtipites in vna radice infigunt̃. vt oia
ſocia fiant ꝛ participia ſucci qui eſt in radice
ad Roma. xi. Socius radicis oliue ꝛ pingue-
dinis factus es. Sic multe grues vnã ſequũt̃
ordine lrato. ſic multa mẽbra in corpe vni⁹ ca-
pitis pcipiũt beneficia. i. Corinth. xij. Sicut
enĩ multa membra in vno corpore habemus:
omnia aũt membra nõ eundẽ actum habent:
ita multi vnũ corpus ſumus in xpo. In chriſti
opibus hec adunatio etiã exemplificat̃: quia
xpi opus ſemp eſt in vnuꝫ colligere diſperſa.
Dyaboli aũt opus ẽ adunata diuidere ꝛ diſp-
gere. Hinc eſt ꝙ Joh. x. d̃r. Fiat vnum ouile ꝛ
vnus paſtor. Et Mat. xij. Qui nõ colligit me
cũ diſpgit. Hec adunatõ pcipit̃ i legib⁹ diuis
quia ſicut dicit btũs Dyo. Lex diuinitatis eſt
p pma media. ꝛ p media vltima reducere. Ta
lis aũt reductio vltimoꝝ ad media ꝛ medio-
rum ad pma nõ põt eſſe niſi in ordine ad pmũ
ſic ergo lex diuinitatis eſt ſicut deſcenſus eſt
illuminationũ ꝛ chariſmatũ ab vno ſic redu-
ctio ad primũ. Hec ei lex ſicut ſupiora mouet
et ligat ad inferioꝝ puidentiã ꝛ curam. ita in
feriora ligat ad ſuperioꝝ obedientiã vt oia h
modo ſint cõnexa. ps. xlvij. Diſtribuite gdus — Aliter domos eius
eius vt enarretis in progenie altera. ꝛ Dan. x.
Sta in gradu tuo. Sic enĩ octo gradib⁹ aſcen
ditur ad deitatis templũ ꝛ culturã: vt dicitur
Ezechiel. xl. Papatu ſeu patriarchatu: pma-
tu. archiepatu. epatu. abbatum reuerentia: p
poſitura. decanatu. cura parochiali. Curam
enĩ archidyaconoꝝ ſub ppoſitura comphen-
dimus. Hoc etiã i toto corpore myſtico quod
eſt eccleſia obſeruat̃ in quo omnia ad vnũ di-
rigunt̃ que petri clauibus cõmittunt̃. Mat.
xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ ꝛ quodcũqꝫ
ſolueris ſup terrã ꝛc. Hec clauis vni cõmitti-
tur vt plenitudo ptãtis in vno oſtendat̃ ꝛ in
alios ab illo ſm partẽ ſollicitudinis ad quaꝫ
vocant̃ cõmittat̃: hec Albert⁹ magnus. Ex q̃
bus manifeſte ꝯuicit̃ error dicẽtiũ pncipatũ
eccleſie nõ eſſe monarchicũ.

Cap. iij. In quo ponũtur obiectiones quedã aduer
ſariorum contra pdicta de vnitate vnius preſidentis ꝛ
capitis in eccleſia.

Capl'm III

**Sunt quidã ad-**
uerſarioꝝ pdicte veritatis ho-
ſtes qui rõnes inductas in pre-
cedẽti. c. ad oſtendendũ ꝙ in ec
cleſia dãdus ſit vn⁹ pnceps rector ꝛ guberna
tor cũctoꝝ fideliũ euacuare moliẽtes rñdent
ad rõnes pfatas dicẽtes: ꝙ ille vn⁹ rector et
paſtor quẽ rões pfate in eccleſia eẽ neccio ꝯclu
dunt ſit xps q̃ caput eſt oĩs principat⁹ vt inq̃t
Aplus ad Colo. i. ꝛ ꝙ null⁹ alius pur⁹ hõ prin
ceps in vli eccl'ia vnus dandus ſit. Quã rñſio
nem trib⁹ rõnibus fulcire nitũtur. Primo. — Argu. primũ
q: (vt dicũt) vnitas vl'is eccl'ie ex ordine po-
puli xpiani ad vnũ caput qđ eſt xpus ſaluator
ꝛ redẽptor ipſi⁹ ꝛ cui fide ꝛ ſpe ꝛ charitate cõ-
iungitur ꝛ nõ reſpectu alicui⁹ alteri⁹ ſumẽda — Secundum
eſt. Secũdo: q: dicũt ꝙ etſi pncipatus eccle
ſie ſit monarchicus ſiue regalis hoc eſt reſpe-
ctu xpi ꝛ nõ reſpectu alicui⁹ alteri⁹ qui vn⁹ pn
cipet̃ ꝛ pſideat toti eccleſie cuiuſmodi ſit pa-
pa: qm̃ ſi reſpectu alteri⁹ principat⁹ eccleſie eſ
ſet regalis iam ali⁹ ꝙ xps rex vl'is eccleſie ve-
niret dicend⁹ qđ nõ vr̃ cõueniẽs. Tertio di — Tertium
cunt: ꝙ ſicut in ptãte ꝛ principatu ſeculari nõ
obſtantib⁹ pfatis rõnibus nõ vr̃ neceſſarium
nec forte expediẽs ꝙ vn⁹ ſit princeps ſup oẽs
alios laicos principes ꝛ reges: ita nõ vr̃ in pn
cipatu eccleſiaſtico neceſſariũ ꝙ det̃ vn⁹ qui
omnibus preſideat.

Capitulum. iiij. In quo ꝯfutat̃ predicta aduerſario
rum reſpõſio: ꝛ reſpõdet̃ rationibus eorum.

Cap. IIII

**Quod reſponſio**
prefata aduerſarioꝝ ad ratiões
inductas in pcedenti. c. p vnita
te vni⁹ rectoris ꝛ principis q̃ to
ti eccleſie pſideat nulla ſit: nec rõnes inducte
in fauorẽ eoꝝ alicui⁹ ſint roboris faciliter oſtẽ
dem⁹. Et prio ꝙ rñſio data nulla ſit ſic. Opor
tet oẽm cõitatem hr̃e vnũ caput ſiue rectorem
qui viſibiliter cũ illa cõuerſet̃ circa pſonas illi
us regiminis ſui miniſteriũ p varietate tpm
locoꝝ ac pſonarũ exercendo ſentẽtiãdo de il-
la vel de illa: corrigendo hanc vel illã pſonam
ſm cõem curſum. Xps aũt nõ cõuerſatur nũc
cũ fidelib⁹ ſuis modo pdicto. Neceſſariũ ẽ vr̃
ſm rõnes prius factas ad bonũ regimẽ eccl'ie
ꝙ aliqs alius a xpo vices tñ ci⁹ gerens ſit ipſi⁹
eccleſie rector ꝛ paſtor qui cũ ipſa eccleſia viſi
biliter cõuerſet̃. Vñ beatus Tho. in. iiij. cõtra
gentiles. c. lxxvi. reſpõſionẽ pfatã aduerſario-
rũ tanq̃ minus ſufficientẽ euacuans ita inq̃t.
Si aũt quis dicat ꝙ vnũ caput ꝛ vn⁹ paſtor ẽ
xps qui eſt vn⁹ vni⁹ eccleſie ſponſus nõ ſuffici
enter reſpõdet. manifeſtũ eſt enĩ ꝙ omia ſacra
xps ipſe pficit: ipſe enĩ eſt qui baptiſat Joh. i.
ꝛ ipſe eſt qui peccata dimittit Joh. i. ipſe ẽ ve
rus ſacerdos q̃ ſe obtulit in ara crucis in cui⁹
virtute corp⁹ eius cõtinuo in altari cõſecrat̃:
vt etiã hẽt̃ ex. de ſum. tri. ꝛ fi. catho. ca. i. §. vna
de ꝯſe. di. ij. c. q: corpus. Et tñ q: corpaliter nõ
erat cũ fidelib⁹ oĩb⁹ pmãſur⁹ elegit miniſtros

ꝑ quos p̃dicta fidelibus diſpẽſaret: eadẽ rõe
qua pñtiam corporalẽ erat ecclie ſubtractur⁹
oportuit ꝙ alicui cõmitteret qui loco ſui vni-
uerſalis ecclie curã gereret. Hinc eſt ꝙ petro
inquit ante aſcẽſionẽ ſuã. Paſce oues meas.
Joh. vlti. Et ante paſſionẽ. Tu aũt aliqñ cõ-
uerſus ꝯfirma fratres tuos. Lu. xxij. h̄ ſanctus
Ad primum Tho. Ad vero rões quas aduerſarij in ſuo
ruꝫ erroꝝ fauorẽ inducũt nullius roboris ſint
oñdimus. De p̃ma q̃dem pꝫ. Licet eñ vnitas
corpis xp̃i qđ eſt ecclia p̃ncipalit̃ ſumenda ſit
ex ordine ad xp̃um qui principale caput eius
eſt: cui oĩs fideles qui eius vera mẽbra ſunt
fide ſpe ⁊ charitate cõnectunt̃: nihilominus
eccleſia vnitas q̃tum ad gubernationẽ exte-
riorem ſm quã ex diuina inſtitutõne eſt ordo
inter ip̃os ecclie p̃latos ⁊ rectores etiaꝫ aſſu-
menda eſt ⁊ aſſumit̃ ex ordine ad vnũ princi-
palem xp̃i vicariũ totius vlis ecclie p̃ncipem
et paſtorẽ. Eſt aũt hmõi vnitas oñſiua ⁊ ꝯſer
uatiua vnitatis interioris ecclie ad xp̃m. Oñ
ſiua q̃dem. Dicit eñ Cyp̃anus in epiſtola ad
Magnũ. Dñs inſinuãs nobis vnitatẽ de di-
uina auctoritate venientẽ ponit ⁊ dicit. Ego
et pater vnũ ſumus. ad quã vnitateꝫ redigẽs
eccliam ſuã ait. Et erit vnus grex ⁊ vnus pa-
ſtor. Item in. c. loquit̃. xxiiij. q. i. Cyp̃anus ita
ĩquit. Loquit̃ dñs ad petrũ. Ego dico tibi qꝛ
tu es petrus ⁊ ſuꝑ hanc petrã edificabo eccle
ſiam meã. ſuꝑ vnũ edificat eccliam. Et. ĩ. Ex-
ordium ab vnitate ꝓficiſcit̃ vt ecclia xp̃i vna
monſtret̃. Ceterũ vnitas hec in ecclia penes
ordinem ad vnũ generalẽ gubernatorẽ et re-
ctorem ecclie eſt ꝯſeruatiua vnitatis interio
ris fidelium ad xp̃m. Dicit eñ glo. ſuper illud
Matth. xvi. Tibi dabo claues ⁊c. Sp̃aliter
p̃tãtem clauiũ xp̃s petro cõceſſit vt ad vnita
tem nos inuitaret. ideo eñ eũ p̃ncipẽ apl'orũ
cõſtituit vt ecclia vnũ p̃ncipalem xp̃i habe-
ret vicariũ ad quẽ diuerſa mẽbra recurrerent
ſi forte inter ſe diſſentirẽt: ꝙ ſi diuerſa capita
eſſent in eccleſia vnitatis vincula rũperent̃:
hec ibi. Et Hiero. ait. Ex. xij. vnus eligit̃: vt
capite cõſtituto ſciſmatis tolleretur occaſio.
Ad ſecundum Secũda rõ aduerſarioꝝ etiã nullius eſt ro
boris: qm̃ falſum eſt qđ aiũt. videlꝫ ꝙ p̃ncipa
tus ecclie reſpectu pape nõ ſit monarchicus
ſiue regalis. Hoc eñ videt̃ ꝯ̃trari ⁊ ſacre ſcri-
pture ⁊ rõni. Sacre q̃dẽ ſcripture ꝯ̃dicit: que
hr̃. Joh. x. Erit vnũ ouile ⁊ vn⁹ paſtor. Itẽ ſcri
pture ſancte illi vbi btũs. Joh. apoc. xxi. ait.
Uidi ciuitatẽ ſanctã hierl'm nouã deſcẽdẽtẽ
de celo ⁊c. vbi ecclia militãs đꝛ imitatõne de
ſcẽdere a celo: qꝛ formã ordinis celeſtis habet
ſicut btũs Bern. ait. iij. de conſideratione ad
Eugeniũ papã ita di. ſicut fuit ſupra in. ij. c. in
ductũ. Non vilẽ reputes formã hãc q̃ in terris
eſt: formã hꝫ in celo. vidit eñ hoc qui dicebat:
vidi ciuitatẽ ſanctã hieruſalẽ nouã deſcendẽ-
tem ⁊c. ſicut eñ ibi ſeraphyn ⁊ cherubyn ⁊ ce-
teri ordines ſunt ſub vno capite deo: ita ⁊ hic
patriarche archiep̃i ⁊ reliqui ſub vno pontifi-
ce ſummo: qđ nõ eſt paruipendendũ ꝙ deũ hꝫ
auctorẽ ⁊ ꝙ de celo ſumpſit originem. hec ille.
Ex q̃bus pꝫ ꝙ aduerſarioꝝ fantaſia ſacre ſcri-
pture aduerſat̃. Ꝙ aduerſet̃ etiã rõi pꝫ. Tũ qꝛ
eadẽ ſp̃es politie manet in p̃ncipatu reſpectu
p̃ncipalis ⁊ reſpectu vicarij iſtituti a p̃ncipali
cũ plẽitudine p̃tãtis. vñ idẽ ꝯſiſtoriũ reputat̃
ep̃i ⁊ ſui vicarij: vt in. c. rõana. ex̃. de appel. li.
vi. Tum qꝛ eccleſie regimen nõ ſolum in pñtia
corpali xp̃i debuit optime diſponi: qđ ẽ diſpo-
ni ⁊ ordinari ſub ſuprema ⁊ nobiliſſima ſpecie
regiminis ſiue politie cuiuſmodi eſt regalis: ſꝫ
etiã in ei⁹ abſentia corpali. Sunt etiã ad hoc
rões facte ſupra. in. ij. c. Facit etiã ad hoc Pri
mo: qꝛ naturalior eſt p̃ncipat⁹ vni⁹ in multos
q̃ƥ poſſit eſſe multoꝝ in vnũ. Natura eñ prin-
cipioꝝ amat ſingularitateꝫ: vt ait beat⁹ Aug.
primo de nuptijs ⁊ ꝯcupiã. Hinc Ariſtoteles
ꝓbans vnitatẽ primi p̃ncipij. xij. methaphy.
ait. Entia nolũt male diſponi: neqꝫ bona plu
ralitas principatuũ: vn⁹ g̃ p̃nceps. in apib⁹
etiã vn⁹ eſt princeps. ⁊ grues vnã ſequũtur or
dine lr̃ato ait beat⁹ Hiere. in. c. in apib⁹. vij. q.
.i. Secũdo: qꝛ iter ſp̃es regiminis humanarũ
ciuilitatũ nobilior ⁊ p̃ſtantior eſt ſp̃es regalis
regiminis in quo ſumma p̃tãtis ⁊ principat⁹
auctas eſt apud vnũ vt. iij. polit̃. Ariſt. docet.
Tertio: qꝛ hmõi regiminis diſpoſitio magiſ aſ
ſilatur diuino regimini in quo de⁹ preſidet to
ti mundo vn⁹ de⁹ oĩm gubernator ⁊ rector. Ec
cleſiaſtici. i. Un⁹ eſt altiſſim⁹ creator omniuꝫ.
Quarto: qꝛ in triũphante eccleſia a qua eccle
ſia militãs exẽplariter deſcẽdit Apoq. vlt. hie-
rarcha vn⁹ ſuprem⁹ eſt cunctis ordinib⁹ p̃ſi-
dens: in quẽ oĩs hierarchia cõſummat̃: vt oſtẽ
dit diuus Diony. v. eccle. hierar. Quinto: qꝛ in
lege veteri q̃ figura noue legis fuit: vnus ſum
mus ſacerdos diuina diſpoſitione fuit inſtitu
tus cui ceteri oẽs parere deberent. Sexto: qꝛ
vno toti eccleſie preſidente nulli dubiũ ꝙ vni
tas fidei per quam eccleſia maxime vna dicit̃
melius cõſeruat̃. de qua Aplus. i. ad Corin. i.
Idipſum dicatis oẽs ⁊ nõ ſint in vobis ſciſ-
mata. Ꝙđ vero aduerſarij arguũt: ꝙ ſi prin Replicatio
cipatus eccleſie eſſet regalis reſpectu alteri⁹
q̃ƥ xp̃i alius q̃ƥ xp̃s rex eccleſie dicẽdus veniret
qđ incõueniens eſſe putant. Hoc paruꝫ valet
Tum primo: qꝛ nõ eſt inconueniens reputan- Reſponſio

dum papā dici regem eccleſie:ſub xp̄o tm̄ ſicut
eius vicariū.lꝫ hoc vſus nō habeat:qm̄ cū pa
pa rector eccl'ie ſit ꝙ̄tum ad interp̄tationē vo
cabuli.nō dubiū q̄n rex recte ⁊ veraciter dici
poſſit.Dicit̄ em̄ rex vt ait Iſid.a regēdo.Pre
terea nō videt̄ magis incōueniēs ꝙ papa rex
nominet̄ ꝙ̄ ꝙ p̄nceps.Legit̄ aūt a xp̄o nomi-
natus p̄nceps ſm̄ illud qd eccl'ia dictū eſſe a
xp̄o petro cōmemorat cū ait.Symō petre an
teꝙ̄ de naui vocarē te noui te ⁊ ſup plebē me
am p̄ncipē te cōſtitui.Ceterū hoc noīe etiam
oēs apl'i a ſpū ſancto p os ꝓphete appellati
legunt̄.ps.xliiij.Conſtitues eos p̄ncipes ſup
oēm terrā.vnde etiā ep̄i loca apl'oꝝ tenētes
p̄ncipes noīant̄ in.c.eccl'ie p̄ncipes.di.xxxv.
Quocirca nō mirū ſi etiam reges noīarent̄ at
tento maxime ꝙ apl'i ipſi eorumqꝫ ſucceſſores
ſub regis nomine a ſpū ſancto deſcribuntur.
ps.xliiij.vbi dr̄.Delectauerunt te filie regum.
Qd verbū Aug.exponēs ſup ps.xliiij.ita in-
quit.Etem̄ oēs eccl'ie que illis euāgelizanti-
bus ⁊ p̄dicātibus nate ſunt filie regum ſunt:
et eccl'ie filie apl'oꝝ filie regū ſunt.ille em̄ rex
regū illi aūt reges de q̄bus dictū eſt.Sedebi
tis ſup duodecim ſedes iudicātes duodecim
tribus iſrael:h Aug.Nihilominus tm̄ lꝫ papa
⁊ p̄lati eccl'ie reges nūcupari veracit̄ poſſent
hoc tm̄ nō fit duplici de cā vt tangit dominꝰ
Aluarus in li.ſuo de ptāte eccl'iaſtica.Prima
eſt ꝓpter ſuperbiā vitandā q̄ noīe regis ipor-
tari videt̄:ſm̄ illud apl'i Petri.Regi q̄ſi p̄ex-
cellēti.i.Petri.ij.Chriſtus em̄ humilitatꝭ ma-
giſter.iuxta illud Mat.xi.Diſcite a me q: mi
tis ſum ⁊ humilis corde.ſuos diſcipulos ac vi
carios voluit p oīa humilitatē ſeruare.Unde
Luce.xxij.dicebat.Qui maior eſt veſtrum fiat
ſicut minor:⁊ q̄ preceſſor ſicut miniſtrator.ꝓ-
pter quod illos nō ſolū ſupbiā.verūetiā ſuper
bie vocabula voluit declinare:maxime cū ni-
hil in ep̄ali ceruice ſplēdidius fulgeat ꝙ̄ hu-
militas.vt in.c.ꝯ morem.di.c.Scd̄a cauſa eſt
vt queadmodū iter ſpūales ⁊ tp̄ales p̄ncipes
eſt diſcretio ptātis.ita etiā ſit in noībus diffe
rentia.Aſſumpſerūt g̊ ſibi ſeculares p̄ncipes
nomen mūdane gl'ie exp̄ſſiuū.ſ.nomen regis.
a Ad rōem primā ſumptā ex. c. i. Act. aploꝝ r̄ndetur negando ꝯn̄tiam. ⁊ rō eſt: qm̄ lz petrus nō ſolus ſ3 ſimul cū aliis elegerit matthiā. non eſt factū ex defectu ptātis que fuerit in petro ad electionē illam faciendā cū ꝑnceps aploꝝrum foret. Unde ſup illud. Exurgēs petrus in media fratrū dixit. dicit glo. interli. Paſtor ꝑ ouibus loquit̄: ſed factū eſt religioſa intētiōe pacis ⁊ vnitatis cā. Qd̄ manifeſte btūs Chriſo. exponēs hunc locū ſup actus aploꝝ ꝑfitet̄ ita di. Petrus vt inflāmatus ⁊ ſicut ille cui a xp̄o cōmiſſum erat ouile ⁊ vt ꝑnceps aploꝝrum ſemp ꝑmus incepit ſermonē. vide autē q2 petrus omnia facit cōmuni oīm volūtate nihil agit ꝑncipaliter aut dn̄atiue. Et. ij. Opoꝛtz ḡ ex his qui nobiſcū ſunt viris in omni tempe. quare ita palā oībus loquit̄: ne cōtētioſe res fierent ⁊ ad litem deuenirēt. ⁊ ideo ſcandala vitabat. Quapropter incipiēs dicit. Uiri fratres opz eligi ex vobis. m̄titudini populi electionem cōcedit vt ⁊ ipe a cōtentione libera ret̄ ⁊ aliis honoꝛ exhiberet̄. Et. ij. Quid ḡ ⁊c. Cuz eligere nō poterat? vtiq3 poterat: ſed ne videret̄ ipe grāz dare ideo nō fecit. Et. ij. Centum ⁊ viginti erant ⁊ vnū querit ex oī multitudie. Oppoꝛtune v̄o ꝑmus petrus hmōi rei dn̄at̄: q2 ipe oīns in ptāte accepat: ad eum em̄ dixit xp̄us. Et tu aliq̄n cōuerſus cōfirma fr̄es tuos: hec Chriſo. Ex qua expoſitōe bti Chriſ. multa aduerſarioꝝ delirāmēta confundūtur que ex falſa intelligētia libri actuū aploꝝrum cōflata ſunt. Ad ſecundā rōem que ſumit̄ ex. c. vi. de electiōe. vij. dyaconoꝝ. patet r̄nſio ex r̄nſione data ad rōem ſupiorē negādo cōſequentiā. cuius ratio eſt: qm̄ nō obſtat primatui ſiue ꝑncipatui beati petri ꝙ ad id quod ſolus agere poterat alii apoſtoli ſecū ad agēdū cōuenirēt: cū hoc nō ex eo factū ſit ꝙ alii apoſtoli maioris ptātis eēnt ꝙ̄ ſolus petrus: aut ꝙ petrus eguerit illoꝝ adiutorio poteſtatis: ſed factū eſt ita rōnib⁹ iam dictis iuxta btm̄ Chriſo. videlz vt cōtentio vitaretur: vt honoꝛ etiā aliis exhiberet̄ apoſtolis: ⁊ vt in petri obſeruātia doctrina magiſtri ſui refulgerz. Qui maioꝛ eſt i vobis fiat ſicut miniſter. Ad tertiam rōem ſumptā ex. c. viij. de miſſione petri r̄ndetur ꝙ aſſumptū eſt falſuz. videlz ꝙ omis miſſio importet ſuperioritatē i mittēte reſpectu miſſi. hoc em̄ fuit vnū de fundamētis Arrii ad ponendū inequalitatē ſubſtātie ⁊ poteſtatis in diuinis pſonis: q2 in ſcriptura ſācta legit̄ ⁊ pater mittere ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus leguntur mitti. vt ex. iiij. de tri. beati Aug. apte colligit̄. Prefatū etiā fundamentū aduerſariorum fuit vnū de fundamētis armenorum ꝯ ꝑmatū romani pont. vt deducit dn̄s Richardus in lib. de queſtionibus armenoꝝ. li. vij. c. iij. Jtem ꝙ ſit falſum ꝯſuppoſitum illud patz ex illo Math. ij. vbi dr̄. Herodes mittēs tres reges magos qui venerant adoꝛare dominuz in bethleem dixit eis. Jte ⁊ interrogate diligenter de puero ⁊c: ⁊ tamen clarum eſt ꝙ herodes nullā auctoritatīs ſupioritatē habebat ſupra reges ꝑdictos. Ceterū Geneſ. xli. dicit Joſeph fratribus ſuis. Mittite ex vobis vnū vt adducat fratrē veſtrū minimū. planū ē ꝙ hmōi miſſio nō importabat ſuperioritatē auctoritatis in mittētibus reſpectu miſſi. Dicit̄ ergo ꝙ eſt miſſio videlz ſm auctis imperium vt huus mittit̄ a dn̄o: quēadmoduz rex mittit ſeneſchalcum aut papa legatum. Alia eſt ſm conſiliuz: vt conſiliarii ſiue ſenatus dicit̄ mit

Ad ſecundam

Ad tertiam

tere regem ad bellanduꝫ. Jſtos duos modos
miſſionis tangit ſanctꝰ Tho.in.i.parte.q.xliij
arti.i.Tertiꝰ modus ē ſm auctoritatē amoris:
ſicut quādoqꝫ ſocij aut etiā inferiores mittunt
nunciū ſiue ambaſiatorē ad regē ſiue papā ali
quē maiorē inter eos:reſpectu cuiꝰ nullā habēt
auctoritatē prelatōnis ſ; tm̄ amoris. Qua di-
ſtinctione habita pōt dupliciter dici. Primo ꝙ
apli nō miſerūt auctoritate imperio:ſed miſerūt
eū ꝓuidentie cōſilio ſuggerētes ei vt ipſe iret
vtpote magis accōmodus. Tum rōne auctori
tatis. Tum quia pre ceteris maiori ſplēdebat
miraculoꝝ gr̄a. Talis aūt miſſio nō dicit ſupe
rioritatē auctoritatis in mittēte. Et ꝙ talis fue
rit illa miſſio videtur aperte colligi ex glo. ordi.
eiuſdē textꝰ que dicit ſic. Petrꝰ iohannē aſſo-
ciat ſibi:q2 virginitas eccl̄ie grata ē ⁊ placet.
plane ſi iſta miſſio facta fuiſſet ab aliquo ſupe
riori nō diceretur ꝙ petrꝰ aſſociat ſibi iohannē:
ſed diceretur magis ꝙ iohānes aſſociatꝰ ſibi eſ-
ſet ab alijs. Secūdo pōt dici ꝙ iſta miſſio qua
petrus dicitur miſſus ab apl̄is fuit vt dicit dn̄s
Ulricus in ſummā ſua theologie auctoritate
amoris q̄ gradū neſcit:nō auctoritate p̄latio-
nis:cum petrꝰ vertex fuerit apl̄oꝝ. hec ille.

Capitulum. xv. Qz beatus petrus non ſolum inter apoſtolos ſed ſuper omnes fideles in toto orbe terrarum habuit principatum.

Capſm. XV

q Uod vero bea
tus petrꝰ nō ſolum alioꝝ apl̄oꝝ
p̄nceps fuerit:ſed in totuꝫ xp̄ia-
num orbē p̄ncipatū ⁊ p̄lationis
habuerit auctoritatē: tam ſacrarū ſcriptura-
rum teſtimonijs ꝙ̄ rōnibꝰ efficacibꝰ facile oſtē
demus. Jmprimis ex eo ꝙ Math. xvi. inq̄t
dn̄s. Tu es petrus ⁊ ſup hanc petrā edificabo
eccl̄iam meā:⁊ tibi dabo claues regni celoꝝ.
Qd̄ verbū btūs Criſoſto.ſup Math.pertra
ctans ita inquit:ꝓut inducit ſctūs Tho. Fili-
us qd̄ patris ē ⁊ ip̄iꝰ filij ptātem petro vniuer
ſaliter ꝯceſſit vbiqꝫ terrarū ⁊ homini mortali
oīm q̄ in celo ſunt dedit auctoritatē:dando ei
claues ad hoc vt eccleſiam vbiqꝫ amplificet.
Jtē ſup Act.apl̄oꝝ idē btūs Criſo.ita ꝓpoſi-
tum optime cōfirmat. Petrꝰ aplūs a filio ſup
oēs qui filij ſūt ptātem accepit nō vt moyſes
in gēte vna ſed in vniuerſo orbe. Secūdo idē
trahitur ex illo Joh. vlti. vbi xp̄s petro ait. Sy
mon iohānis paſce oues meas inter has ⁊ il-
las nō diſtinguēs:ſed vniuerſas eiꝰ cure cōmē
dat. Un̄ btūs Criſo.exponēs hoc verbum ſic
ait. Paſce oues meas.i.loco mei prepoſitus ⁊
caput eſto fratrum:vt ipi te in loco meo aſſu-
mētes vbiqꝫ terrarū te in throno tuo ſedentē
predicent ⁊ cōfirmēt. Tertio idē oſtenditur ex
illo Joh.etiā vlti.c.vbi xp̄s ait petro. Seque-
re me. Quod verbū nō tam intelligi debet de
gn̄e martyrij ꝙ̄ de ordine magiſterij. Nā ⁊ an
dreas ⁊ q̇dā alij p̄t petrū in crucifixiōe ſecuti
ſunt xp̄m:ſ; ſolū ſibi petruꝫ ſubſtituit dn̄s ⁊ in
officio vicariū ⁊ in martyrio ſucceſſorē. Und̄
ſctūs Tho.exponēs hunc locū de vtroqꝫ dicit
ſic:vel ſm Criſo. Sequere me in p̄latiōis offi-
cio.q.d.ſicut ego habeo a deo patre curam ec
cleſie.pſ̄.ij. Poſtula a me ⁊ dabo tibi gentes
⁊c̄.ita tu loco mei ſis ſup̄ totā eccl̄iam. Unde
Theophilus ſup eodē verbo inq̄t. Per hoc ꝙ
dn̄s ait petro:ſeq̄re me:cūctoꝝ fidelium prela
tum eū inſtituit. Et btūs Bern̄.ad Eugeniuꝫ
lib.ij.de cōſideratōe.c.vi.ex hoc loco euāgelij
amplitudinē p̄ncipatꝰ apl̄ici ꝓbans ita illi in
quit. Tu es cui tradite ſūt claues regni celoꝝ:
cui oues tradite ſunt. Sūt q̇dē ⁊ alij celi iani-
tores ⁊ gregū paſtores:ſ; tu tāto glorioſiꝰ q̄̄to
⁊ differētiꝰ vtrūqꝫ pre ceteris hereditaſti. Ha
bent alij aſſignatos greges ſinguli ſingulos
tibi vniuerſi crediti ſunt:vnus vni nec modo
ouiū ſ; ⁊ paſtoꝝ:tu vnꝰ oīm paſtor. vn̄ illd̄ ꝓbe
tur q̄ris:ex v̄bo dn̄i cui nō dico epoꝝ ſ; apl̄oꝝ
etiā ſic abſolute ⁊ indiſtincte tote cōmiſſe ſūt
oues. ſi me inq̄t amas paſce oues:q̄s? illiꝰ vel il
lius ppl̄i ciuitatis aut regiōis aut certe regni?
oues inquit meas cui nō planū nō deſignaſſe
aliq̄s ſ; aſſignaſſe oēs? nihil excipitur vbi dr̄ ni-
hil:⁊ forte p̄ſentes ceteri diſcipuli erāt cū cō-
mittens eccl̄iam vni vnitatē oībꝰ cōmēdaret
in vno grege in vno paſtore ſm illd̄. Una ē co
lumba mea formoſa mea ꝑfecta mea:vbi vni-
tas ibi ꝑfectio.reliq̇ nūeri ꝑfectōnē nō habēt
ſed diſtinctōnē recedētes ab vnitate. Jnde ē
ꝙ alij ſingulas ſortiti ſūt plebes ſciētes ſacr̄m
Deniqꝫ iacobꝰ q̄ vocatur colūna eccl̄ie vna con
tentꝰ hieroſolymitana petro vniuerſitatē ce-
dens.pulchre v̄o ibi poſitꝰ ē ſuſcitare ſemē de-
functi fratris vbi occiſus ē ille.nā dictꝰ ē fra
ter dn̄i:porro ſedēte dn̄i fratre q̇s ſe ingerat al
ter p̄rogatiue petri. g̊ iuxta canones tuos alij
in parte ſollicitudinis tu in plenitudinē pote
ſtatis vocatus es ⁊c̄. Quarto eadē ſentētia
colligitur ex illo Joh.in eodē ca.vbi ſolus petrꝰ
ſup mare venire iuſſus ē: ꝑ qd̄ dabatur intelligi
ꝙ totū mūdū ꝑ mare deſignatū ſub vna ditōe
obtineret. Un̄ btūs Ber. vbi ſup̄ ita prefato
pontifici ſubinfert. Accipe illd̄ qd̄ nihilomi-
nus p̄rogatiuā tuā ꝯfirmat. Diſcipuli nauiga
bant ⁊ dn̄s apparebat in littore:ſciēs petrus
quia dn̄s ē in mare ſe miſit ⁊ ſic venit ad ip̄m
alijs in nauigijs veniētibus. Quid iſtud eſt?
nempe ſignū ſingularis pontificij petri ꝑ hoc
nō nauim vnā vt ceteri quiſqꝫ ſuā: ſed ſeculuꝫ

ipſiuȝ ſuſceperit gubernandū. Mare eṁ ſecu
lū:naues eccleſie. Hinc eſt etiaȝ ꝙ altera vice
inſtar dñi gradiēs ſupꝛa aq̄s vnicū ſe xp̄i vica
riū deſignauit:qui nō vni populo ſed cunctis
ꝑeſſe deberet.ſiquideȝ aque multe ppl'i. itaqȝ
cū quibuſqȝ ceteroꝝ ſua tibi vna cōmiſſa ē na
uib⁹ facta ex oībus ipſa vl'is eccleſia toto oꝛbe
diffuſa. Hec Bern̄. Quinto pōtificat⁹ apl'ici
vniuerſitas oſtendiť ex eo qđ ꝯſequēter in eo-
dem euangelio Johānis ſeq̄tur: vbi legiť pe-
trus ſolus aſcēdiſſe ⁊ traxiſſe rete in terrā ꝯple
nū magnis piſcibus. Sup quo beat⁹ Greg. ra
tionē aſſignans hmōi inquit. Ipſi eṁ ſancta
eccleſia eſt cōmiſſa. ipſi dꝛ ſpāliter: paſce oues
meas. hoc aūt ipſe nūc pꝛefigurat in opere: nā
piſces ad ſoliditatem littoꝛis pertrahit: qꝛ ſta
bilitatē eterne patrie fidelib⁹ oſtēdit. Sexto
idē oſtendiť ex illo Act.x. vbi ſoli petro oſten
ſum eſt lintheū ſubmiſſum de celo ⁊ ſup eū ſo-
lum ſubmiſſum: in quo erāt oīa quadrupedia
⁊ ſerpentia terre ⁊ volatilia: ⁊ ſibi ſoli dictum
eſt de oībus illis aīalib⁹. Surge petre occide
et manduca. Qđ lintheū nemo ambigit vni-
uerſum mundū cū cunctis hoībus diuerſoꝛuȝ
rituū deſignare. nec dubiū q̄n occidere ⁊ mā-
ducare nō aliud erat ꝙ̄ peruerſos moꝛes in ip
ſis pꝛeſcindere: ⁊ eos in ſua perſona toti incoꝛ
poꝛare eccleſie vt ſatis colligiť ex glo. interli.
Unde ⁊ beat⁹ Aug. tractās hoc verbū ſup il-
lud pſ̄.xxx. Potabūt oēs beſtie agri: ad ꝓpoſi
tū noſtrū de extenſione principat⁹ petri in om
nes hoīes fideles quarūcunqȝ nationū ita lo-
q̄tur. Quattuoꝛ eṁ lineis vas ſubmiſſum ē de
celo petro vbi erant oīs generꝫ aīalia: ⁊ ſonuit
ei vox. Surge petre macta ⁊ manduca. omēs
eṁ mactat petr⁹ in eo ꝙ mali ſunt: ⁊ mānducat
in coꝛp⁹ eccleſie traijciendo. Et.ī. Oēs enim
erant in archa: oēs in diſco: oēs mactat petr⁹
⁊ manducat oēs. Hec Aug. Septimo ħ idē
oſtendiť ex illo qđ eccleſia per totū oꝛbē in fe-
ſto beati petri apl'i dicit ad petrum. Tu es pa
ſtoꝛ ouiū pꝛinceps apoſtoloꝝ: tibi tradidit de
us oīa regna mundi. Octauo ex illo qđ in ea
dem hyſtoꝛia fertur dñs dixiſſe petro. Symō
petre anteꝙ̄ de naui vocarem te noui te ⁊ ſup
plebē meam pꝛincipem te conſtitui. plebs au
tem xp̄i tota vniuerſalis eccleſia diciť. Relin
quitur ergo ex īductis ſacre ſcripture teſtimo
nijs clariſſimū: ꝙ beatus petrus fuit ⁊ nūc ei⁹
ſucceſſoꝛ habet auctoꝛitatem pꝛelationis ſup
totam eccleſiam xp̄i vt veraciter ſit ſeru⁹ ille.
de quo dicit xp̄s Luce.xij. Fidelis ſeru⁹ ⁊ pꝛu-
dens quem conſtituit dominus ſuper familiā
ſuam. glo. dicit. i. eccleſiam. Nono hoc idem
oſtenditur ex concilio calcedonen̄. qđ ſanct⁹
Thomas in tractatu cōtra erroꝛes grecoꝝ in
ca.lxvij. inducit ad hoc ꝓbandū ſciȝ ꝙ ꝑdict⁹
xp̄i vicari⁹ in totā eccl'iaȝ vniuerſalē pꝛelatio
nem obtineat. Legiť eṁ in calcedonen̄. ꝯcilio
ꝙ tota ſynodus Leoni pape acclamauit. Leo
ſanctiſſim⁹ apoſtolic⁹ ⁊ ycomenicus. i. vl'is pa
triacha ꝑ multos annos viuat. Item inducit
Criſo. ſup Joh. dicens. Jacobum localiter in
loco terminat: petrū aūt totius oꝛbis oꝛdinat
magiſtrū ⁊ doctoꝛē. Hoc etiā rōne ſic oſtēdi-
tur. Princeps lex ⁊ finis videnť ſic cōmēſura
ta vt ſibijnuicē paris ſint vniuerſalitatꝭ ⁊ ex-
tenſionis. ꝑncipiū. ſ. regulatiuū: mediū quo: et
finis ad quē: ſed ſic ē ꝙ lex euangelica ſm̄ quā
pōtifex eccleſiaſtic⁹ regit eccl'iam: ⁊ finis quē
intēdit in regimine eccl'ie ip̄e ꝑnceps eccleſia
ſticus. ſ. ſupꝛema beatitudo ſe extēdit ad oēm
hoīem fidelē: ad oēm ſexum ⁊ ad oēm ſtatū. er
go ad oēs fideles cuiuſcūqȝ cōditōis ⁊ ſtatus
exiſtant cōgregatos ſimul localiť ſiue diſper-
ſos ꝑ oꝛbē extendiť auctoꝛitas regiminis ⁊ ad
miniſtratōis ſummi pōtificis. Ex q̄bus aptiſ-
ſime cōuinciť erroꝛ dicentiū beatū petrū ſiue
romanū pōtificē nō habere ꝑmatū ſiue ꝑnci-
patū ſup totā eccleſiā. De cui⁹ erroꝛis grauita
te btūs Tho. contra erroꝛē grecoꝝ in ca. lxvi.
ita loquiť. Similis aūt erroꝛ ē dicentiū xp̄i vi
cariū romane eccl'ie pontificē nō habere vl'is
eccl'ie ꝑmatū: erroꝛi dicentium ſpm̄ ſctm̄ a filio
nō ꝓcedere. Ipſe eṁ xp̄s dei filius ſuā eccl'iaȝ
cōſecrat ⁊ ſibi conſignat ſpūſctō q̄ſi ſuo cara-
ctere ⁊ ſigillo: vt ex ſupꝛapoſitꝭ auctoꝛitatibus
manifeſte habeť: ⁊ ſimiliť xp̄i vicarius ſuo pꝛi
matu ⁊ ꝓuidentia vniuerſalē eccl'iam tanꝙ̄ fi
delis miniſter xp̄o ſubiectā ꝯſeruat. ħ ſan. tho.

Capitulum.xvi. in quo ponuntur aduerſarioꝝ obiecti
ones contra id quod dictū eſt ꝙ roman⁹ pontifex habe
at vniuerſalis eccl'ie pꝛimatū: ⁊ reſpōſio ad illas.

# Duerſus pꝛedi Capl'm XVI

a ctaarguūt aduerſarij ex aliq̄b⁹
auctoꝛitatibus ſanctoꝝ. Pꝛio Argumētū pˀmū
ex ca. Pꝛime ſedis. xcix. diſt. vbi
ex cōcilio aphꝛicano habeť. ꝙ ꝑme ſedis ep̄s
nō appelleť ꝑnceps ſacerdotū aut ſūmus ſa-
cerdos aut aliq̄d huiuſmodi: ſʒ tm̄ pꝛime ſedis
ep̄us. Secūdo arguūt ex ca. Nullus. ea. diſt. Secundum
in quo habeť ꝙ romanus pōtifex nō appelleť
vniuerſalis. Tertio ad idē arguūt ex ca. ſeq̄n Tertium
ti ecce. in quo btūs Grego vniuerſalē ſe voca
ri ꝓhibet. Sed iſtis nō eſt difficile reſpōdere
Ad ꝑmā eṁ dicimus ꝙ nō ſit ad ꝓpoſitum Ad primum
q̄m ca. illud non loquiť de ep̄o ꝑme ſedis ſim-
pliciter q̄ eſt romana ſed de ꝑme ſedis ſcȝ pa-
triarchalis pōtifice. Unde glo. ſupꝛa illud ca.

ita habet. Prie.i.patriarchalis: ads papa bn̄. Eodē modo exponit dn̄s archidyaconus dic. Prie ſedis.i.patriarchalis.

Ad ſecūdū, ⁊ tertium.

Ad alia duo ſequentia que loquūtur de romano ponti. dicimus: ꝙ nō ideo ꝓhibitū eſt romanū ponti. vocari vniuerſalem q: nō ſit vlis paſtor toti⁹ eccleſie ⁊ caput vlis eccleſie: cum in ꝯcilio calcedonen. acclamatū legat̄ btiſſimo Leoni pape viuat Leo ſanctiſſim⁹ ycomenicus.i.vlis patriarcha. Preterea multi ſancti pōtifices ita ſe noiaſſe in ſuis eplis legunt̄. vn̄ beat⁹ Sixt⁹ ſcribēs oibus epis ita in.ij.epla vt recitat beatus Iſi.in li.pontificū loqtur. Sixt⁹ vlis apoſtolice eccleſie eps omnib⁹ epis ⁊c. Itē ſanct⁹ Victor papa in epiſtola de paſcha et baptiſmo Theophilo alexan. directa ſic ſcribit. Victor romane ac vniuerſalis eccleſie eps. Ite3 ſanct⁹ Eleutheri⁹ in epiſtola quam vniuerſis epis per gallie ꝓuincias ſcribit dicit ſic in fine. Huius rei gratia vlis nobis a xpo ieſu cōmiſſa eſt eccleſia. Sed ideo ꝓhibetur vocari vniuerſalis. Tum ꝑpter humilitatē. Tum q̄a nō preficit̄ cuilibet particulari eccleſie vt proprius ⁊ ſpālis illius eccleſie rector ⁊ imediat⁹ adminiſtrator. vnde ſanct⁹ Tho. in li. ꝯtra impugnātes religionem ad hoc.c.reſpondēs dicit ſic. Q aūt papa vniuerſalem pontifice3 ſe ꝓhibet noiari nō ideo hoc eſt ꝙ ipſe nō habeat auctoritatē imediatam ⁊ plenā in qualibet eccleſia: ſed q: nō preficitur cuilibet particulari eccleſie vt proprius ⁊ ſpecialis illi⁹ eccleſie rector: ſic em̄ ceſſarent omniū alioꝝ pontificum poteſtates. ⁊ hoc.c. inductū nullus pro rōne inducit. hec ſanct⁹ Tho.

Capitulū.xvij. Quib⁹ rationib⁹ beatus Petr⁹ fundamentum eccleſie dictus eſt.

Capitulum. XVII

p

**Oſtquā proba**tiſſimis teſtimonijs oſtendim⁹ beatum Petrū apoſtolum iter apoſtolos habuiſſe primatū et eccleſie principem ac rectorem a xpo inſtitutū eſſe: perſcrutabimur conſequenter quibus de cauſis fundamentū eccleſie dictus ſit. Dicimus autem ꝙ etſi omnib⁹ apoſtolis fundamēti vocabulum attributum legamus iuxta illō pſ.lxxxvi. Fundamenta eius in montib⁹ ſanctis. glo.i.in apoſtolis. Et Apo.xxi. dicatur. Mur⁹ ciuitatis.i.eccle hn̄s fundamenta.xij. ⁊ in ipſis.xij. nomina.xij. apoſtolorum. Et hoc quia omnes apoſtoli fundauerunt eccleſiam in fide ⁊ doctrina xpi. Sicut fundauerat apoſtolus Paul⁹ qui dicebat.i.Corin.iij. Ut ſapiens architectus fundamentum poſui. glo. fidem xpi nō aliam. Nihilomin⁹ ſingulari quadam prerogatiua beatus petrus poſt xpm fuit ⁊ dictus eſt eccle fundamētū. Unde Mathei.xvi. ita xps ſingularit̄ petro loquit̄. Ego dico tibi petre q: tu es petrus ⁊ ſup hanc petram edificabo eccleſiā meā. Qō verbū ptractans btūs Hiero. in cōmentario ita inqt. Tu mihi dixiſti: tu es xps filius dei viui: ⁊ ego dico tibi ſermone nō caſſo ⁊ nullū opus habēte ſed dico tibi q: meu3 dixiſſe feciſſe eſt: q: tu es petrus. ſicut em̄ lumē apoſtolis donauit vt lumen mūdi appellarent: ⁊ cetera q̄ a dn̄o dicta ſunt vocabula: ita ⁊ ſymoni q̄ credebat in petram xpm. petre largit⁹ eſt nomē. ac ꝭm metaphorā petre recte dr̄ ei edificabo eccleſiā meā ſup te. ⁊ hoc eſt qō ſequit̄. ⁊ ſup hanc petram edificabo eccleſiā meā. hec Hiero. Percurrētes autē nos plures ſanctoꝝ patrū expoſitionēs ⁊ cōmētaria: inuenim⁹ multis rationib⁹ ſiue cōſiderationib⁹ nomē fundamēti ſiue petre petro cōuenientiſſime apertiſſimeq̄ attributū. Primo quidē rōne illius glorioſiſſime confeſſionis q̄ xpm pre ceteris omibus aplis xpm cōfeſſus eſt dicēs Math.xvi. Tu es xps filius dei viui. Confeſſio certe omni laude digna: in qua toti⁹ eccle fides offertur: vt inqt Augu. Xpm em̄ ⁊ deū verum ac hoiem veru3 cōfitet̄: vt inqt glo. Confeſſio certe ſalutifera ac neceſſaria: abſq̄ qua nullus celoꝝ regnū ingreditur: vt inqt glo. Hanc rōnē tangit btūs Maximus in ſmone aploꝝ petri ⁊ pauli qui incipit. Glorioſiſſimos xpiane fidei ꝓncipes: ita dicēs. Hic ē petrus cui xps dn̄s cōmunionem libēter indulſit. vt em̄ ſicut aplus Paul⁹ edocuit. petra aūt erat xps: ita p xpm petr⁹ factus eſt petra. dicēte em̄ dn̄o. Tu es petrus ⁊ ſup hanc petrā edificabo eccliam meā. Nam ſicut in deſerto iuſſu dn̄ico ſitienti ppl̄o aqua effluxit e petra: ita vniuerſo mūdo pfidie ariditate laſſanti de ore petri fons ſalutifere cōfeſſionis emerſit. hec ille. Et Leo ſanctiſſim⁹ in ſermone.ij. ordinatōis de hac petri cōfeſſione ita loquit̄. Tu es xpus filius dei viui. quotidie petr⁹ dicit ⁊ oīs lingua q̄ dn̄m cōfitet̄ magiſterio huiuſmodi vocis imbuit̄. Hec fides dyabolū vincit ⁊ captiuoꝝ eius vincula diſſoluit. Hec erutos mundo inſerit celo: ⁊ porte inferi aduerſus eā preualere nō poſſunt. Tanta em̄ diuinit⁹ ſoliditate munita eſt vt eā nec heretica vnq̄ corrūpere prauitas nec pagana potuerit ſuperare perfidia. Secūdo beatus petrus dictus eſt cōueniētiſſime eccle fundamentū q: ꝑmus in natiōibus fidei fecit fundamenta: vt inquit Ambro. in ca. Fidelior. l. diſ. Siue vt inquit btūs Anacletus in ca. In nouo. di.xxi. Primus ad fidē virtute ſue predica

tionis adduxit verboq; inſtituit. ipſe em̄ apl's
petrus p̄mos iudeos p̄mos gentiles poſt xp̄i
aſcenſionē ad xp̄i fidē conuertit. vnde die pē-
thecoſtes ob eius exhortatiōis verbū circiter
iudeoꝝ tria milia cōuerſa baptiſmi ſacramen
tum ſuſcepiſſe legunt̄. Act̄. c. ij. ac deinde cor-
neliū centurionē gentilē ⁊ ſuos q̄ſi gentiū pri
mitias baptizaſſe actuū hyſtoria teſtat̄. Ter
tio petrus dictus ē eccl'ie fundamentū ꝓpter
conſtantiā ſingularē ac inſuperabilē fidei fir-
mitatē. de quo btūs Leo papa tractās in ſer-
mone. i. cōſecratōis ſue illud Luc. xxij. Ecce ſy
mon ſathanas expetiuit vos: ita loquit̄. Com
mune erat om̄ib⁹ apl'is periculū de tēptatōne
formidinis ⁊ diuine ꝓtectiōis auxilio pariter
indigebant: qm̄ dyabolus oēs cupiebat elide
re ⁊ tamē ſpecialis a dn̄o petri cura ſuſcipitur
⁊ ꝓ fide petri ꝓprie ſupplicat̄ tanq̄ alioꝝ ſta
tus certior ſit futurus ſi mens principis victa
nō fuerit in petro. ergo oīum fortitudo munit̄
⁊ diuine grē ita ordinat̄ auxiliū vt firmitas q̄
per xp̄m petro attribuit̄ per petrū apl'is cōfe
ratur. Quarto btūs Petrus cōuenientiſſime
eccl'ie dicit̄ fundamentū: qm̄ alioꝝ oim fact⁹ ē
fundamentū ⁊ firmamentū. vn̄ dn̄s ait Luce
xxij. Tu aliq̄n cōuerſus confirma fratres tuos
Qd̄ verbū pertractās btūs Amb. li. i. homeli
arum. ⁊ habet̄ in ca. Fidelior. di. l. ita inq̄t. Fi-
delior factus ē petrus poſtq̄ fidē ſe perdidiſſe
defleuit atq; ido maiorē grāz repperit q̄ ami-
ſit. tanq̄ em̄ bonus paſtor tuendū gregē acce-
pit: vt q̄ ſibi ante infirmus fuerat fieret oib⁹
firmamentū: ⁊ q̄ ſe interrogatōis temptatiōe
mutauerat ceteros fidei ſtabilitate fundaret.
hec ille. Item Theophilus tractans prefatuz
verbū Confirma fratres tuos ita inquit. Hoc
em̄ decet te qui mecū robur es ⁊ petra eccleſie
Item Criſo. ſup illo verbo Math. xvi. Tu es
petrus ⁊c. ita ꝓpoſito noſtro alludit ſic dicēs.
Uide qualiter xp̄s reducit petrū ad excelſam
de ipſo intelligentiā: hec em̄ ꝓmittit que ſunt
ꝓpria dei ſolius. ſ. ſoluere pctā ⁊ eccleſiā imu-
tabilē ſiue nō ꝯuertibilē inter tot pſecutionū
⁊ tempeſtatū procellas facere. Ad idem btūs
Hilarius ſup eodē verbo ita loquit̄. Eſt autē
in nūcupatione noui nōis felix eccleſie funda
mentū digna edificatiōe illius petra que infe
ri leges ⁊ tartari portas ⁊ om̄ia clauſtra mort̄
diſſolueret. hec ille. Item Damaſus papa ſcri
bens ſtephano archiepiſcopo ſic inquit ad ꝓ-
poſitum. Sitis fratres chariſſimi firmamētū
a deo fixum ⁊ immobile atq; titulum luciditſſi
mum ſuorum ſacerdotum: id eſt omniū epiſco
porum apoſtolicā ſedem eſſe conſtitutā ⁊ ver
ticem eccleſiarū. tu es em̄ ſicut diuinū ꝓnun-
ciat veraciter verbum: petrus ⁊ ſuper firma-
mentū tuū eccl'ie columne que epiſcopi intel-
ligunt̄ confirmate ſunt. ⁊ tibi claues regni ce
lorum cōmiſi atq; ligare ⁊ ſoluere poteſtatem
⁊ que in celis ſūt ⁊ q̄ in terris ꝓmulgaui. hec il
le. Item Leo papa in ſermone. iij. ordinatiōis
ſue pertractās illud Math. xvi. Et ego dico
tibi q2 tu es petrus ⁊c. ita pulchre ad ꝓpoſitū
loquit̄. Ego dico tibi. hoc eſt: ſicut tibi pat̄ me
us manifeſtauit diuinitatē meā: ita ⁊ ego no-
tam facio tibi excellētiā tuā: q2 tu es petrus. i.
cū ego ſim inuiolabilis petra: ego lapis angu
laris q̄ facio vtraq; vnū ego fundamentū pre-
ter qd̄ nemo pōt ponere aliud: tu quoq; petra
es q2 mea virtute ſolidaris vt que mihi ꝓtāte
ſunt ꝓpria: ſint tibi mecū participatōe cōmu-
nia: ⁊ ſup hanc petrā edificabo eccl'iaz meam:
⁊ porte inferi nō preualebūt aduerſus eam: ſu
per hanc inq̄t fortitudinē eternū extruā tem-
plum ⁊ eccl'ie mee celo inſerenda ſublimitas
in huius fidei firmitate cōſurget. hec ille. Ad
idē eſt beatus Grego. papa in ep'la ad ſyracu-
ſanū ep̄m. Quis neſciat ſctām eccleſiā in apo
ſtoloꝝ p̄ncipis ſoliditate firmatā: qui firmita
tem mētis traxit in nomine vt petrus a petra
vocaret̄ cui veritatis voce dicitur. Tibi dabo
claues regni celoꝝ. Item Paſce oues meas.
Itaq; cū multi ſint apoſtoli ꝓ ipoꝝ p̄ncipatu
ſola aploꝝ p̄ncipis ſedes in auctoritate cōua
luit. Quinto eccl'ie fundamentum petrus di
ctus eſt ꝓpter eius cathedre inſuperabile ma
giſteriū: in qua vt in ca. In ſede. ⁊ in ca. Hec ē
fides. xxiij. q. i. habet̄. extra maculaz ſemp eſt
catholica ſeruata religio. Quocirca beatus
Hiero. in ca. Qm̄ vetus. Ibidē clamat cathe-
dre petri cōmunione conſocior: ſup illā petraz
eccleſiā fundatā ſcio: quicunq; extra hanc do-
mum agnū comederit ꝓphanus eſt: qui in ar-
cha non fuerit peribit regnāte diluuio. Et Cy
prianus qui cathedrā petri ſupra quā funda-
ta eſt eccl'ia deſerit: in eccl'ia eſſe nō confidat.

Sexto petrus eccl'ie fundamentū dictus eſt
rōne ſui p̄matus: cuius ſedis auctoritas quod
dam fundamentū eſt eccleſie vt dicit ſanctus
Tho. in fine. ij. lib. ſentētiarū. Sedes em̄ petri
p̄ma eſt a xp̄o ⁊ ſup xp̄m fūdata. vt in ca. Oēs
di. xxij. a qua ipſa vniuerſi ordinis eccleſiaſtici
diſpoſitio pendet ac totius eccleſiaſtici edifi-
cij altitudo poſt xp̄m conſurgit. Ipſa em̄ eſt q̄
vt ait Nicolaus papa in ca. Omnes. diſt. xxij.
Oēs ſiue patriarche in cuiuſlibz apicem ſiue
metropoleon p̄matus aut archiepiſcopatuuz
cathedras vel eccleſiarū cuiuſcūq; ordinis di-
gnitatē inſtituit ac fundauit. illam vero ſolus
ipſe fundauit ⁊ ſupra petrā fidei mox naſcent̄

ererit q̄ beato petro eterne vite clauigero ter-
reni ſimul ⁊ celeſtis imperij iura cōmiſit. Et h̄
modo videtur intelligendū illud qḋ Damaſus
in ſermone de transfiguratione reſpōdens pe-
tro dicēti. Bonū eſt nos hic eſſe faciamus hic
tria tabernacula. dicit. Non te dn̄s tabernacu-
lorum ſed vniuerſalis eccleſie ꝯſtructorem cō-
ſtituit. Quocirca vt beatus Aug. in ſermone
quodā qui legitur in feſto cathedre ſancti pe-
tri inquit. Recte eccleſie natale ſedis petri co-
lunt quā apoſtolus pro eccleſiarū ſalute ſuſce-
pit dicente dn̄o. Tu es petrus ⁊ ſup̲ hanc pe-
tram edificabo eccleſiā meam. Petrum itaq̄
fundamentū eccleſie nominauit: ⁊ ideo digne
hoc fundamentū eccleſia colit ſupra quod edi-
ficij altitudo conſurgit. hec Aug. Item idem
beatus Aug. in ſermone quodā apoſtoloꝝ pe-
tri ⁊ pauli q̄ de btō petro loquēs ita inq̄t. Pe-
trus audire meruit: amen dico tibi q: tu es pe-
trus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiaꝫ
meam. Dignus certe qui edificādis in domo
dei populis lapis eſſet ad fundamenta: colū-
na ad ſuſtentaculū: clauis ad regnū. Item idē
Aug. ⁊ habetur in. c. pudēda. inquit. xxiiij. q. i.
ꝙ eccleſia eſt fundata in radice apoſtolice ſe-
dis. Septimo beat⁹ Petrus dictus eſt fun-
damentum eccleſie ratione irrefragabilis fir-
mitatis iudicioꝝ ſue apoſtolice ſedis. De quo
Origen. in glo. ſup illud Mat. xvi. Quodcun-
q̄ ligaueris ⁊c. dicit ſic. Uide quantā poteſta-
tem habet petra ſupra quā edificat̄ eccleſia vt
etiā iudicia eius maneant firma quaſi deo iu-
dicante per ipſam. Item Maxim⁹ in ſermōe
apl̄oꝝ petri ⁊ pauli qui incipit. Beatiſſimorū
apoſtolorum ⁊c. de hoc ita inquit. Quid etiam
de petro referā cuius eſt a deo tanta approba-
ta iuſticia tantaq̄ ei attributa eſt poteſtas iu-
dicandi vt in arbitrio eius poneret̄ celeſte iu-
dicium? perſpicite ergo ⁊ eſtimate quanto ſit
nobis Petrus apoſtolus honore reuerendus
cuius ſententiam in terris prolataꝫ ſempiter-
ni iudicis equitas nō repellit. Et beat⁹ Ber-
nar. in ſermone quodā apoſtolorum Petri et
Pauli qui incipit. Petrus apoſtolorum prin-
ceps vnus eſt quē ꝑnobilitāt ſingulariꝑmat⁹
īſignia: clauicl̄ari⁹ regni: celoꝝ ligua: fidei fun-
damentū. cōſummatus honor: ⁊ dignatio glo-
rioſa. hominē in terris poſitum in celis impe-
rare ⁊ iter angeloꝝ choros iudiciarie poteſta-
tis exercere virtutem ⁊ in terra ligādi ⁊ ſoluē-
di: nullus angelorum poſſidet. adeſt petrus et
ad eius arbitrium vniuerſitas orbis ligatur ⁊
ſoluit̄: ⁊ precedit petri ſententia ſententiaꝫ re-
demptoris. quia nō qḋ xp̄s hoc ligat petrus:
ſed quod petrus hoc ligat xp̄us. ipſo ad ipſum
atteſtante Quodcūq̄ ligaueris ⁊c. O q̄ po-
tens dignitas. q̄ digna potētia: iudicabit pe-
trus ⁊ om̄ipotēs petri iudicia cōfirmat: ⁊ eſt
in manu petri manus altiſſimi. ſoluſq̄ ille effi-
citur familiaris xp̄i qui petri familiaritatem
habuerit. hec ille.

Capitulum. xviij. in quo aduerſarioꝝ obiectōes que-
dam ponūtur contra hoc quod dictū eſt ꝙ petrus apl̄s
eccl̄ie catholice fundamentū vere dictus ſit.

# Aduerſarij prima — Capl̄m. XVIII

tus apoſtolici hoſtes ſanctoꝝ pa-
trum doctrinis nō conſentientes
aliū q̄ xp̄m dici eccl̄ie fundamentū nō ferētes
auſiq̄ dicere ꝙ beat⁹ petr⁹ vere nō fuerit dicē-
dus fundamentū eccl̄ie talib⁹ nitunt̄ ꝓbare
rōnib⁹. Primo ſic. i. Cor. iij. paulus apl̄s in- Argumētū p̄mū
quit. Unuſquiſq̄ videat quō edificet. funda-
mentuꝫ em̄ aliud nemo ponere pōt pret̄ illud
quod poſitū eſt xp̄us ieſus. ergo manifeſte ap-
paret ꝙ null⁹ alius pōt veraciter poni funda-
mentū eccl̄ie. Secūdo in glo. interli. ſup illḋ Secundum
Math. xvi. Tu es petrus: habet̄ ſic. A me pe-
tra ita tamē vt mihi retineā fundamēti digni-
tatē: ⁊ tu ſup me ordinabis lapides mūdos ⁊
abijcies leproſos. Ecce ꝙ xp̄s retinet ſibi di-
gnitatē fundamēti. ergo ſequit̄ ꝙ nec petrus
nec alius apl̄s fundamētū eccl̄ie dicendus ſit
Tertio idem arguit̄ ex expoſitiōe quā beat⁹ Tertium
Augu. ponit in de verbis dn̄i homel̄. xiij. vbi
tractās illud Math. xvi. ita inq̄t. Tu es ergo
inquit petr⁹ ⁊ ſup hanc petrā quā cōfeſſus es
edificabo eccl̄iaꝫ meā: ſup me edificabo te: nō
me ſup te. Et ſup Joh. dicit. Non ſup petram
petrū: ſed ſup petrā xp̄m edificaſſe eccl̄iam: er-
go idem qḋ prius. Quarto ſic. vnius edificij Quartum
nō eſt niſi vnū fundamentū: ſed eccl̄ie edifici-
um vnū eſt: cū eccl̄ia vna ſit: ergo ſequit̄ ꝙ il-
lius vnū tm̄ ſit fundamētū danduꝫ. ſ. xp̄s ⁊ nō
plura. Quinto ſic. fundamēti nō ē aliud fun- Quintum
damentū: q: ſic eſſet proceſſus in infinitū: ſed
petrus habet fundamentū ſui. ſ. xp̄m: pꝫ ex di-
ctis beati Aug. ergo ip̄e nō pōt dici alteri⁹. ſ.
eccl̄ie fundamētū. Sexto ſic. fundamētū eſt Sextum
prius eo cuius eſt fundamentū: ſed petrus nō
poteſt dici prior eccl̄ia q̄ ab ipſo abel iuſto di-
citur incepiſſe. ergo ſequit̄ ꝙ petrus nullo mo-
do pōt dici vere fundamentū eccleſie.

Capitulū. xix. In quo reſpondet̄ ad ſuperiores obie-
ctiones aduerſariorum.

# Non parum certe — Capl̄m XIX

admirandum eſt ꝙ aduerſarij int̄
tot ſanctoꝝ patrum luminaria. ſ.
ſplendiſſima teſtimonia tanta cecitate labo-
rant: vt petrum apoſtolū preſumāt fundamē-

tum eccleſie negare: nihilominus tamẽ reſpõ-
Ad primum deamus ad rationes eoꝝ. Ad p̄mã que ſumi-
tur ex apoſtolo. i. Coꝝ. iij. reſpondetur ꝙ xp̄us
eſt p̄mũ ⁊ precipuũ fundamẽtũ eccleſie: vtpo-
te a quo eccleſia p̄ncipaliter depender ⁊ ſuſtẽ-
tatur: ⁊ preter hoc fundamentuʒ nemo poteſt
aliud ponere tanꝗ p̄mũ ⁊ p̄ncipale: nihilomi-
nus apoſtoli ſecundario dicti ſunt fundamen-
ta: ⁊ inter eos p̄ncipaliter ⁊ maxime btũs pe-
trus vt viſum eſt ſupra. Unde apl'us Paulus
vt beatus Dionyſius teſtatꝛ: fertur dixiſſe bea-
to petro verſus mortẽ. Pax tecũ fundamentũ
eccleſiarũ paſtor ouiũ xp̄i. vnde ly preter in au-
ctoritate apl'i magis videtꝛ nota anthonoma-
ſie ꝙ ſit nota excluſionis: ſicut ibi. Tu ſolus ſã-
ctus. Huiꝰ ſentẽtie eſt doctor egregius Aug.
ſup pſ. lxxxvi. ita di. Ut noueritis ꝙ fundamẽ-
tum xp̄s ſit p̄mũ ⁊ maximũ. fundamentũ inq̄t
apl'us. nemo põt ponere aliud preter id qđ po-
ſitum eſt qđ eſt xp̄s ieſus. quõ ergo fundamẽ-
ta ꝓphete ⁊ apl'i: ⁊ quõ fundamẽtuʒ xp̄s ieſus
quo vlterius nihil eſt: quõ putamꝰ niſi quẽad-
modũ aperte dicitꝛ ſanctꝰ ſanctoꝝ ſic figurate
fundamentũ fundamentoꝝ. ſi ergo ſacramen-
ta cogites xp̄s ſctũs ſanctoꝝ: ſi gregẽ ſubditũ
cogites xp̄us paſtor paſtoꝝ. ſi fabricã cogites
xp̄s fundamentũ fundamentoꝝ. hec Aug. Et
Ad ſecundum idem ponitꝛ in glo. ad Ephe. iij. Ad ſecundã
rõnẽ que ſumitꝛ ex glo. interli. Math. xvi. licʒ
pateat reſponſio ex dictis: dicimus ꝙ verũ eſt
ꝙ xp̄s reſeruauit ſibi dignitatẽ p̄ncipalis fun-
damenti: ſed hoc nõ obuiat quin petrus ſecun-
dario fuerit fundamentũ. Uerũ ꝓ ampliori in-
telligentia huiuſmodi materie eſt ſcienduʒ ꝙ
fundamentũ dicitꝛ dupliciter. Uno modo id cui
adheret p̄ma pars edificij qđ tamẽ nõ inclu-
ditur in edificio: ſicut terra ſolida vel petra ſi-
ue rupis. Alio modo põt dici fundamentũ pri-
ma pars ipſius edificij ſupra quã reſiduũ edifi-
cij fundatur. Primo modo fundamẽtũ qđ ſcʒ
ſuſtentat totũ edificiũ eſt xp̄s: ⁊ hoc modo di-
cti fundamenti dignitatẽ retinuit ſibi xp̄us.
Sed fundamẽtũ ſecũdo modo dictũ bene cõ-
uenit alijs ſcʒ apoſtolis. Unde de vtroqʒ hoꝝ
dicitꝛ Eccl'i. xxvi. Fundamẽta eterna ſupra pe-
tram ſolidam. ⁊ inter apl'os maxime hoc mo-
do competit beato petro ⁊ ſedi eius: ⁊ ita glo.
Ad tertium illa nõ obſtat. Ad tertiã rationẽ que ſumitur
ex dictis Aug. reſpõdetꝛ: ꝙ etiã beatus Aug.
vt ſuperius patuit fuit alterius ſententie: vi-
delicet ꝙ petrus fundamentũ fuerit eccl'ie ſu-
per quod ipa eccleſia fundata ſit. qđ ipe teſta-
tur ꝙ in illo tanꝗ in petra fundata ſit eccleſia
in lib. retractationum. ca. ij. vbi ita dicit. Dixi
quodaʒ loco de apoſtolo petro ꝙ in illo tanꝗ
in petra fundata ſit eccleſia. Qui ſenſus etiã
cantatꝛ ore multoꝝ in verſibus beatiſſimi Am-
broſij vbi de gallo gallinatio ait. Hoc ipſa pe-
tra eccleſia canente culpam diluit: ſed ſcio me
poſtea ſepiſſime ſic expoſuiſſe qđ a dño dictuʒ
eſt. Tu es petrus ⁊ ſup hanc petraʒ edificabo
eccleſiã meã. vt ſup hunc intelligeretꝛ quẽ con-
feſſus eſt petrus dicens. Tu es xp̄us filius dei
viui: ac ſi petrus ab hac petra appellatus per-
ſonã eccl'ie figuraret que ſup hanc petrã edifi-
catur. nec dictũ eſt illi. tu es petra: ſed tu es pe-
trus. petra aũt erat xp̄s. Harũ aũt ſentẽtiarũ
que ſit ꝓbabilior eligat lector. hec ille. Ueruʒ
vtraqʒ ſententia ſiue expoſitio poteſt habere
locum ⁊ ſimul ſtare vt dicamus ꝙ ſupra xp̄m
petrã p̄mo ⁊ p̄ncipalitꝛ edificatꝛ eccl'ia. Secũ-
dario vero ſupra petrũ vt ſupra expoſuimus.
Unde ipe Aug. in ſermone de transfiguratõe
dñi ita loquitꝛ. Mi ꝯuenientꝛ petra petro reſpõ-
dit. Et ego dico tibi petre q: tu es petrus ⁊c̄.
q. d. ſuper me edificabo te qui figurã eius ge-
ris eccleſie que in te edificatꝛ ſup me. hec Aug.
Uerũ ſiquis conſiderat bene ſeriẽ littere illiꝰ
Math. xvi. Tu es xp̄s filius dei viui: ⁊ ego di-
co tibi q: tu es ⁊c̄. iuxta ſentẽtias Criſoſtomi
Hilarij Hieronymi Theophili Origeñ. Am-
broſij ⁊ Leonis pape que ſuperiꝰ inducte ſunt
videtꝛ ꝙ ad litterã auctoritas illa Math. xvi.
de beato petro accipienda ſit: quoniaʒ vt ar-
guit Richardus in queſtionibus armenorum
lib. vij. c. xi. ⁊ bene iuxta ſeriẽ littere petro pri-
mo ⁊ ſingulariter cõfitenti. tu es xp̄s filiꝰ dei
viui. volẽs xp̄s ꝓ tanta cõfeſſione aliquid no-
tabile recõpenſare reſpõdit. Beatus es ſymõ
bariona: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit ti-
bi ſed pater meus qui eſt in celis. ⁊ ego dico
tibi q: tu es petrus ⁊ ſup hanc petrã edifica-
bo eccleſiã meaʒ ⁊c̄. Unde videtur predicare
petrũ debere fore fundamentũ ſue eccleſie: q:
alias eſſent impertinẽtia ſequẽtia ipſis precedẽ-
tibus. non em̃ videntꝛ ſibi pertinere: ego dico
tibi q: tu es petrus. ⁊ qđ ſequitꝛ: ſup hãc petrã
ſcilʒ ſup xp̄m edificabo eccleſiã meã. Unde ꝙ
hoc qđ dictũ eſt: ⁊ ſup hanc petram edificabo
eccleſiã meã de petro intelligendũ ſit. hoc ma-
nifeſte oſtẽdũt auctoritates ſanctoꝝ inducte
in ca. xvij. maxime illa Criſo. ⁊ illa beati Leo-
nis pape. Ad quartam rationẽ cum dicitur: Ad quartum
ꝙ vnius edificij ⁊c̄. reſpõdetꝛ ꝙ verũ eſt de p̄n-
cipali fundamẽto: ſecũdaria vero poſſunt eſſe Ad quintum
plura: ⁊ ita eſt in ꝓpoſito. Ad quintam cum
dicitur ꝙ fundamenti non eſt fundamentum
reſpondetur: ꝙ licet non cuiuſlibet fundamẽ-
ti ſit aliud fundamentũ quia p̄mi ⁊ p̄ncipalis
fundamẽti non eſt aliquod aliud fundamẽtũ:

nihilominus ſecūdarioꝝ fundamentoꝝ bene eſt aliud fundamentū ſcꝫ ꝓmū ⁊ ꝓncipale. petrus aūt apl's non ponit ꝓmū ⁊ ꝓncipale fundamentū eccl'ie ſed xp̄s: qui vt patꝫ ex Augu. in reſpōſione ad ꝓmā rōnē nō modo dicit fundamentū: ſed fundamētoꝝ fundamentū. Ad

Ad ſextum ſextam rōnē cum dicit ꝙ fundamentū eſt ꝑus eo cui⁹ ⁊c. dicēdū, ꝑut etiā ex ſuꝑapoſitꝭ ſctōꝝ patrū ſentētijs dicētiū btm̄ petrū fūdamētuꝫ eccl'ie colligere poſſum⁹ dupl'r loq̄ poſſum⁹ de fundatōe eccl'ie. Uno modo quātū ad fidē ⁊ ꝑfectū virtutū. de qua dicit ad Ephe. ij. in quo glo. in xp̄o. oīs edificatio. glo. tam de gentib⁹ q̄ de iudeis. cōſtructa. glo. in fide. creſcit. glo. per augmētū virtutū in templū ſanctū in dn̄o Alio modo poſſum⁹ loqui de fundatōne eccleſie quantū ad ꝑtātem iuriſdictiōis eccleſiaſtice ꝑut ſtructura eccl'ie conſurgit ꝫm diuerſos ipius ꝑtātis gradus ꝫm quos quidā quantuꝫ ad ipaꝫ poteſtatē ſunt infimi vt curati: quidā medij vt ep̄i: quidā vnus ſolus ſummus ē ſicut papa. Et de vtroq; modo fundatōis pōt intelligi illud verbū Math. xvi. Secūdū em̄ ꝓmū dicit petrus fundamētū eccl'ie inter alias rationes: q: in eius fide ⁊ confeſſione vt inquit Hieronī. ⁊ glo. Math. xvi. edificata ē eccl'ia. Scd̄m ſecundū vero modū intelligēdi petrus dicit eccl'ie fundamentū inquantū ipe ꝓmus in eccl'ia ꝓncipatum eccleſiaſtice ꝑtātis obtinuit dicente ſibi dn̄o. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Unde beat⁹ Cyprian⁹ ⁊ habet in ca. Loquit dn̄s. xxiiij. q. i. Loquit dn̄s ad petrū dicens. Ego tibi dico q: tu es petrus ⁊ ſuper hanc petrā edificabo eccl'iam meā. ſuꝑ vnum edificat eccl'iam. His preſuppoſitis reſpōdet ad rōnē ſic. ꝙ ſi loquimur de fundatōne eccl'ie in fide xp̄i: licet eccl'ia prius abſolute fuiſſet q̄ petrus cōfeſſus fuiſſet xp̄m di. Tu es xp̄us ⁊c. cū multi forent ante credentes ſcꝫ ipe petrus ⁊ alij ap'li: nihilomin⁹ tamē ipſe petrus quātū ad eos q̄ credituri erant per verbū predicationis illi⁹ in xp̄m prior erat ipa eccl'ia. vnde ſic prius dictū eſt in ca. xvij. ex dicto beati Amb. ipe petrus ꝓmus in nationib⁹ fidei fundamēta poſuit. et vt dicit Anaclet⁹ prim⁹ ad fidem populū virtute ſue predicatōnis adduxit. Si vero loquamur de fundatione eccleſie quātū ad poteſtatē eccleſiaſticā eo modo quo ſuperius diximus eccl'ia nō videt prior fuiſſe petro: cuꝫ fundatio huiuſmodi eccl'ie facta fuerit in petro. qm̄ vt ait ſanct⁹ Anaclet⁹ in ca. In nouo. diſt. xxi. In nouo teſtamēto poſt xp̄m dn̄m a petro ſacerdotalis cepit ordo: q: ipi ꝓmo pōtificatus in eccl'ia xp̄i datus eſt dicēte dn̄o ad eum. Tu es inquit petrus ⁊ ſuper hanc petraꝫ edificabo eccleſiā meam. Ex his manifeſte cōfunditur error dicentiuꝫ ꝙ non magis petrus q̄ ceteri apoſtoli dicendus fuerit fundamentum eccleſie chriſti.

Capitulū. xx. Qz beatus petrus caput fuerit ſancte ⁊ vniuerſalis eccleſie.

Capl'm XX

Cum autem fundamentū in ſp̄ualibus nō ſit in imo vt in corporali edificio ſed in ſummo exiſtet: oſtenſo ꝙ beatus petrus eccl'ie dei fundamentū fuerit: clariſſime arguit ꝙ etiā caput fuerit eccleſie. Un̄ beatus Hiero. in lib. de obitu ſiue ortu ſanctorum noui teſtamenti ſic ait. Petrus in xp̄o eccleſie firmamentū cephas corpis xp̄i ꝓnceps ⁊ caput eſt. Preterea ꝙ beat⁹ petrus caput eccl'ie a xp̄o inſtitutus fuerit ex illo imprimis aptiſſime colligit ſaluatoris verbo quo inq̄t. Tu vocaberis cephas. Joh. i. Cephas em̄ licꝫ ꝫm vnā linguā interpretet petrus: nihilominus ꝫm aliā: vt ſanct⁹ Anaclet⁹ in ca. In nouo. di. xxi. Et btūs Iſido. vij. ethimol. ca. iij. volunt: caput ſonat. Cephalym em̄ grece: caput latine dicit. Secūdo hoc idē habet teſtimonio beati Criſo. qui tractās illud Joh. xxi. Symon iohānis paſce oues meas: dicit ſic. Preteriēs aūt alios petro loquit. eximius em̄ apoſtoloꝝ erat petr⁹ os diſcipuloꝝ ⁊ vertex collegij. Tertio ad idem qđ btūs Augu. in lib q. noui ⁊ veteris teſtamēti. vbi reſpondens illi queſtioni. Cur ſaluator tm̄ pro ſe ⁊ petro ſolui didragma iuſſit ita dicit. Saluator cū pro ſe ⁊ petro dari iuber didragma ꝓ omib⁹ ſoluiſſe videtur: q: ſicut in ſaluatore erant oēs cauſe magiſterij: ita ⁊ poſt ſaluatorē in petro oēs continentur: ipm̄ em̄ cōſtituit caput eoꝝ vt paſtor eſſet gregis dn̄ici. hec Aug. Quarto idem teſtatur idē btūs Augu. in ſermone quodā paſſionis dn̄i. vbi aſſignās rōnē quare de⁹ ꝑmiſerat petruꝫ eū negare ita dicit. Ideo diuine ꝓuidentie ſecretū ita temperauit atq; permiſit vt ꝓmus ipſe laberet atq; rueret in peccatum quo erga peccātes duriorē ſentētiā ꝓprij caſ⁹ intuitu temperaret. Quātū igitur diuini muneris erga ſalutē hoīm: quantū cure: quantuꝫ ſollicitudinis impendatur aduertite: totius corporis morbum in ipſo capite curat ⁊ in ipo vertice cōponit membroꝝ oīm ſanitatē; ⁊ in ipſa confeſſionis xp̄i crepidine in ipſo immobilis fidei fundamento. in petro dico ſcꝫ illo qui dixerat: etiam ſi me oporteat mori non te negabo. Hic eſt petrus qui diuina reuelatione prior omniū veritatem meruit cōfiteri di. Tu es xp̄us filius dei viui. hec Augu. Ecce ꝙ

beatus Augu. petrū vocat ⁊ caput ⁊ verticē eccl'ie necnō immobilis fidei fundamentum. Quinto ad idem eſt teſtis illuſtris Calixtus papa in ca. Non decet. di. xij. vbi dicit vniuerſalis eccl'ie caput eſſe romanā eccl'iam. Idem etiā Iuſtinianus ponit in. l. inter claras. C. de ſum. tri. vbi papā caput vocat omniū eccleſiarum. Sexto hoc idem rōne ꝓbari poteſt ſic. Quilibet rector cuiuſcūq; cōmunitatis dicit᷑ caput illius. vnde reges ſiue preſidētes in cōmunitatibꝰ ſecularibꝰ ꝓpter excellētiā auctoritatis dicunt᷑ capita populoꝝ ſuoꝝ. ſm illud Amos. vi. Optimates capita populoꝝ. vnde etiā dn̄s per ſamuelē ait ad ſaulē. Cum eſſes paruulus in oculis tuis caput in tribubꝰ iſrl' factus es. cū ergo petrus cōſtitutus fuerit rector ⁊ paſtor vniuerſalis eccl'ie: vt ſuperiꝰ ampliſſime oſtenſum eſt: patꝫ manifeſte ꝙ beatꝰ petrus veraciter caput fuerit eccl'ie vl'is ⁊c̄.

Capitulū. xxi. In quo aduerſarioꝝ ponunt᷑ obiectiones contra hoc qd̄ dictum eſt ꝙ beatus petrus caput fuerit vniuerſalis eccleſie.

Capl'm XXI

Ex aduerſo veritatis ⁊ apoſtolici ꝑncipatus aduerſarij negant beatū petrū apoſtolū ⁊ eius ſucceſſorē caput fuiſſe ſancte eccl'ie catholice aut eſſe. Inducunt autē in ſuoꝝ erroꝝ fauorem rōnes ſequentes

Argumētū pmū qd̄ cū ſequentibꝰ ſoluet᷑ ifra. c. xxiij.

Primo ſic. capitis non eſt caput: ſed petri ⁊ ſucceſſoꝝ eius xp̄s eſt caput: cum ſit caput ſuper oēm eccl'iā. ad Ephe. i. ergo ſequit᷑ ꝙ nec petrus nec ſucceſſor illius pōt dici caput eccleſie.

Secūdum

Secūdo ſic. vnius corporis vnū eſt caput: ſed corpus eccl'ie eſt vnū dicente aplo ad Rom. xij. Multi vnū corpus ſumꝰ: ⁊ huiꝰ corporis xp̄s eſt caput: vt teſtat᷑ apl's ad Colo. i. ergo nec petro nec ſucceſſori ſuo cōuenit eſſe caput corporis eccl'ie.

Tertium

Tertio ſic. Xp̄us ē caput eccleſie ⁊ ſufficientiſſimū: ergo videtur ꝙ ocioſum ⁊ fruſtra ſit aliud quodcunq; detur: ⁊ ita nō videt᷑ dicendū ꝙ beatus petrus aut ſucceſſor eius ſit caput eccl'ie.

Quartum

Quarto ſic. ſicut in capite corporis animalis eſt plenitudo ſenſuum. vigent eñ in eo oēs ſenſus interiores ⁊ exteriores: cū in ceteris membris ſolus ſenſus tactus ſit: ita in capite eccl'ie eſſe debet. Vnd̄ de xp̄o eccleſie capite dicit᷑ Ioh. i. Vidimꝰ eū plenū gratia ⁊ veritate: ſed in btō petro nec in ſucceſſoribus eſt plenitudo ſenſuū ſpūaliū: ergo nō poteſt dici caput eccl'ie.

Quintum

Quinto ſic capitis eſt influere ſenſum ⁊ motuꝫ: ſed nec a beato petro nec eius ſucceſſore influit᷑ mēbris eccl'ie ſenſus fidei ⁊ motus charitatis: cuꝫ ab ipſo non redundet gratia in corpus eccl'ie: ergo ei nō eſt attribuendū nomē capitis.

Sextum

Sexto ſic. ſi petrus fuiſſet caput eccleſie ab ipſo inter ceteros deriuata eſſet poteſtas ſpūalis: ſed hoc non eſt. Tum q: nō ipſe ſolus recepit claues: ſed tota eccleſia in ipſo qui ſignificabat eccl'iam: vt habet᷑ in ca. Quodcūq;. xxiiij. q. i. Tum q: oēs apoſtoli cū eo eque ꝑncipalit᷑ ptātem a xp̄o ſuſceperint. Math. xviij. Amē dico vobis quecūq; alligaueritꝭ: ergo ⁊c̄.

Septimum

Septimo ſic. ſi petrus fuiſſet caput eccl'ie videt᷑ ꝙ ab ipo veniſſent denominādi fideles vt videtur: ſed a petro nō denominant᷑ fideles petrini ſed a xp̄o xp̄iani. vt dicit Aug. de verbis dn̄i homel. xiij. ergo ⁊c̄.

Octauum

Octauo arguitur ſic corporis ad caput eſt neceſſaria connexio: ſed ad petrū ⁊ ad eiꝰ ſucceſſores eccl'ie corpus nō habet neceſſariā cōnexionē: pꝫ q: eccl'ia quandoq; ſtetit ſine petro ⁊ ſtat ſine eius ſucceſſore ſcꝫ quando decedit aut quādo papa efficit᷑ hereticus: ergo ⁊c̄.

Nonum.

Nono cōfirmando rōem factā ſic. capite ſeparato a corpore expirat corpus ⁊ priuat᷑ vita ⁊ motu: ſed petro aut eiꝰ ſucceſſore ſublatis per mortē a corpore militātis eccleſie corpus eccl'ie nō expirat ⁊ non priuat᷑ vita: ergo nec petro nec eius ſucceſſori competit eſſe caput eccleſie.

Capitulum. xxij. In quo improbat᷑ aduerſarioꝝ prefata ſentētia ⁊ oſtendit᷑ qualiter ratio capitis reſpectu eccl'ie petro cōuenerit ac eiꝰ ſucceſſori.

Capl'm XXII

Quod prefata aduerſarioꝝ ſentētia negantiū beatum petrum vniuerſalis eccl'ie caput fuiſſe erronea ſit: nō ſolum ex his que ſup induximꝰ in. xx. ca. verū etiam ex multis alijs ſanctoꝝ patrū teſtimonijs exploratiſſimū eſt. Ait eñ beatus Anacletus papa ⁊ martyr: vt habetur in ca. Sacroſācta. di. xxij. int᷑ beatos aplos quedā fuit diſcretio poteſtatis. licꝫ eñ omes eſſent apoſtoli: petro tamē cōceſſum eſt a dn̄o ⁊ ipi inter ſe voluerunt idipm vt reliqs omībus illis preeſſet apoſtolis ⁊ cephas. i. caput ⁊ ꝑncipiū teneret apoſtolatꝰ: q̄ etiā eādē formā ſuis ſucceſſoribꝰ ⁊ reliqs epis tenendā tradiderūt. hec ille. Item Marcellus papa ⁊ martyr vt habet᷑ in. ca. Rogamꝰ. xxiiij. q. i. ſcribens vniuerſis epis per antiochiā cōſtitutis ita inquit. Rogamꝰ fratres dilectiſſimi vt nō aliud doceatis nec ſentiatis ꝙ qd̄ a btō petro ⁊ reliquis apoſtolis ⁊ patribꝰ accepiſtis. ipſe eſt eñ caput totius eccleſie: cui ait dn̄s. Tu es petrus ⁊ ſuper hanc petrā edificabo eccl'iam meā. hec ille. Ex quibꝰ omībus nunc ⁊ ſuperiꝰ inductis apertiſſimuꝫ eſt aduerſarios grauit᷑ errare negantes beatum petrum fuiſſe caput eccleſie ſancte catholice. Quocirca rationabiliter papa Ioh. xxij. in extrauaganti que in-

cipit Licet ſm apoſtolum: Marſilium de padua ⁊ Johannem de ianduno tanꝙ̄ hereticos condemnauit: qui inter ceteros errores quos cõtra ſedem apoſtolicã dogmatizare preſumpſerunt dicunt ꝙ petrus aplꝰs non plus auctoritatis habuit ꝙ̄ alij apoſtoli habuerunt: ⁊ ꝙ aliorum apoſtolorum nõ fuerit caput. Item papa Martinꝰ quintꝰ in concilio Conſtantieñ. condẽnauit errores Johãnis hus: quorum inter alios iſte eſt vnus ſcʒ ſeptimus in ordine: ꝙ petrus nec eſt nec fuit caput eccľie ſancte catholice. Viſo ergo ꝙ iuxta catholice doctrine normã neceſſe ſit concedere beatũ petruʒ apoſtolum pro primatus ſui excellentia caput fuiſſe ſancte eccleſie catholice: ⁊ per cõſequens eius ſucceſſor: ſub xp̃o tamen qui ꝑncipale caput eſt eccleſie. oſtendendum eſt qualiter nomen capitis petro apoſtolo conuenerit ac eiꝰ ſucceſſori conueniat: quia qualiter xp̃o conueniat ſupra in lib. i. huius noſtre ſumme in ca. xlvi. explicauimus.. Pro quo notandũ iuxta ſanctuʒ Thomã in tertia parte. q. viij. arti. i. ꝙ ſicut tota eccleſia dicitur vnũ corpus myſticum per ſimilitudinẽ ad corpus naturale hominis ſm ꝙ diuerſa membra habẽt diuerſos actus: vt apoſtolus docet ad Romañ. xij. Et i. Corinth. xij. ita xp̃us ſiue etiam papa dicitur caput eccleſie ſm ſimilitudinem capitis humani. Inuenimus autẽ in capite hominis quattuor. Primo conformitatem nature cum alijs membris. Secundo ordinem: quia caput eſt prima pars corporis incipiendo a ſuperiori: ⁊ ita ſitum eſt ſuperius alijs membris. Tertio perfectionem: quia in capite viget plenitudo ſenſuum. Quarto virtutem influentẽ ceteris quia ab ipſo motus eſt ceterorum membroruʒ ⁊ gubernatio in ſuis actibus ꝓpter vim ſenſitiuam ⁊ motiuã ibi dominantẽ. Qualiter iſta quattuor cõpetant xp̃o ſupra libro ꝑmo expoſuimꝰ vbi eũ caput eccľie eſſe oſtendimꝰ. Jam oſtẽdamus qualiť petro aplõ ⁊ nũc eiꝰ ſucceſſori cõueniãt. Primo qdẽ petrus fuit cõformis nature alijs fidelibus: cũ hõ fuerit eiuſdẽ ſpeciei cũ eis. Secũdo ipſe in ordine apoſtolorum fuit ꝑmus: vnde ꝑmus annumeratꝰ legitur. Math. x. Et de ep̃o romano ſucceſſore ſuo dicit canon concilij conſtantini. vt deducit ſanctus Tho. in. iiij. diſt. xxiiij. Veneramur ſm ſcripturas ⁊ canonũ diffinitiones ſanctiſſimũ antique rome ep̃m ꝑmum eſſe ⁊ maximũ ep̃orum. Et Juſtinianus in auctẽticis de eccleſiaſticis. ti. coll. ix. inquit. Nemo eſt qui dubitat ſanctiſſimũ ſenioris rome papã primũ eſſe oĩm ſacerdotũ. Tertio in ip̃o ſolo inter alios fuit plenitudo ꝑtãtis: vtpote ĩ quo poſuit dñs totius eccleſie principatum. vt in. c. nolite. di. xi. dic̃ Juliꝰ papa. ⁊ cui ſoli inq̃t beatꝰ Chryſ. Xp̃s dedit qđ ſuũ eſt plenũ ⁊ qui ſolꝰ vocatꝰ ẽ in plenitudinẽ poteſtatis alijs vocatis in partem: vt in. c. decreto. ⁊ in. ca. qui ſe ſcit. ij. q. vi. Quarto ab ipſo eſt deriuata ꝑtãs iuriſdictionis in alios dicẽte Leone papa in. c. ita dñs di. xix. Huiꝰ muneris ſacramentuʒ ita dñs ad omniũ aplorum officiũ ꝑtinere voluit vt in beatiſſimo petro aplorum oĩm ſummo principaliter collocaret vt ab ip̃o quaſi quodã capite dona ſua velut in corpꝰ omne diffunderet. H ille.

Capitulũ. xxiij. In quo reſpõdetur ad obiecta aduerſariorum contra illud ꝙ beatꝰ Petrus fuerit caput eccleſie ſancte catholice.

Capľm. XXIII

Superioribꝰ bene notatis reſpondendũ eſt iam ad obiecta aduerſariorũ. Ad primũ cũ diciť ꝙ capitis nõ ẽ caput ⁊c̃. reſpondeť hoc eſſe verum de eo qđ eſt caput naturale alicuiꝰ corporis naturalis non autẽ de capite myſtico ſiue per ſimilitudinem dicto. ſicut em̃ ſanctꝰ Tho. in tertia ꝑte reſpõdens huic obiectioni ait. In metaphoricis locutionibus nõ oportet attendi ad ſimilitudinem ꝙ̄tum ad omnia: ſic em̃ nõ eſſet ſimilitudo ſed rei veritas. capitis ergo naturalis non eſt aliud caput: quia corpus humanum nõ eſt pars alterius corporis ſed corpus ſimilitudinarie dictuʒ vtpote aliqua multitudo ordinata eſt pars alterius multitudinis: ſicut multitudo domeſtica eſt pars multitudinis ciuilis. ⁊ ideo paterfamilias qui eſt caput multitudinis domeſtice habet ſupra ſe caput rectorẽ ciuitatis. per hunc modum dicit Apľs. i. Corin. xi. Omis viri caput xp̃s eſt: caput autem mulieris vir: caput vero chriſti deus. Et idem ad Ephe. v. Et ita dicenduʒ eſt in ꝓpoſito: ꝙ iſta ſtãt bene ſimul ꝙ papa ſit caput eccleſie ⁊ ipſius pape chriſtus ſit caput.

Ad ꝑmum argumẽtũ c. xxi. adductum.

Ad ſecundaʒ rationem cũ dicitur vnius corporis ⁊c̃. reſpondetur ſicut ad primã ꝙ aſſumptum illud verũ ſit de corpore naturali: nõ autẽ de corpore myſtico ſiue per ſimilitudinem dicto: quoniã vnius ⁊ eiuſdem corporis myſtici. i. alicuius vniꝰ multitudinis poſſunt eẽ plura capita ſubordinata tamen: ſicut multitudinis ciuilis eſt caput rector ciuitatis ⁊ etiam rex qui totius regni eſt caput ſupremum. Item licet mulieris caput ſit vir: vt inquit Apľs: nihilominus etiam xp̃s eſt caput mulieris fidelis qui caput ẽ totius eccleſie. Ita in propoſito vnius ⁊ eiuſdem corporis xp̃s eſt caput principale ⁊ papa etiam eſt caput ſubordinatuʒ tamen ſub chriſto eius vices gerens, differenter tñ multum

Ad ſecundum

ſuam romanus pontifex ha-
beat facile oſtenditur ex mul
tis. Primo ex illo Math. xvi. vbi chriſtus
ait petro ⁊ in eo ſucceſſoribus. Tibi dabo cla
ues regni celoruz ⁊c̄. Super quo verbo dicit
Cryſo. Filius dei vbiqꝫ terraruz petro conceſ
ſit poteſtatez ⁊ homini mortali omniũ que in
celo ſunt dedit auctoritatem vt poteſtate cla
uium eccleſiam amplificaret. Secundo ar-
guitur idem ex illo Ioh. vlti. vbi chriſtus lo-
quens Petro inquit. Simon iohannis paſce
oues meas. Ubi manifeſte cura totius eccl'ie
petro cõmiſſa eſt ⁊ in eo ſuis ſucceſſoribus a
xp̄o immediate cõmittitur. Super quo verbo
dicit beatus Cryſo. Paſce oues meas. i. loco
mei prepoſitus ⁊ caput eſto fratrum tuorum.
Tertio ratione ſic. In omni hierarchia pri
mum illius auctoritatem hierarchizandi in
ſequentes in eodem ordine capit ab eo q̇ ſim-
pliciter ⁊ primo prime p̄ſidet toti hierarchie.
Patet ex dicto beati Dioñ. dicentis. vi. cele-
ſtis hierarchie. Proprium eſt angelis prime
hierarchie eſſe circa deum. Quod non eſt in-
telligendũ quo ad beatitudinis participatio
nem: q2 ſic omnes angeli boni ⁊ omẽs ſancti
ſunt circa deũ: ſed quo ad receptionẽ illumia
tionũ: quas recipere immediate a deo ẽ ꝓpriũ
illis. Ergo pariformiter prim⁹ q̇ eſt in eccl'ia-
ſtica hierarchia que a celeſti eſt exemplata cu
iuſmodi eſt ſummus pontifex: dicẽdus eſt ca-
pere immediate a chriſto poteſtatẽ: ſm̄ quaz
vertex eſt ⁊ caput eccleſiaſtice hierarchie. cõ
ſequẽtia patet. Et hoc eſt quod dicit Leo pa-
pa. ⁊ habetur. xxiiij. q. i. cum beatiſſimus Pe-
trus apoſtolus a dño acceperit primatum.
Quarto ſic. Primã poteſtatẽ in vnoquoqꝫ
ꝑtãtiuo que neceſſario preſupponit ab alijs
ꝑtãtibus inferioribus illius ordinis neceſſe ẽ
dependere imediate ab auctoritate illius or-
dinis: patz de ſe. Sed ꝑtãs papalis eſt prima
in ordine eccleſiaſtico inter omẽs poteſtates

illius dicente beato Anacleto in ca. in nouo.
di.xxi. Petrus a chriſto ligandi ⁊ ſoluẽdi pri⸗
mus accepit poteſtatem: que poteſtas ſe ha⸗
bet ad reliquas ſicut mater radix et origo: vt
ex capi.loquitur.xxiiij.q.i.habetur. Et nos in
fra deo dante manifeſtum faciemus. Ergo ſe
quitur ꝙ pape poteſtas immediate ſit a deo
qui auctor ⁊ fundator eſt ordinis eccleſiaſtici
conſequentia patet. Quinto omnis illa po⸗
teſtas qua vtitur quis in regimine alicuius
cõmunitatis vt vicarius alterius deriuatur
immediate ab illo cuius vicarius dicit̃:patet
iſtud. Sed papalis poteſtas dicitur illa qua
ſummus pontifex vtitur in regimine cõmuni
tatis eccleſie vt vicarius xp̃i.ergo talis pote
ſtas in ſummo pontifice eſt immediate a xp̃o
cõſequentia patet. Sexto ſic. Papalis po⸗
teſtas non poteſt conferri ab homine. ergo a
ſolo xp̃o immediate confertur. conſequentia
patet,antecedens ꝓbat̃ ſic. Quia ſi conferre
tur ab homine vel ab ipſo hoĩe papa: vel a to⸗
ta cõmunitate vel a vicez eius habente. Non
autem confertur primo modo nec ſecundo. er
go ⁊c̃. Probatio minoris ꝙ non a papa patet
quia nullus poteſt ſibimet conferre poteſta⸗
tem iuriſdictionis. Qr vero nec a cõmunita⸗
te eccleſie poſſet conferri probatur ſic. Nulla
cõmunitas poteſt conferre poteſtatẽ ẜm quã
regitur a ſuo ſuperiori domino: cuiuſmodi do⸗
minium non dependet a conſenſu cõmunita⸗
tis. Sed poteſtas hec eſt huiuſmodi: quia po
teſtas papalis eſt poteſtas ẜm quam cõmu⸗
nitas chriſtiana debet regi a chriſto median⸗
te ſuo vicario: cuius dominiuz non pendet a
cõſenſu cõmunitatis chriſtiane.ergo ⁊c̃. Con
firmatur hec cõcluſio auctoritate. Primo Ni
colai pape qui ſcribens Mediolañ. in capi.
omnes.xxij.diſtin,ita dicit. Romanam eccle
ſiam ſolus ipſe ſcilicet chriſtus fundauit ⁊ ſu⸗
pra petram fidei mox naſcentis erexit qui be
ato petro eterne vite clauigero terreni ſimul
⁊ celeſtis imperij iura cõmiſit. Non ergo que
libet terrena ſubſtantia ſed illud verbuz quo
conſtitutum eſt celum ⁊ terra per quod deni⸗
ꝙ omnia condita ſunt elementa Romanam
fundauit eccleſiam. hec ille. Plures ad hoc
ſunt aliorum ſanctorum patrum auctoritates
apertiſſime: ſicut in. c.in nouo.⁊ in ca.quãuis
di.xxi.⁊ in capi.ſacroſancta.diſ.xxij. habetur.
Ex quibus manifeſte confutatur error dicen
tium Petrum principatum ſuper alios apo⸗
ſtolos habuiſſe non a chriſto immediate ſed hu
mana inſtitutione.

Capitulũ.xxxix. In quo ponuntur obiectiones con
tra predicta.



Cap. XXXIX

# Aduerſarij veri

a tatis multa ⁊ varia obijciunt cõ
tra concluſionem iam dictam et
reperiũtur in quadruplici diffe⸗
rentia. Quidam em̃ nitũtur probare ꝙ pon⸗ Quadruplex opinio
tificatus papalis depẽdeat ab aplĩs. Quidã
ꝙ a concilijs. Quidam ꝙ ab imperatore Con
ſtantino. Quidã aũt ꝙ a Cardinalibus. Qui⸗
dam alij dicunt ꝙ licet ptãs papalis abſolu⸗
te cõſiderata originaliter ⁊ ĩmediate ſit a deo
nihilominus ꝙ papa exercitium ⁊ vſum talis
poteſtatis ſuſceperit ab eccleſia. Primi ar Primũ argu. prime opinionis
guũt ſic. Nihil quod pendet ex pura electione
⁊ voluntate ac ordinatõe aploꝝ videtur a xp̃o
ĩmediate emanare: patet hoc. Sed ꝙ beatus
Petrꝰ habuerit primatũ ſuꝑ aplos alios et ꝑ
ꝯſequens ſuꝑ omnes fideles fuit ex volũtate
⁊ ordinatione apoſtoloꝝ. Ergo videtur ꝙ pa
palis principatus nõ ſit ĩmediate a xp̃o deri⸗
uatus. ꝯſequentia ẽſt bona. minor ꝓbatur ꝑ il
lud beati Anacleti pape in.c.in.nouo. di. xxi.
vbi de beato Petro loquẽs ita ait. Ceteri ve⸗
ro apoſtoli cum eo pari conſortio honorem et
poteſtatẽ acceperunt: ipſumꝙ principem eẽ vo
luerunt. Item idem colligitur ex.c.duduz. iij.
q.vi. Ergo videtur ꝙ voluntate ⁊ ordinatiõe
apoſtoloꝝ beatus Petrus habuerit principa
tum. Secũdo ſic ad idem. Romanus põti⸗ Secundum
fex dicitur vicarius beati Petri vt in.c.ego lu
douicus.di.lxiij.ergo videtur ꝙ nõ a xp̃o ime⸗
diate: ſed a beato Petro poteſtatem accepe⸗
rit. Tertio ad idem ꝙ eccleſia romana non Tertium
habuerit a xp̃o ĩmediate primatum probatur
Qr ſi ſic ſequeretur ꝙ papa nõ poſſet ſedẽ ſuã
transferre de Roma ⁊ alibi cõſtituere: qr ſeruꝰ
nõ poteſt tollere legem aut diſpoſitionem do
mini ſui: ⁊ tamen conſequẽs videt̃ falſum: qm̃
in his que ſunt iuriſdictionis nõ minꝰ poteſt
nunc papa ꝙ beatus Petrus inꝙtum papa.
Sz ille potuit de Antiochia transferre in Ro
mam. Ergo etiam nunc papa poſſet transfer⸗
re in alium locum. Secũdi arguũt ſic. Ni⸗ Primum arg. ſecunde opinionis
hil qꝺ ex ordinatione ſacerdotum eccleſie in⸗
ſtitutum eſt in eccleſia dicendum eſt a chriſto
immediate inſtitutuz: patet ex terminis. quia
idem ẜm idem non poteſt habere duas imme
diatas cauſas. Sed diſtinctio ſuperioritatis
et inferioritatis inter ſacerdotes eccleſie vide
tur ex ordinatione ipſorũmet ſacerdotum or
tum habuiſſe. Ergo ſuperioritas pontificalis
dignitatis ſuper omnes alios eccleſie prela⸗
tos nõ videtur eſſe a chriſto immediate. con⸗
ſequentia eſt bona. minor probatur auctorita⸗
te beati Hieronymi. qui ſuper epiſtolam ad

Tytum. vt babet̄ in ca. olim. di. xcv. dicit ſic. Olim idem preſbyter qui ⁊ epiſcopus: ⁊ anteq̄ dyaboli inſtinctu ſtudia in religione fierēt ideſt diſſenſiones: ⁊ diceretur in populis: ego ſum Pauli: ego ſum Apollo: ego autē Cephe cōmuni preſbyteroꝝ concilio eccleſie gubernabant̄. Poſtq̄ autem vnuſquiſq̄ eoꝝ quos baptizauerat ſuos eſſe putabat non xp̄i in toto terrarū orbe decretum eſt vt vnus de preſbyteris ſupponeret̄ ⁊ ſciſmatum ſemina tollerentur. Et paulo poſt. Sicut ergo preſbyteri ſciunt ſe ex eccleſie conſuetudine ei qui ſibi prepoſitus fuerit eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine q̄ diſpenſationis dn̄ice veritate preſbyteris eē maiores ⁊ in cōmuni debere regere eccleſiā. Ex quib⁹ verbis manifeſte videt̄ baberi ꝙ ex inſtitutione dn̄i inter epiſcopos ⁊ preſbyteros nulla ē diſtinctio. Unde olim quilibet epiſcop⁹ erat preſbyter ⁊ quilibet preſbyter epiſcop⁹: ⁊ ita vt videtur tota diſtinctio inter papam ⁊ patriarchas: archiepiſcopos ⁊ epiſcopos ⁊ inter epiſcopos ⁊ pbr̄os ſolūmodo eſt ex ordinatione bumana ⁊ non ex ordinatione xp̄i. Superioritas ergo pontificatus papalis non a xp̄o videtur eſſe immediate ſed a concilijs vniuerſalibus in quibus ſacerdotes cōueniunt. Ceterum ſecundo ꝓ bac parte videtur facere. c. concilia. di. xvij. vbi ita dicit̄. Scientes q2 ei⁹ ſcʒ Simachi ſedi primū Petri apoſtoli meritū: deinde ſecuta iuſſione dn̄i concilioꝝ venerandoꝝ auctoritas ſingularem in eccl̄ijs tradidit poteſtatem. Tertij arguunt ſic. Papa ꝙ ſit caput omniū eccleſiarū babeatq̄ primatum in ſpūalibus in vniuerſo orbe terrarum habet ex dono ⁊ inſtitutione Conſtantini imperatoris. ergo videt̄ ꝙ papa principatū ſuuʒ non babeat immediate a xp̄o. cōſequētia eſt bona. antecedens ꝓbat̄ ex illo qd̄ babet̄ in. c. conſtantinus. di. xcvi. ⁊ accipit̄ ex geſtis beati Silueſtri: vbi ſic dicit̄. Conſtantinus imperator quarta die ſui baptiſmatis priuilegium romane eccleſie pontifici contulit vt in toto orbe romanum pontifices vel ſacerdotes ita babeant caput ſicut iudices regem. Et. j. Ita q̄ decernentes ſancimus vt principatum teneat tam ſuper quattuor ſedes Alexandrinā Antiochenam Hieroſolymitanā: ⁊ Conſtantinopolitanam q̄ etiā ſuper omēs in vniuerſo orbe terrarū dei eccleſias ⁊ pontifices qui ꝓ tempore ipſius ſacroſancte romane eccl̄ie ſteterit excelſior ⁊ princeps cūctis ſacerdotibus ⁊ totius mundi exiſtat. hec ibi. Ex quib⁹ verbis manifeſte datur intelligi ꝙ tam Romanus pontifex q̄ romana eccleſia immediate a Conſtantino ſuper alias eccleſias primatum babuerit ⁊ non a xp̄o.

Secundum

Argumentū tertie opinionis

Quarti arguunt ſic. Collegium dn̄orum cardinalium videtur dare electo paparum eligendo ipſum ad talē ſtatum. ergo ⁊ auctoritatē papalem: ⁊ per cōſequens non babet immediate a deo. Conſequentia videtur nota: q2 quicq̄d eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati: ſed domini cardinales eligētes talem vel talem ſunt cauſa ꝙ ſit papa. ergo ⁊ cauſa poteſtatis ⁊ dignitatis illius.

Primuʒ argumētū quarte opinionis

Secundo ſic. Non ſolum eccleſia ſed etiā cardinales ante electionem in multis reſtringunt futuri pontificis exercitium. ergo videtur ꝙ papalis auctoritas quo ad exercitium non dependeat immediate a chriſto.

Secundum

Tertio ſic. Canonica electio non tribuit immediate pape omne poteſtatis exercitium niſi concomitetur vnctio ⁊ coronatio: vt patʒ ex practica eccleſie. ergo ⁊c̄.

Tertium

Quarto: ſi ſic eſſet ꝙ papatus immediate eſſet a deo non poſſet eccleſia dare ordineʒ ſue electionis: mandando ꝙ quicunq̄ ſe ꝓ ſummo pontifice gereret niſi a duabus partibus electus eſſet excōmunicatus: vt extra de elect. capi. licet. Sed eccleſia dedit ordinem. ergo ⁊c̄.

Quartum

Quinto: ſi ſic eēt tunc eccleſia non poſſet reſtringere poteſtatem pape: ſicut in collatione beneficiorum et huiuſmodi. Sed hoc videtur falſum. ergo ⁊c̄.

Quintum

Sexto: ſi ſic eſſet ſicut dictum eſt ſequeretur ꝙ papa non poſſet renunciare papatui: quod eſt contra determinationem eccleſie. extra de renuncia. ca. i. lib. vi. nec deponi quod eſt contra. capi. ſi papa. diſtinc. xl. ergo videtur ꝙ papalis auctoritas non dependeat immediate a chriſto.

Sextum

Capitulum. xl. In quo reſpondetur ad rōnes ſuperius factas: ꝙ romanus pontifex ex ordinatione apoſtolorum primatum babuerit.

Capl̄m XL

# Refatis aduer

p ſariorum obiectionibus non obſtantibus incunctanter tenenduʒ eſt: ꝙ primatus romani pontificis ⁊ eccleſie romane a ſolo chriſto immediate proceſſerit. Unde non eſt dicendum ꝙ ab apoſtolis aut a cōcilijs generalibus ſiue ab eccleſia vniuerſali aut a Conſtantino ſiue etiam a collegio cardinalium dependeat. Reſpondendum eſt ergo ad rationes in oppoſitum. Ad primam rationem que eſt dicentium: ꝙ ab apoſtolis primat⁹ petri ortum babuerit: reſpondet̄ negando minorem. Falſum eſt eīm ꝙ beatus petrus voluntate diſponēte aut ordinatione apoſtolorum primatū babuerit: ſed babuit ab ipſo chriſto immediate a quo vertex ⁊ caput

Ad primum prime opinionis

collegij aplici conſtitutꝰ eſt. Dicit em̄ Cryſo. ſuper illud Joh. vlti. Paſce oues meas. Preteriens aūt dn̄s alios petro loquit̄. eximiꝰ em̄ aploꝝ erat Petrus ⁊ os diſcipuloꝝ ⁊ vertex collegij. vnde ⁊ negatione deleta cōmittit ei prelationē fratruꝫ. hec ille. Caput aūt non hꝫ a membris quibus preſidet ꝙ ſit eoꝝ caput: ſed ab eo q̇ format totū corpus habet auctoritateꝫ. Hinc dicit beatus Anacletus papa in ca. oēs. di. xxi. Sacroſcā romana ecclia non ab aplis ſed ab ipſo dn̄o ⁊ ſaluatore noſtro pmatū obtinuit ſicut beato petro dixit. Tu es petrus ⁊c̄. Preterea ꝙ voluntate diſponente ab aplis Petrus primatū non habuerit ex illo manifeſte colligit̄. Math. xviij. vbi diſcipuli interrogāt dn̄m dicētes. Quis putas eſt maior in regno celoꝝ: Qd̄ ideo querūt vt gl. inquit Hiero. qꝛ diſcipuli videntes in tributi redditione ꝙ Petrus dn̄o fuerat cōparatus ex equalitate precij: arbitrati ſunt om̄ibus apoſtolis petrū eſſe prelatū. Et Cryſo. ad ideꝫ vt deducit ſctūs Tho. in glo. cōti. ſup Mat. dicit ſic. Unde paſſi ſunt aliq̇d humanuꝫ: qd̄ euangeliſta deſignat dicens. In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad ieſum dicētes. Quis putas maior in regno celoꝝ: verecundati ſiquidem paſſionē quā paſſi ſunt: non dicunt manifeſte: cur petruꝫ prehonoraſti nobis: ſed indeterminate interrogant q̇s maior eſt. Quādo aūt tres prehonoratos viderūt ſcꝫ Petrū Jacobū ⁊ Johānē in tranſfiguratione nihil tale paſſi ſunt: qn̄ vero in vnū cōtulit honorē tunc doluerunt. hec ille. Ex q̇bus manifeſtiſſime datur intelligi ꝙ primatus a ſolo xp̄o immediate petro datus ſit nulla ad hoc diſpoſitione aut voluntate preuia interueniēte apoſtoloꝝ. Quādo ergo dicit̄ in capitulis inductis per aduerſarios ꝙ apli petrū principem eoꝝ eſſe voluerūt: intelligendū eſt de volūtate cōſequēte ſiue acceptante diſpoſitionē xp̄i non aūt de voluntate antecedente ⁊ cauſante. Et hoc eſt qd̄ dicit btūs Anacletus in ca. ſacroſancta. di. xxij. cum ait. Inter aplos quedam fuit diſcretio ptātis. Et poſt. licet omēs eſſent apli: petro tn̄ cōceſſum eſt a dn̄o: ⁊ ipſi voluerunt inter ſe idipſum: vt reliquis oībus preeſſet aplis ⁊ cephas. i. caput ⁊ principatū teneret apoſtolatus. hec ille. Patꝫ ergo ꝙ voluntas apoſtoloꝝ non preceſſit poſtulādo petrum aut eligendo aut diſponēdo quoquomodo ad eius primatum: ſed tm̄ ſubſecuta eſt acceptando gratā habendo diſpoſitionē factā per xp̄m. Et ita ꝑcutit̄ error quorundā aduerſarioꝝ dicentiū Petrū ex electione apoſtolorum fuiſſe a xp̄o principē conſtitutū ⁊ prelatū alioꝝ. Ad ſecundam dicendū ꝙ impropria locutio eſt cū dicit̄ ꝙ romanus pontifex ſit vicarius beati petri: cuꝫ ſolius dei cuius vices gerit in terris vicarius ſit. Petrus autē apoſtolus cū vicarius eſſet xp̄i non poterat facere aliuꝫ vicariū. vt in. c. clericus. extra de offi. vica. Exponēda eſt ergo illa littera ſic. Vicarius. i. ſucceſſor illius: vel vicarius. i. vicariaꝫ ptātem quā ipſe petrus geſſit tenens ſiue exercens. Ad tertiā videt̄ rn̄dendū iuxta opinionē petri de palude: ꝙ dn̄s papa nō poteſt transferre ſedem ſuā de roma in aliū locū ſine ſpāli reuelatione xp̄i: cuiuſmodi ſpāli iuſſiōe trāſlata eſt in romā. Et cū dicit̄ ꝙ hoc ſit falſum: negat̄. ⁊ ad ꝓbationem rn̄detur: ꝙ papa non poſſit mutare ſedem ſuā non eſt ꝙ minoris ſit auctoritatis q̄ Petrus: ſed quia hic interuenit ſpecialis iuſſio xp̄i cōtra quā ſeruus venire non poteſt. Ad ſecundum Ad tertium

Capitulū. xli. In quo rn̄det̄ ad obiecta aduerſariorum ꝙ romanus pontifex ordinatione ⁊ diſpoſitione ſacerdotū ſiue conciliorū primatum habuit. Cap. XLI

IAm dicendum eſt ad rōnes dicentiū ꝙ ab ordinatiōne vniuerſalis eccleſie ſiue ſacroꝝ concilioꝝ ſacerdotū cauſaliter penderet principatus romani pontificis. Rn̄detur in primis ꝙ hoc falſum eſt: qd̄ rōne ⁊ auctoritate ꝓbat̄. Rōne ſic. Impoſſibile eſt ſpūalem ptātem qua q̇s ligatur vel abſoluit̄ in anima reſpectu celi dependere imediate ab illo vel ab illis qui eadē ptāte abſoluūtur vl' ligātur. Sed papalis poteſtas Petro ⁊ ſucceſſoribus ſuis collata extēdit ſe ad ligandū ⁊ ſoluendū omēs ⁊ ſingulos de eccleſia militante. ergo impoſſibile eſt ꝙ ab aliquo vel aliq̇bus de ecclia collectiue ſiue diſiūctim acceptis: imo nec ab ipſa tota ecclia poteſtatem clauiū eccleſie petro collatā cauſaliter dependeret. cōſequētia ptꝫ. antecedēs ꝓ maiori parte patꝫ etiā de ſpūali poteſtate de qua loq̇mur intelligendo quicq̇d ſit de tēporali que ex cōſenſu populi alicui ſubijcientis ſe cōſurgit. Unde licet conſenſus populi poſſit facere iudicem in tēporalibus non tamen in ſpūalibus. Nullus em̄ populi cōſenſus poteſt ſibi cōſtituere cōfeſſorē aut iudicem potētem excōicare qui ante nullius iuriſdictionis poteſtatē habuerit. Minor patet ex ſepe ſupra repetitis: maxime ex illo. Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorū. Et ſequitur. Qd̄cunqꝫ ligaueris ſuper terram ⁊c̄. Auctoritate vero idem ꝓbatur pape Pelagij: qui in ca. quāuis. diſtinc. xxi. ita dicit. Sancta romana eccleſia catholica ⁊ aplica nullis ſynodicis Improbat̄ ſecunda opinio

ſtatuꝫ ceteris eccl'ijs plata ē: ſ; euāgelica voce dn̄i ſaluatoris noſtri pmatū obtinuit. Quo

Ad primum arg. eiuſde opinionis

habito rn̄dendum eſt ad rōnem negando minorem. Et ad pbatione dicimus ꝙ dictū beati Hieron̄. non facit contra cōcluſionem poſitā ppter duo. Primo: qꝛ Hieronymus ibidē loquit̄ de epis ꝛ pb̄ris quoꝝ diſtinctio tam in nomine ꝙ̄ in alijs q̇buſdam circūſtantib⁹ miniſteria ſiue officia eoꝝ non erat in principio tanta ſicut poſt: vt ibidem innuit glo. non autem loquit̄ de primatu romani pontificis vt ſtulte aduerſarij interpretant̄: dicendo ꝙ aut non fuerit a principio eccl'ie poſt aſcenſionē xp̄i aut ꝙ a xp̄o non fuerit inſtitutus: cū btūs Hieronim⁹ oppoſita manifeſte docuerit. Ipſe em̄ ſuper illud Math. xvi. Tu es petrus et ſuper hanc ꝛc̄. dicit. Sicut xp̄us lumen apl'is donauit vt lumen mūdi appellent̄ ꝛ cetera q̄ ex dn̄o ſortiti ſunt vocabula: ita Symoni qui credebat in petraꝫ xp̄m petri largitus eſt nomē ac ſm methaphorā petre recte dicitur ei. Edificabo eccl'iam meaꝫ ſuper te. In quo manifeſte primatus petri ſuper totaꝫ eccl'iaꝫ deſignatur: cum ſuper eum edificata dicat̄. Et in. c. quoniā vetus oriens. xxiiij. q. i. ſcribēs Damaſo pape ita dicit. Ego nullū premiū niſi xp̄m ſequens beatitudini tue. i. cathedre Petri cōmunionē conſortior: ſuper illam petram fundatam eccl'iam ſcio. Item in lib. de ortu ſiue obitu ſanctoꝝ de nouo teſtamento ita de Petro loquit̄. Petrus in xp̄i eccl'ie firmamētum eſt cephas corporis xp̄i principatus ꝛ caput eſt. Patet ergo ꝙ beat⁹ Hieron̄. apertiſſime credidit beatum petruꝫ primatū habuiſſe in eccleſia a xp̄o ꝛ ita per conſequēs ſucceſſorē eius. Secūdo inducta auctoritas Hiero. per aduerſariū non militat contra ppoſitum qꝛ ſicut ſuperius lib. i. c. lxxix. pleniſſime explicauimus. Hieronymus non vult ꝙ realis nō fuerit diſtinctio inter ep̄m ꝛ pb̄rm cum oppoſitum dicat beatus Dion̄. qui fuit diſcipulus Pauli. v. eccl'iaſtice hierarchie. ꝛ beat⁹ Aug. dicat: ꝙ hec fuerit vna de hereſibus Arrij: ſed vult dicere ꝙ differentia nominis ſemper nō fuerit: qꝛ qui dicebat̄ epiſcopus dicebat̄ pb̄r: ꝛ ecōuerſo: que differentia nominū ad vitandum ſciſmatis ſcandalum conſilio ſacerdotū id eſt patrum ablata eſt ꝛ conſtitutū: vt quēadmodum differebant re ita ꝛ vocabulis differrent. Et iſta eſt rn̄ſio beati Tho. Iſta etiā ē ſententia Archidyaconi ſuper. c. legimus. di. xciij. qui ita dicit. Ego credo ꝙ ab initio differentia fuit inter epiſcopos ꝛ pb̄ros ſimplices ſacerdotes: ſicut modo eſt in adminiſtratiōe ꝛ plationē ꝛ officijs ꝛ in ſacramētis: ſed quo ad appellationē non erat dr̄ia qꝛ indifferēter ꝛ cōiter hi ꝛ illi dicebant̄ epi ꝛ pb̄ri. ſed qꝛ ſciſmata ceperunt eſſe in eccl'ia et ipſa parilitate appellationis eſt facta differētia in appellatione vt ſimplices ſacerdotes non dicerent̄ epi. lxxx. di. in illis. ſm Hug. hec Archidyaconus.

Ad ſecundum

Ad rōnem ſecundā fundatam in. c. concilia. di. xvij. rn̄det glo. ꝙ Ro. eccl'ia principaliter primatum habuit a xp̄o ſecundario a cōcilijs. Sꝫ ne hoc male intelligat̄: qm̄ male intelligeret̄ ſi cōcilia vniuerſalia quoꝝ robur vigor ac firmitas pendet ab apl'ica ſede: vt diſ. xvij. per totū. ꝛ extra de elec. in. c. ſignificaſti. intelligerent̄ effectiue ſiue cauſaliter dare aliquā auctoritatē ſedi apl'ice: cū vt pbatū eſt nec ipſa vniuerſalis eccl'ia aliquid auctoritatis illi conferat. Qd̄ manifeſte atteſtat̄ papa Nicolaus ſcribēs imperatori Michaeli ꝛ loquens de priuilegijs apl'ice ſedis ita ſubiungit. Iſta ergo puilegia huic ſancte eccleſie a xp̄o ſunt donata: a ſynodis non ſunt donata ſed ſolūmodo celebrata ꝛ venerata p que nō tam honor ꝙ̄ onus nobis incūbit. Item in eadeꝫ ep̄la. Proinde animaduertendū eſt ꝙ nō Nicena non deniꝗ; vlla ſynodus quodꝙ̄ Romane eccleſie cōtulit priuilegiū: que in petro nouerat eam totius iura poteſtatis plenius meruiſſe ꝛ cunctarū xp̄i ouiū regimen accepiſſe: ſicut beatus preſul Bonifacius atteſtatur vniuerſis epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens. hec ille. Dicimus ergo ꝙ hoc qd̄ dicit̄: cōcilia tradiderūt poteſtatē ſecūdario apl'ice ſedi: eſt intelligendū executiue ꝛ declaratiue. Executiue quidē obediendo diuine ordinationi ſedem illam honorando vt caput ꝛ matrē omniū aliarū eccleſiarum: adimplētes illud qd̄ ex perſona xp̄i beat⁹ Cryſo. dicit ſup illud Ioh̄. vlt. Paſce oues meas. i. loco mei p̄poſitus ꝛ caput eſto fratrum vt ipſi te in loco meo aſſumentes te in throno tuo ſedentē predicent ꝛ confirment. Plane hoc obſeruauerunt ſemper ſacra concilia vniuerſalia. Unde Agatho papa in ſuggeſtione quā ſexte ſynodo miſit ita ſcribit. Apl'ice ſedis auctoritateꝫ vtpote apoſtoloꝝ omniū principis ſemꝑ oīs catholica xp̄i eccleſia ꝛ vniuerſales ſynodi fideliter amplectentes in cunctis ſecute ſunt. Ecce quomō executiue dicunt̄ tradidiſſe poteſtatem apl'ice ſedi. Declaratiue etiā vniuerſalia cōcilia dicunt̄ tradidiſſe poteſtatē apoſtolice ſedi: qm̄ maxime per vniuerſalia cōcilia declarata eſt xp̄iano pp̄lo quāta ſit eminētia apl'ice ſedis. Unde in cōcilio Conſtantinopolitano ita ſcribit̄: vt deducit ſctūs Tho. in. iiij. diſt. xxiiij. Ueneramur ſm ſcripturas ꝛ

canonū diffinitiones ſanctiſſimū antique rome epm primū eſſe ⁊ maximum epoꝝ.hec ibi. Et ad hunc intellectū dñs Archidyacon⁹ in p̄fato.c.concilia.exponit verbum illud:tradidit.i.traditum eſſe oſtendit.

Capitulū.xlij.In quo danť rñſa ad obiecta aduerſariorū dicentium:ꝙ diſpoſitione ⁊ dono cōſtantini romanus pontifex habeat primatū ſuper alios.

Cap. XLII

Onſequēter eſt rñdendum ad rōnes dicentium ꝙ eminentia papalis auctoritatis ſuper alios venit ex conſtitutione ⁊ dono Conſtantini.

Ad argumē. tertie opinionis

Dicimus eñ ꝙ in hoc grauiter errant aduerſarij: qm̄ ſicut non eſt poſſibile vt ſpūs quo ad eius eſſentiā ⁊ dignitatē depēdeat a corpore aut ſol a luna:ita nec eſt poſſibile ꝙ ptās ſpūalis aut primatus papalis dignitatis pendeat dependētia cauſalitatis ab imperio aut a Cōſtantino. Quāto eñ vt inquit Hug. de ſancto vict. lib. de ſacramentis parte.ij.lib.ij,c.iiij. vita ſpūalis dignior eſt ꝗ̄ terrena ⁊ ſpiritus ꝗ̄ corpus:tanto ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatē ſiue ſecularem honore ⁊ dignitate p̄cedit. Nam ſpūalis poteſtas terrenam ⁊ inſtituere habet vt ſit:⁊ iudicare ſi bona non fuerit. Ipſa vero primo inſtituta eſt ⁊ cum deuiat a ſolo deo iudicari poteſt. Ad rōnem ergo in ſe rñdeť negando minorem.⁊ ad ꝓbationem dicimus:ꝙ Conſtantinus non inſtituit legem illā de preeminentia apoſtolice ſedis ⁊ obedientia ei ab oībus dāda:quaſi ius ex auctoritate de nouo condendo: qm̄ anteꝗ̄ Conſtantinus eſſet Romanus pontifex primatum habuit in eccleſia dei ex collatione xp̄i facta beato petro: ſicut ſuperius eſt oſtenſuꝫ. Sed bene Conſtātinus fidei feruore ⁊ eccleſie romane amore reuerentiali incenſus diuinam ordinationeꝫ de primatu Roma.ponti.⁊ de obedientia ab oībus fidelibus illi p̄ſtanda executus eſt promulgando illā vt nullus ꝑ ignorantiā ſe excuſaret ⁊ p̄cipiendo illam obſeruari vt nullus malicia ſe romani ponti.obedientie ſubijcere recuſaret:ita ꝙ magis fuit ꝓmulgator ſiue executor diuine ordinationis ꝗ̄ cōditor noue legis. Hinc rōnabiliter cōdēnatus eſt error dicentiū:ꝙ papalis dignitas a ceſare inoleuit: ⁊ pape p̄fectio ⁊ inſtitutio a ceſare emanauit. Qui error primo fuit Marſilij de padua: ⁊ fuit condēnatus in extrauaganti. Joh.xxij. ⁊ poſt renouatus per Joh.hus: ⁊ cōdēnatus in concilio Conſtantienſi.

Capitulum.xliij.In quo reſpondeť rōnibus aduerſariorum dicentium ꝙ a cardinalibus pendeat primatus romani pontificis.

Capꝫ XLIII

Onſequēter reſpondendum eſt ad rōnes dicentiū ꝙ papalis dignitas ſiue pontificatus aplícus a collegio dñorum cardinalium pendeat. dicimus eñ in primis ꝙ hoc ſit falſum. Pro ſolutione tamen argumentorum eſt notanduꝫ: ꝙ in papatu duo eſt conſiderare:ſcꝫ formale:⁊ hoc eſt officium ipſum ſiue auctoritas pontificatus papalis. ⁊ eſt conſiderare materiale:quod eſt determinatio perſone talis vel talis:videlicet Petri vel Nicolai. Qua diſtinctione habita reſpondetur ad rōnes.

Ad primū quarte opinionis

Ad primam cum dicunt ꝙ cardinales dant electo papatum:dicimus ꝙ loquēdo de papatu quo ad id quod eſt formale in eo antecedens eſt falſum. qm̄ papatus a ſolo deo eſt ſicut ꝓbatum eſt: ita negandum eſt antecedens. Si vero loquimur de materiali papatus:quod eſt determinatio perſone: reſpondetur ꝙ antecedens poteſt concedi et negatur tunc conſequentia: dñi eñ cardinales eligendo bene determinant perſonam nō tamen dant ipſi dignitatem ſiue poteſtatem papalem. Aliud eñ eſt conferre poteſtatē determinate perſone: ⁊ aliud eſt determinate perſonaꝫ que ex collatione iam facta aſſequatur talem poteſtatem.

Ad ſecundū

Ad ſecundam reſpondetur negando antecedens. Cardinales eñ nec tota eccleſia poſſet reſtringere nec ampliare que a deo imediate eſt inſtituta.

Ad tertium

Ad tertiam reſpondetur negando antecedens. Dicimus eñ ꝙ cum aliquis eſt electus in papam immediate habet oēm plenitudinem poteſtatis iuriſdictionis: vt ptꝫ ex ca. in noīe dñi. di. xxiij. licet non ordinis quouſqꝫ conſecretur.

Ad quartum

Ad quartam reſpondetur negando conſequentiam: qm̄ ſicut diximus parum ſupra in papatu eſt duo conſiderare:ſcꝫ principatū ipſum ⁊ determinationē perſone. Quanꝗ̄ autē eccl'ia nihil poſſet facere circa ipſam ptātem augendo vel diminuēdo:pōt tamen circa determinationē perſone aliquid facere ordinando de modo electionis:ſicut factū eſt per Nicolaum papam in.c.in nomine dñi.xxiij.di. et per eundeꝫ:ſi quis aplíci ſedi.di.lxxix. ⁊ extra de elec. vbi periculū lib.vi.⁊ in cle.ne romani

Ad q̄ntum

Ad q̄ntam dicitur ſicut iam dictuꝫ eſt:ꝙ eccleſia non poteſt reſtringere poteſtatem pape ſicut nec ampliare aut inſtituere illam poteſt.

Ad ſextum

Ad ſextam reſpondetur negando conſequentiam: multa enim a deo infunduntur: ſicut anima rōnalis que opere humano tolli poſſunt. De iſtis autem inferius erit plenior tractatus

Capitulū. xliiij. Qz poteſtas papalis a nullo alio q̄ʒ a deo reſtringi poſſit nec ampliari.

Cap. XLIIII **D**Emonſtrato ꝙ
ptās ſiue pontificatus papalis
a ſolo deo ſit inſtitut⁹ facile eſt
intelligere ꝙ a nullo puro hoīe
nec a toto mundo poſſit reſtringi aut amplia
ri ſed a ſolo deo. Primo. ad illū em̄ ptinet po
teſtatē aliquā reſtringere aut āpliare ad queʒ
pertinet eā inſtituere: cum ad inſtituētes ptā
tem aliquā pertineat determinare poteſtatē
quanta ꝛ qualis ſit. Sed poteſtas papalis vt
ſuperius plene oſtēdimus a ſolo deo eſt inſti-
tuta: ꝛ habeť in. c. q̄uis. di. xxi. Ergo per nul-
lam aliam poteſtatē a diuina poteſt reſtringi
aut ampliari. Secūdo. poteſtas papalis eſt
ſuperior omi alia poteſtate eccleſiaſtica. ergo
a nulla alia poteſtate eccľiaſtica pōt reſtrin-
gi aut ampliari. cōſequentia eſt bona: vt eniʒ
habeť in. c. inferior. di. xxi. Inferior ſedes po-
tiorem abſoluere aut ligare non poteſt. ante-
cedens eſt notū ex ſuperioribus: imo eſt arti-
culus iam fidei diffinitus in cōcilio Conſtan
tienſi: ꝙ poteſtas pape ſit ſuprema ptās in ec
cleſia. Tertio ſic: nullus poteſt mutationem
facere reſtringendo ſiue diminuendo ſiue de-
ſtruendo in ptāte ſuper quā fundata eſt vni-
uerſalis eccleſia niſi ſolus xp̄s qui eum funda
uit: alˀs nō eſſet vera illa xp̄i ꝓmiſſio: ꝙ aduer
ſus eam porte inferi non preualerent. Sʒ po
teſtas papalis eſt hmōi. ergo nullus hominū
poteſt nec etiam totus mundus poteſtatē pa
palem tollere reſtringere aut diminuere. con
ſequentia eſt bona. maior patʒ. minor ꝓbať ꝑ
illud. Math. xvi. Super hanc petram edifi-
cabo eccľiam meā. qđ vt in. c. xvij. ſupius oſtē
dimus. non ſolum per ſanctos patres referť
dictum eſſe rōne confeſſionis fidei petri: ſed
rōne poteſtatis ſibi date. Vn̄ ſctūs Tho. in fi
ne. ij. ſniaruʒ dicit: ꝙ poteſtas pape fundamē
tum quoddā eſt eccľie. Unde etiam Origen̄.
dicit ſuper illud Math. xvi. Quodcunqʒ ꝛc̄.
Vide quātam ptātem habet petra ſuper quā
fundať eccľia vt etiā eius iudicia maneāt fir
ma quaſi deo iudicante per ipſam. Iteʒ btūs
Anacletus in quodam decreto ſuo ait. Apo-
ſtoli ſtatuerūt iuſſione ſaluatoris vt maiores
ꝛ difficiliores qōnes ſemper ad ſedeʒ referan
tur apľicam ſuper quam xp̄us vniuerſam con
ſtruxit eccľiam dicente dn̄o ad principeʒ apo
ſtoloꝝ. Tu es petr⁹ ꝛc̄. Et Vigilius papa ſcri
bēs dilectiſſimo fratri Eleutherio dicit. Nul
li vel tenuiter ſcienti vel pleniter ſapienti du
bium eſt ꝙ eccleſia Romana fundamentum
ſit ꝛ forma eccleſiarum a qua omīs eccľia ꝑn-
cipium ſumpſiſſe nemo recte credentiuʒ igno
rat. Quarto ſic. non licet ſine periculo here-
ſis detrahere ꝑuilegio apľice ſedis dato ſibi
a xp̄o. Sed diminuere aut reſtringere ptāteʒ
apľice ſedis eſt detrahere priuilegijs iuri ho-
nori ꝛ dignitati datis apľice ſedi a xp̄o. ergo
hoc nulli licet. ꝯſequentia eſt bona. maior ptʒ
ex. c. omēs. di. xxij. vbi dicitur ſic. Qui autem
romane eccleſie priuilegium ab ipſo ſummo
omniū eccľiarum capite conatur auferre: hic
ꝓculdubio in hereſim labitur. Minor vero
patʒ: qm̄ precipuuʒ preuilegium a xp̄o apľice
ſedi datuʒ eſt ipſa plenitudo ptātis ꝛ eius po
tiſſima dignitas. Dicit em̄ Leo papa in epľa
ad Martionem imperatorem. Magnus ho
nor eſt vnicuiqʒ dignitas ſua. Quocirca Ni-
colaus papa in epiſtola quadam ad Micha
elem imperatorem ita ait. Priuilegia apoſto-
lice ſedis nullatenus poſſunt minui: nullate-
nus infringi: nullaten⁹ cōmutari: qm̄ funda-
mentum qđ deus poſuit humanus non valet
amouere conatus: ꝛ quod dn̄s ſtatuit firmuʒ
validumqʒ conſiſtit: illeqʒ potiſſimuʒ peccat
qui dei ordinationi reſiſtere tentat. Priuile-
gia inq̄ huius ſedis perpetua ſunt diuinitus
radicata atqʒ plantata. impingi poſſunt: trāſ
ferri non poſſunt. trahi poſſunt: euelli nō poſ
ſunt. hec ille. Non poteſt autem dici ꝙ hec a-
poſtolice ſedis priuilegia aliqua preſulum in
dignitas minuere poſſet atteſtante codē bea
tiſſimo Leone qui ait. Nonnūq̄ diuerſa ſunt
merita preſulum: iura tamen permanēt ſediū
quibus poſſunt emuli perturbationeʒ aliquā
inferre: non tamen poſſunt minuere dignita-
tem. Non eſt autem hic pretereundum ꝙ ait
Grego. ix. contra preſumptionem Michae-
lis Cōſtātinopolitani. Quiſquis romane ec-
cleſie auctoritatē vel priuilegia euacuare vel
diminuere nititur non hic vnius eccleſie: ſed
totius xp̄ianitatis ſubuerſionem ꝛ interitum
machinatur. cuius compaſſione vel ſuſtenta-
tione vlterius reſpirabunt filie a quouis op-
preſſe: vnica illa ſuffocata matre: q̄ cuius re
fugium appellabunt: ad quam refugiuʒ habe
bunt. ipſa em̄ Athanaſium: ipſa omēs catho-
licos ſuſcipit fouet defendit ꝛ ꝓprijs ſedibus
pulſos reſtituit. hec ille. Quinto. ptātem cu
iuſcūqʒ vicarij nemo pōt reſtringere aut am-
pliare niſi principalis cui⁹ eſt vicarius. Sed
papa eſt vicarius ieſu xp̄i eius vices gerēs in
terris. ergo hmōi vicarij ptātē nemo niſi xp̄s
cuius vicarius eſt pōt reſtringere diminuere
mutare aut etiā ampliare. ꝯn̄a eſt bona ꝛ pre-
miſſe patent. Sed ſi q̄s aduerſarioꝝ vellet di

cere ad iſta: ſicut multos ſequētes doctrinam
cuiuſdā Jarſon audiuimus dicere cū Baſilee
eſſemus: ꝙ etſi ptās pape ꝑ nullos hoīes tol⸗
li poſſit aut diminui: poſſent tamē pr̄es in cō⸗
cilio congregati executionē ptātis illius im⸗
pedire aut reſtringere aut ſic regulare vt non
valeat exire in actū niſi vt ei per conciliū ge
nerale fuerit dictatū. Taliter r̄ndens iudicio
noſtro male r̄ndet: imo videt̄ inſipienter loq̄:
cū videat̄ aut oppoſitionē in obiecto aut voc̄
ignorantiam implicare. Qđ ſic ptʒ. Eſt enim
iuriſdictio vt al's in .i. lib. diximꝰ poteſtas ius
dicendi ſiue iudicandi ⁊ exequendi. ſimiliter
plena ⁊ totalis iuriſdictio eſt tota plena ⁊ per
fecta poteſtas iudicandi ⁊ iudicatū exequen
di: al's non eſt plena ⁊ perfecta. Unde dicere
ꝙ aliquis habeat iuriſdictionē: ita tn̄ ꝙ non
poſſit iudicare ⁊ exequi etiā ſi vellet: eſt dice⸗
re ꝙ habeat ptātem iudicandi ⁊ non poſſit iu
dicare: qđ eſt habere ptātem ⁊ nō habere. Si
militer habere totam plenam ⁊ perfectā ptā
tem iuriſdictionis ⁊ non habere totū plenuʒ
⁊ perfectum exercitiuʒ ita ꝙ non eſſet validū
om̄e quod iuxta ptātem ſibi datam facere vel
let: eſt dicere habere plenam ptātem ⁊ perfe⸗
ctam iudicandi vel alia faciendi ⁊ tamē non
poſſe illa facere nec perfecte nec totaliter: qđ
eſt habere plenam ⁊ non plenam: qđ eſt ma⸗
niſte contradictio. Preterea ꝙ prefata r̄nſio
nullius ſit roboris ⁊ valoris patʒ: q2 ſicut tol⸗
lere ptātem aliquā non poteſt niſi ptās ſupe⸗
rior: ita nec reſtringere aut impedire de iure
exercitiuʒ illius poteſt niſi ſuperior poteſtas.
Cum ergo fide tenenduʒ ſit vt diximus: ꝙ po
teſtas pape ſit ſuprema in eccleſia: nulli dubi
um ꝙ ſicut nulla quorūcunqꝫ poteſtas eccl'ia⸗
ſtica pōt tollere ptātem pape: ita non poſſit
impedire aut reſtringere exercitiū eius. Sed
de his in .iij. lib. vbi de cōcilijs vniuerſalibus
⁊ eoꝝ auctoritate agendū eſt plenius dn̄o ad
iuuante dicemus.

Capitulum .xlv. De errore quorundam aduerſario⸗
rum dicentium papam non habere iuriſdictioneʒ coa
ctiuam ſuper fideles ⁊ rōnibus eorum.

Capl'z XLV

Uerunt quidā
heretici homines perditiſſimi
qui in tantū veritati apoſtolici
principatus ⁊ eccl'ie ſancte ho⸗
nori detrahere preſumpſerūt vt affirmare nō
vererentur romanū pontificē alioſqꝫ eccleſie
prelatos nullam coactiuam iuriſdictionē ſu⸗
per alios habere fideles niſi imperator conce
deret: dicentes prelatorum eccleſie principa⸗
tum ex inſtitutione xp̄i in adminiſtratione ⁊
ſeruitio ꝯſiſtere alioꝝ ⁊ non in coactiua iuriſ⸗
dictione. Quē errorē dānatiſſimū multiplici
ter cōfirmare nitūtur: quoꝝ motiua: vt dedu
cit Ockam in dialogo ſuo ſunt que ſequunt̄.
Primo ſic. Dicit̄. Math. xx. Scitis q2 prin⸗ Argumētum pͥmū qđ cū ſequētibus ſoluetur. capi. xlvij.
cipes gentiuʒ dn̄ant̄ eoꝝ ⁊ qui maiores ſunt
ptātem exercent in eos nō ita erit inter nos:
ſed quicūqꝫ voluerit inter vos eſſe maior erit
veſter ſeruus. Ex quibus verbis dicūt dari in
telligi ꝙ maioritas ⁊ primitas illius q̄ eſt ma
ior ⁊ primus inter omēs fideles in miniſtran⸗
do ⁊ ſeruiendo conſiſtit. Cū ergo papa ſit ma
ior ⁊ primus inter omēs xp̄ianos ſua maiori⸗
tas in miniſtrando ⁊ ſeruiendo tantū cōſiſtit
⁊ per cōſequēs nullaʒ iuriſdictionē coactiuā
ſuper alios habet: cum illa om̄ibus eccl'ie pre⸗
latis videat̄ interdicta. Secundo ſic. papa Secundum
non habet maiorē iuriſdictionē coactiuam q̄
habuit xp̄us cuius eſt vicarius: ſed xp̄us inq̄
tuʒ homo mortalis non habuit iuriſdictionē
coactiuam. Tum q2 iuriſdictio coactiua ſine
diuitijs aut ſine adiutorio diuitias habentiuʒ
exerceri non poteſt: quas xp̄s non habuit. Tū
q2 ipſo teſte miniſtrare venit non miniſtrari.
ergo nō venit coactiuam iuriſdictionē exerce
re. ergo eam non habuit. ergo nec ꝑ cōſequēs Tertium
eius vicarius habet. Tertio ſic auctoritate
Origeñ. qui ſuꝑ illud Math. xx. Reges gen⸗
tium ⁊c̄. ſic ait. Scitis q2 principes gentium
dn̄antur coꝝ. i. non cōtenti tantū regere ſuos
ſubditos violēter eis dn̄ari nitūtur: inter vos
autē qui eſtis mei non erūt hec: quoniā om̄ia
carnalia in neceſſitate ſūt poſita: ſpūalia au
tē in volūtate. Sic ⁊ qui principes ſunt ſpūa⸗
les. i. prelati: principatus coꝝ in dilectiōe pe⸗
nitus debet eſſe non in timore. Ex quibus ver
bis datur intelligi (inquiūt) ꝙ totus princi
patus prelatoꝝ eccl'ie ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſummi pō⸗
tificis in volūtate ⁊ dilectione ⁊ nō in timo⸗
re debet conſiſtere. ergo diligi debent non ti⸗
meri. Qui aūt iuriſdictione coactiua vtūtur
a malis timētur. teſte Apl'o ad Ro. xiij. q̄ ait.
Si aūt male feceritis timete ſcʒ ptātem pre⸗
lati. ergo prelati eccl'iarū iuriſdictione coacti Quartum
ua vti non debent. Quarto ad idē inducūt
Cryſoſtomū q̄ ita ſuꝑ eundē locū ait. Princi⸗
pes mundi ideo ſunt: vt dn̄entur minoribus
ſuis ⁊ eos ſeruituti ſubijciāt ⁊ expoliēt ⁊ vſqꝫ
ad mortē eis vtātur ad ſuam vtilitatē ⁊ glo⸗
riam. Principes aūt eccl'ie fiunt vt ſeruiant
minoribus: ⁊ miniſtrent eis quecūqꝫ accepe⸗
rint a xp̄o: vt ſuas vtilitates negligāt ⁊ illoꝝ
ꝓcurēt. Ex q̄bꝰ v̄bis (inquiūt) pʒ diſtinctio
inter ꝑncipes ſecl'ares ⁊ eccl'iarū: q2 ꝑncipes
ſeculares ſuis ſubditis dn̄ant̄: principes autē
eccl'ie minoribꝰ ſuis ſeruiūt ⁊ miniſtrāt. ergo

in eis iuriſdictionē coactiuā exercere non va
Quintum lēt. Quinto inducūt ad idē beatū Ambro.
q̄ vt recitaṫ. xxiij. q. viij. c. cōuenior. ait ſic. Do
lere potero: gemere potero aduerſus arma mi
lites coboꝛteſcꝫ lachꝛyme mee ſūt mea arma:
talia eñ ſunt inſtrā ſacerdotis: aliter nec de-
beo nec poſſum reſiſtere. Ex quibus verbis in
quiūt habeṫ ꝙ ſacerdos oꝛatiōibus ⁊ lachꝛy-
mis debet malis reſiſtere ⁊ non per potentiā
tēpoꝛalem: ⁊ per cōſequēs non habet iuriſdi-
Sextum ctionē coactiuam. Sexto inducunt beatum
Cryſo. qui in libꝛo ſuo dialogoꝝ: q̄ de dignita
te ſacerdotali intitulaṫ. lib. ij. c. iij. ſup id apl'i
ij. Coꝛinth. i. Non dñaṁ fidei veſtre. ita dicit
Hi qui foꝛis ſunt iudices malignos cū ſubdi-
derint oſtendunt in eis plurimā ptātem ⁊ in-
uitos eos a puoꝝ prauitate moꝝ compeſcunt
in ecclia vero non coactum ſed acquieſcentē
opoꝛtet ad melioꝛa cōuerti: qꝛ nec nobis a le-
gibus data eſt talis ptās ꝙ auctoꝛitate ſentē
tie homines cohibeamus a delictis. Clarius
(inquiūt) dici non poſſet ꝙ eccleſia non ha
beat iuriſdictionē coactiuā: cū in ecclia nul-
lus ad melioꝛa debeat cogi nec aliquis debe-
at cohiberi per iudicialē ſententiā a delictis
Septimum Septimo ſic. ad habērē iuriſdictionē coacti
uam ſpectat negocijs ſecularibus implicari:
qꝛ ad ipſum pertinet cōtentiones ⁊ lites diri
mere. Contētiones aūt ⁊ lites ⁊ rixe inter ne-
gocia ſecularia cōputanṫ. extra ne cle. vł mo.
ſecu. nego. ſe imiſ. c. i. Sed ad ſummū pontifi-
cem non ptinet ſecularibus negocijs implica
ri. teſte aplo. ij. ad Thimo. ij. qui ait. Nemo mi
litās deo implicat ſe negocijs ſecularibꝰ. Er-
Octauum go ad ſummū pontificē non pertinet iuriſdi-
ctio coactiua. Octauo ſic. Papa non habꝫ
iuriſdictionē maioꝛē ꝙ btūs petrus. ſed bea-
tus petrus ⁊ alij apoſtoli iuriſdictionē coacti
uam a xp̄o minime receperūt. ergo nec papa
habet iuriſdictionē coactiuā ex oꝛdinatione
xp̄i. maioꝛ eſt manifeſta. minoꝛ pbaṫ auctoꝛi-
tate beati Bernardi q̄ in lib. ad Eugeniū pa-
pam inquit. Non monſtrabunt puto q̄ hoc di
cerent: vbinam quiſpiam apoſtoloꝝ iudex ſe
derit hominū. Et parū poſt. Steriſſe nāqꝫ le-
go apl'os iudicandos: ſediſſe iudicātes non le
go: etiā illud non fuit. Ex q̄bus verbis daṫ in
telligi ꝙ apl'i iudices hominū non fuerunt. er
go beatus petrus iuriſdictionē coactiuā non
Nonum habuit. Nono hoc ꝙ apl'i hoīum iudices nō
fuerunt: btūs Greg. ſentire videṫ: qui tractās
illa verba. Secularia iudicia ſi habueritis: in
moꝛalibꝰ ita dicit. Hi terrenas cauſas exami
nent q̄ exterioꝝ rerū ſapientiā perceperunt.
Qui aūt ſpūalibꝰ dotati ſunt terrenis nō de-
bent negocijs implicari: vt dum nō coguntur
inferioꝛa bona diſponere valeant bonis ſupio
ribus deſeruire. Cū ergo apl'i maximis bonis
ſpūalibus fuerint dotati: ipſi nō fuerunt circa
cauſas hominū ⁊ lites aliq̄liter occupati. De Decimum
cimo hoc etiam glo. ſup illud ad Coꝛin. Secu
laria igiṫ iudicia: aperte ſentire videṫ. ait eñ
contēptibiles eñ. i. aliquos ſapientes: qui tñ
ſunt minoꝛis meriti cōſtituite ad iudicandū.
apl'i enim circūeuntes talibus nō vacabant.
Sapiētes ergo qui in locis ꝯſiſtebant fideles
⁊ ſancti: nō qui hac atqꝫ illac ꝑpter euāgeliū
diſcurrebant negocioꝝ examinatoꝛes eſſe vo
luit. Quibꝰ verbis (inquiūt) oſtendiṫ ꝙ apo
ſtoli cauſis hominū terminādis minime iſiſte
bant. Ex quo infertur ꝙ nō acceperant iuriſdi
ctionē a xp̄o coactiuā: qꝛ omne officiū iniūctū
eis a xp̄o diligentiſſime pfecerunt.

## Capitulū. xlvi. In quo improbatur erroꝛ prefatus. Cap. XLVI

Quam dānatiſſi
me errēt prefati aduerſarij dicē-
tes tam romanū pontificē ꝙ ali
os eccleſie ꝓlatos nullam ex xp̄i
oꝛdinatione habere iuriſdictionē coactiuam:
ſꝫ ex cōceſſione imperatoꝛis: facile oſtendimꝰ.
Oſtendimꝰ aūt impꝛimis falſitatem ⁊ erroꝛē Oſtendit duo principaliter
prime partis in qua dicunt: ꝓlatos ex xp̄i oꝛdi
natione nō habere ſup fideles iuriſdictionem
coactiuā. Secundo erroꝛē ſecunde partis in
qua dicūt ꝙ hmōi iuriſdictionē coactiuā ꝓla-
ti habuerūt ab imperatoꝛe ſiue a ſeculari pote
ſtate. Prima aūt pars oſtēdiṫ erronea mul Primum
tipliciter. Primo auctoꝛitate ſacre ſcripture.
Secūdo auctoꝛitate ſacroꝝ cōcilioꝝ. Tertio
diffinitione apoſtolice ſedis. Quarto ſancto-
rum doctoꝝ teſtimonio. Quinto rationibus.
Impꝛimis autē ſacre ſcripture auctoꝛitate
erronea pars illa oſtēdiṫ. Primo ex illo qnod
xp̄s petro ⁊ in petro ſucceſſoꝛibus ſuis cunctiſ
qꝫ eccleſie prelatis ait Math. xvi. Tibi dabo
claues regni celoꝝ. Claues dicit in plurali: qꝛ
ſcꝫ vt eſt doctrina cōis ſanctoꝝ tam clauē in
foꝛo cōſcientie ꝙ in foꝛo exterioꝛis iudicij. Vn
ait glo. interli. i. preſentis iudicij poteſtatem.
Et ſeq̄tur. Quodcunqꝫ ligaueris ſup terram
ſiue in foꝛo cōſcientie ſiue exterioꝛis iudicij: li-
gatū erit ⁊ in celis. Cum aūt nō tm̄ voluntarij
ligentur ſed etiam inuiti: manifeſtum eſt ꝙ in
clauibus datis Petro ⁊ in eo ſuis ſucceſſoꝛibꝰ
intelligaṫ data iuriſdictio coactiua. Secun-
do improbaṫ prefatꝰ erroꝛ ex illo Mat. xviij.
vbi habetur. Si autem peccauerit in te frater
tuus vade ⁊ coꝛripe eū inter te ⁊ ipſum. Et in
fra. Si aūt te nō audierit dic eccleſie: ſi autem

eccľiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊
publicanus: amen dico vobis quecūq̃ alliga
ueritis. glo. vinculo anathematis: ſup terram
erunt ligata ⁊ in celo ⁊c. vbi Hiero. in gl. ait.
Poteſtatē tribuit apľis vt ſciant q̃ a talibus
dānant̃ humanā ſniam diuina ſnia roborari.
Ceterū apľs. i. Corinth. vi. reprehēdēs corin⸗
thios ꝙ ↄtēptis fidelibus corā infidelibus iu
dicibus litigaſſent: ad ꝓbandū ꝙ de rebus ſe
cularibus ⁊ terrenis iudicandi ptās eſſet a⸗
pud eccľiam inquit. Neſcitis qm̄ angelos iu⸗
dicabimus quāto magis ſecularia. glo. i. de re
bus ſeculi. Non eſt aūt dubiū q̃n talis dāna⸗
tio ꝑtineat ad iuriſdictionē coactiuā. ergo a⸗
poſtoli ⁊ eoꝝ ſucceſſores ex xp̄i ordinatiōe co⸗
actiuā iuriſdictionē habuerunt. Tertio idē
oſtendi pōt ex illo. Math. xxvi. vbi de petro
dicit̃ ꝙ exemit gladiū ſuū ⁊ percutiēs ſeruum
principis ſacerdotū amputauit auriculā ei⁹.
Per qđ deſignat̃ apud petrū futurā eſſe pote
ſtatem coactiuā ad correctionē. Unde beat⁹
Greg. vt habet̃ in. c. ſi petrus. xxiiij. q. i. inquit
Tollit ergo petrus aurē: quare petrus? q̄ ip
ſe eſt q̇ accepit claues regni celoꝝ. ille eñ cō⸗
dēnat qui ⁊ abſoluit: qm̄ ligādi ⁊ ſoluendi idē
adeptus eſt poteſtatem. tollit aūt aurē male
audientis. tollit aūt gladio ſpūali aurē inte⸗
riorē male intelligentis. Quarto idē colligi
tur ex illo Luce. xxij. vbi apľis dicentibus. Ec
ce duo gladij hic: rn̄dit dñs: ſatis eſt. Ubi cū
per gladios duos myſtice intelligant̃ due po
teſtates: ſpūalis. ſ. ⁊ tēporalis: vt btūs. Ber⸗
nardus lib. de cōſideratione ad Eugeniū pa⸗
pam exponit: quas apud romanū pontificem
aliquo modo reſidere dicit: manifeſte dat̃ in⸗
telligi romanū pontificem ex xp̄i ordinatione
iuriſdictionē coactiuā que ꝑ gladios deſigna
tur habere. Quinto erroris prefati oñditur
ſtulticia ex illo qđ dñs ait petro Joh. vlt. Pa
ſce oues meas. vbi officium paſtoris cōmittit
beato petro: qđ officium planiſſimū eſt non
poſſe bene agi ſine iuriſdictione coactiua: cū
glo. in eo loco dicat. Paſcere oues eſt creden
tes ne deficiant cōfortare: terrena ſubſidia ſi
neceſſe eſt ſubditis ꝓuidere: exēpla virtutum
prebere: aduerſarijs obſiſtere: peccātes corri⸗
gere. Sexto idem oſtendit̃ ex apľica doctri⸗
na. vñ. i. ad Cor. iiij. Paulus inq̇t. In virga ve
niam ad vos: in charitate ⁊ ſpū manſuetudi⸗
nis. vbi apertiſſime ſe demonſtrat habere iu⸗
riſdictionē coactiuā. vñ in ſequēti. c. habet̃ ꝙ
Paulus fornicatorē quēdā tradidit ſathane
in interitū carnis vt ſpūs eius ſaluus fiat. Ex
quo manifeſte apparet ꝙ apľus iuriſdictionē
coactiuā habebat: ⁊ ptꝫ ꝙ non ab imperatore

qui infidelis erat: ẛ a deo. Conſequēter ſcđo
cōfutatur error ꝑfatus ex geſtis quaſi omniū
cōciliorū vniuerſaliū ⁊ maxime illoꝝ quattuor
principaliū in quib⁹ dānati excōmunicati ⁊ a
ſuis dignitatibus depoſiti legūtur plures he⸗
retici: ſicut in Niceno Arrius: in Conſtātino⸗
politano Macedonius: in tertio. ſ. epheſino
Neſtorius: in quarto. ſ. Calcedoneñ. Eutices
vt in. c. canones. di. xv. Et ſiĺi modo in alijs cō
cilijs. Hoc aūt ſancti p̄res minime facere po⸗
tuiſſent niſi habuiſſent ex xp̄i ordinatiōe iuriſ
dictionē coactiuam. Preterea totus quint⁹
liber decretaliū qui de penis intitulat̃ mani⸗
feſte oſtendit ſtultitiā erroris ꝑfati. Tertio
erroris ꝑfati temeritas oſtenditur ex apoſtoli
ce ſedis que fidei magiſtra eſt determinatōne
que in Extrauagāti Joh. xxij. q̇ incipit. Licet
ẜm doctrinā apľi. vbi Marſilium de padua ⁊
Joh. de ianduno ꝑfati erroris ⁊ alioꝝ quorū⸗
dam autores reprobat ⁊ condēnat. Quarto
prefatus error dānabilis oſtenditur etiam ra⸗
tione. Ptās ſpiritualis eſt maior ⁊ deo cōiun
ctior q̄ ſecularis vt ſuperi⁹ circa finē primi li⸗
bri multipliciter oſtendim⁹. Sed ſecularis po
teſtas ad exercitiū officij ſui habet iuriſdictio
nem annexā coactiuam. eſt eñ dei miniſter ad
Ro. xiij. Ergo etiam poteſtas ſpūalis cum ei⁹
miniſter ſit etiam vices eius gerēs pariter ad
exercitiū eoꝝ que ad officium ei iniunctū ꝑti
nent neceſſario habet modo ſibi conuenienti
annexā iuriſdictionē coactiuam. vñ Eccleſia⸗
ſtici. x. dicit̃. Judex ſapiens iudicabit populū
ſuum. ergo etiā ptās ſpiritualis. ↄñtia eſt ma⸗
nifeſta. Secūdo ſic. De rōne cuiuſcūq̃ ꝑfecti
principatus eſt habere iuriſdictionē coactiuā
Sed principatus eccleſiaſtic⁹ eſt maxime ꝑfe
ctus: vnde cōparat̃ Soli iuxta. ca. ſolite. extra
de ma. ⁊ ob. Ergo principat⁹ eccleſiaſticus ha
bet iuriſdictionē coactiuam. ↄñtia eſt bona.
maior eſt Ariſto. iiij. Ethi. Cū eñ ẜmones per
ſuaſiui qualicunq̃ ratione fulciti nō ſint ſemꝑ
potentes mouere ſubditos ad bonum: quod
eſt principalis intentio boni principis. neceſ⸗
ſariū eſt vt apud principem ſit iuriſdictio coa
ctiua qua per penas faciat qđ perſuaſionib⁹
nō potuit. Hinc eſt ꝙ legis: vt dicit Iſido. li.
Ethy. ⁊ habetur in decreto di. iij. omnis autē
lex: nō ſolum eſt imperare vetare permittere:
ſed etiam punire. Et hoc ſufficiat de improba
tione prime partis prefati erroris. Secun⸗ Secūdū prin cipale
da vero pars in qua prefati peſtiferi aut dam⸗
natiſſimi aduerſarij dicunt ꝙ iuriſdictio coa⸗
ctiua que apud eccleſiam eſt ex cōceſſione im⸗
peratoris ſit. patet luce clarius erroneum eſſe
Primo ex dictis iam ſupra in reprobatōne pri

me partis erroris prefati. Conſtat em̄ beatum
petrū pro ſe ⁊ ſuis ſucceſſoribus a xp̄o principa
tū ſuſcepiſſe. ergo ab eo. ſ. xp̄o iuriſdictionem
habuit: ⁊ habēt ei⁹ ſucceſſores ⁊ nō ab aliquo
alio. ꝯñtia eſt manifeſta. antecedēs nō modo
ex dictis patet: ſ etiam ſupra ex. c. xxxi. Secū
do idē oſtendit᷑ ex antiquitate eccl'iaſtici prin
cipatus ſic arguēdo. Principat⁹ eccleſiaſtic⁹
etiam cū iuriſdictione coactiua preceſſit mul-
to tēpore imperatores catholicos. ergo ſeq̄tur
ꝙ ipſe in iuriſdictione coactiua quā habet nō
dependet ab imperatorib⁹. ꝯñtia eſt manife-
ſta: cū prius nō dependeat a poſteriori: niſi ad
uerſarius tanta caligaret cecitate vt ab impe
ratoribus etiam infidelib⁹ quales oēs fuerūt
fuerunt em̄ duo philippi pater ⁊ fili⁹: ſed nō a
p̄te xp̄iani vt dicit Eutropius: vſq; ad conſtā
tinū magnū diceret romanū pontificem ſuſce
piſſe principatum. Tertio oſtendit᷑ ſic. Nobi
lius ⁊ p̄fectius nō recipit a minus nobili ⁊ mi
nus p̄fecto p̄fectionem poteſtatis ⁊ virtutis
ſue. vt enim ait Ariſto. ij. de anima ⁊ Aug. ſup
Gene. agens nobilius eſt ⁊ preſtantius paſſo
Sed principat⁹ eccleſiaſticus eſt multo nobi
lior ac p̄fectior q̄ ſecularis: quanto. ſ. aīa cor-
pore vt dicit Hugo de ſancto vict. quāto ſol
luna vt dicit Innocenti⁹ in proxime allegato
ca. ſolite. quanto aurū plumbo: vt ait Ambro.
in. c. duo quippe. di. xcvi. Ergo nullo modo eſt
dicendū ſed tanq̄ falſum ⁊ erroneum abijciē-
dum eſt ꝙ iuriſdictio coactiua pape ⁊ prelato
rum eccleſie dependeat ab imperatore. Quar-
to ſic. Ab illo a quo alicui cōmittitur aliquod
officiū cōmittuntur ea ſine quibus officiū agi
nō poteſt. Sed a xp̄o ⁊ nō ab imperatore cōmiſ-
ſum eſt petro ⁊ ei⁹ ſucceſſorib⁹ paſtorale offici
um ⁊ cura totius populi xp̄iani ac regimen vt
ſupra oſtenſum eſt. Ergo neceſſe eſt dicere ꝙ a
xp̄o ⁊ nō ab imperatore terreno aut ab aliqua
terrena poteſtate habet iuriſdictionē Roma-
nus pontifex coactiuam. Quinto ſic. Imperato
res legūtur puniti vtpote excōmunicati ⁊ pri
uati dignitate a romanis pōtificibus: imo eti
am ab alijs minorib⁹ eccleſie p̄latis. Ergo iu-
riſdictio coactiua romani pontificis ⁊ aliorū
prelatoꝝ eccleſie nō dependet ab imperatori-
bus ſiue ab aliqua alia terrena poteſtate. cōſe
quentia eſt clariſſima. antecedēs licet pateat
ex multis hyſtorijs que note ſunt: nihilomin⁹
probatur per illud quod Gelaſius papa in. c.
duo quippe. di. xcvi. dicit; vbi ad imperatorē
Anaſtaſium ſcribens ita inquit. Duo quippe
ſunt imperator Auguſte quibus principaliter
hic mundus regitur: auctoritas ſacra pontifi
cum ⁊ regalis poteſtas: in quibus tanto gra-
uius eſt pondus ſacerdotum quanto ⁊ ꝓ ipſis
regibus in vltimo redditur i ſunt examine ra-
tionem. Et poſt pauca. Noſti itaq; inter hec
⁊ illorum te pendere iudicio non illos ad tuā
redigi voluntatem: talibus igitur inſtitutis
talibuſq; fulti auctoritatibus pluresq; ponti-
ficum: alij reges: alij imperatores excōmuni-
carunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis
principum requiratur exemplum: beatus In
nocentius papa Archadium imperatorē q
conſenſit vt ſanctus Cryſoſtomus a ſua ſede
pelleretur: excōmunicauit. Beat⁹ Ambroſi⁹
licet ſanctus: non tamen vniuerſalis eccleſie
epiſcopus ꝓ culpa que alijs ſacerdotibus nō
adeo grauis videbat᷑ Theodoſium magnum
imperatorē excōicās ab eccl'ia excluſit. Ma-
nifeſte ergo p; ſtulticia p̄fati erroris in vtra
q; ſui parte.

Capitulum. xlvij. In quo reſpondetur ad obiectio-
nes aduerſariorum ſuprapoſitas.

Cap. XLVI

Improbato erro
re prefatorum hominū perditoꝝ
iam reſpondendū reſtat eorum
obiectionibus. Ad primā que
ſumitur ex illo Math. xx. Scitis quia princi
pes ⁊c. reſpondetur: ꝙ auctoritas illa nihil fa
cit ꝓ aduerſarijs. Non em̄ bene ac recte intel
ligunt illam ſed deficiunt in duobus. Primo
quidem in hoc: q2 non eſt verū vt pretendunt
ꝙ in verbis prefatis dñs oēm dñatum ſiue pri
cipatū interdixerit apoſtolis: nec per conſe-
quens ſimpliciter oēm iuriſdictionem coacti
uam: cum xp̄us legatur dixiſſe petro. Super
plebem meam principem te conſtitui. ⁊ de a-
poſtolis dicat᷑ pſal. xliiij. Conſtitues eos prin
cipes ſuper oēm terrā. ſed tantū dñatum ⁊ iu
riſdictionē qua gentiles ⁊ homines munda
ni vtunt᷑ in ſubditos ſuos in ſeruitutem eos
redigendo ⁊ eorū vita abutendo ad ſuas vti
litates ⁊ gloriam: ſicut plenius explanauim⁹
in ſuperioribus. ca. xij. reſpondendo ad hanc
obiectionem. Secundo deficiunt aduerſarij
in hoc: q2 adminiſtratio illa ad quam eccleſie
maiores deputant᷑ non eſt vt ipſi pretendunt
adminiſtratio qua ſeruus adminiſtrat domi-
no ſuo: aut frater fratri ſuo: ſed qua dñs ⁊ pre
ſidens intendit cōmoditatibus ſubditorum:
qua medicus intendit ſaluti infirmantiū: pa-
ter correctiōi filioꝝ: paſtor cure gregis: rector
regimini populi: ⁊ gubernator nauis directio
ni. Huiuſmodi autem adminiſtratio non ex-
cludit iuriſdictionem coactiuam in miniſtris
ſupra eos quibus adminiſtrat᷑: vt prefati he-
retici fatue imaginant᷑ ſed poti⁹ includit. Un

Ad primum arg capi. xlv.

ptꝫ ꝙ auctoritas illa catholice intellecta nō
Ad ſecundum
facit ꝓ aduerſarijs. Ad ſecundā rn̄detur ne
gando minorē tanꝙ falſam: immo hereticam
cum de xp̄o dicatur. Eſa. xxxiij. Ipſe dn̄s no-
ſter iudex noſter legifer noſter ⁊ rex noſter. q̄
abſqꝫ iuriſdictione coactiua non videnť poſ-
ſe predicari de xp̄o. Ceterum ipſe chriſtus ait
Math. vlti. Data eſt mihi om̄is poteſtas in
celo ⁊ in terra. Preterea quomodo iuriſdictō
nem coactiuam dediſſet apl'is. Math. xviij.
dicit. Quecunqꝫ alligaueritis ⁊c. niſi ipſe ha
buiſſet? Et ad ꝓbationē cuꝫ primo dicit: ꝙ iu
riſdictio coactiua ſine diuitijs exerceri nō po
teſt: rn̄detur ꝙ hoc ſit falſum ⁊ ſtulte dictum:
ſicut manifeſtum eſt de iuriſdictione coacti-
ua ſpūali que exerceť conuenientiſſime a quo
libet prelato quantūcūqꝫ diuitijs careat: quic
quid ſit de iuriſdictiōe ſeculari coactiua que
armoꝝ potentia quādoqꝫ executioni manda-
tur. Ad id autem qđ ſecūdo diciť ꝙ xp̄us ve
nit miniſtrare nō miniſtrari: iam in prima rn̄-
ſione rn̄dimus hoc inſipienter eſſe dictuꝫ: qm̄
hmōi miniſtratrio xp̄i non euacuabat iuriſdi
ctionem coactiuam in xp̄o: ſicut nec vt dictū
eſt in apl'is: quoniā hmōi adminiſtratio erat
ſicut maioris ⁊ dn̄i ⁊ magiſtri erga diſcipulos
⁊ ſeruos eius: ſm illud Joh. xiij. Vos vocatis
me magiſter ⁊ dn̄e ⁊ bene dicitis: ſum etenim
Et iterū. Queadmoduꝫ bene feci ⁊ vos facia
tis: non eſt ſeruus maior dn̄o ſuo: nec apoſto-
lus maior eſt eo qui miſit eum. Qđ vero ter-
tio induciť ꝙ xp̄us iuriſdictionē coactiuā ne-
quaꝙ exercuit: falſum eſt. Quod patꝫ ex mul
tis. Primo in eo ꝙ xp̄s non modo cōſilia ſed
precepta dedit taꝫ circa ſacramenta ꝙ circa
cōuerſationem vite. Circa ſacramēta inquit.
Joh. iij. Niſi qs renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū
ſancto nō pōt introire in regnū dei. De ſacro
euchariſtie. Joh. vi. Niſi manducaueritis car
nem filij hoīs ⁊ biberitis eius ſanguineꝫ non
habebitis vitam in vobis. De ſacramēto pe-
nitentie ait. Math. iiij. Penitentiā agite ap
propinquabit regnum celoꝝ. Circa conuerſa
tionem vite ait. Joh. xv. Hoc eſt preceptum
meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. ⁊
ſimilia. Precipere autem non eſt niſi habētis
iuriſdictionem coactiuam. quoniā vt inquit
Grego. ⁊ habeť in ca. quod precipitur. xiiij. q.
ij. Quod precipitur imperať: quod imperať
neceſſe eſt fieri: ſi vero non fiat penam habet:
vbi conſilium datur offerentis arbitrium eſt:
vbi preceptū neceſſitas ſeruientis. Et Augu
ſtinus in ſermone dn̄i in mōte. Quiſquis pre-
ceptis non obtēperat reus eſt ⁊ debitor pene
Tum ſecundo iuriſdictionem coactiuā exer-
cuit cum adiecit penas eterne dānationis nō
obediētibus preceptis ⁊ inſtitutis ſuis: ſicut
patet ſuperius. quod maxime ſpectat ad iuriſ
dictionem coactiuam. Tum tertio etiā iuriſ-
dictionem coactiuā exercuit: cum xp̄s vendē
tes de templo ⁊ ementes violenter eiecit: vt
legiť Math. xxi. ⁊ Joh. ij. Super quo verbo
beatus Grego. xxv. moral'. ita loquiť: qđ pluri
mū percutit ſtultum intellectū aduerſarioꝝ.
Nec fruſtra per ſemetipſum deus es nūmula
rioꝝ fudit ⁊ cathedras vendentiū columbas
euertit: q: nimirū ſignans per magiſtros qui-
dem iudicat vitaꝫ plebiū ſed per ſeipſum exa
Ad tertium
minat magiſtrū. Ad tertiam obiectionē que
ſumiť ex auctoritate Origen. rn̄detur ꝙ Ori-
gen. non vult ſecludere iuriſdictioneꝫ coacti
uaꝫ a prelatis eccleſie: ſed per hoc tantū vult
qđ etiam alij dicunt doctores ſancti: vt Aug.
Iſidorus ⁊ Bernardus: ꝙ prelati ſpūales de
bent velle plus diligi ꝙ timeri. Hoc aūt patꝫ
quoniā per ſolam manſuetudinem ⁊ beniuo-
lentiaꝫ ſine correctiōe diſcipline nulla reſpu-
blica in hac mortali vita perfecte gubernari
poſſit. Nam vt inquit Greg. in moral'. ⁊ habe
tur in. c. diſciplina. di. xlv. diſciplina vel miſe
ricordia multuꝫ deſtituiť ſi vna ſine altera te
neatur. Sed circa ſubditos ineſſe debꝫ recto
ribus ⁊ iuſte cōſulens miſericordia ⁊ pie ſeui
Ad quartum
ens diſciplina: ⁊ multa ibi ad ꝓpoſituꝫ. Ad
quartā obiectionē patꝫ reſponſio ex prima rn̄-
ſione. Dicimus eñ ꝙ non ſit verum ꝙ beatus
Cryſoſto. ſecludat oēm iuriſdictioneꝫ coacti
uam a prelatis eccl'ie: cū ipſe dicat ſup Mat.
Ita ſe debꝫ exhibere prelatus vt poſſit ridēs
timeri ⁊ iratus amari. ſed excludit queādmo-
dum xp̄us iuriſdictionē illam coactiuaꝫ tyrā
nicā quo principes gentiū vtunť in ſubditos
q: vt ſuperius diximus talis non decet prela-
tos eccleſie. Unde differētia inter principes
eccleſiaſticos ⁊ ſeculares non eſt penes habe
re ⁊ non habere iuriſdictionē coactiuaꝫ vt fal
ſe aduerſarij ſomniant: ſed penes habere ⁊ nō
habere iuriſdictionē coactiuā tyrānicā: ſicut
Ad quintum
ſupra explanauimus. Ad qntam q eſt beati
Ambroſij in. c. puenior. xxiij. q. viij. rn̄detur ꝙ
bene intellecta cōformiter ad alia dicta eiuſ-
dem doctoris paruꝫ facit ad ꝓpoſitum aduer
ſarioꝝ: qm̄ licet potentia armoꝝ ⁊ in ꝓpria ꝑ
ſona non congruat ſacerdotibus reſiſtere in-
uadentibus bona eccleſiaſtica: cum eccleſia
corporalia neſciat arma: vt in capi. porro. xvi.
q. iij. dicit Johan. papa: non tamen propter
hoc excluditur a ſacerdotibus potentia ſiue
iuriſdictio coactiua ſpiritualis: cum ipſe bea
tus Ambroſius legať: vt ſupra induximus ex-

cōmunicaſſe Theodoſium magnum impera-
torem. vt in capi. duo quippe. diſtincti. xcvi.
Ad ſextum quod facere non potuiſſet ſi iuriſdictionē co
actiuam nullam habuiſſet. Ad ſextam que
ſumitur ex auctoritate beati Cryſoſtomi in li
bro dialogorum ſuorū: reſpondetur ꝙ non fa
cit ad propoſitum aduerſariorū: quoniā Cry
ſoſtomus loquitur de his qui foris ſunt: id eſt
qui nunꝙ fidem chriſti perceperunt. talibus
eñ non eſt vis inferenda ſed ſunt cum chari-
tate inuitandi ad fidem ⁊ morum correctionē
non autem loquitur de his qui iam fidem per
ceperunt: quoniā tales cogendi ſunt retine-
re fidem ⁊ religionem quam ſemel receperūt
votiſqȝ firmauerunt. Unde in concilio quar-
to Toletano de iudeis ita diffinitum legitur:
vt habetur in ca. de iudeis. diſtinc. xlv. De iu-
deis autem precepit ſancta ſynodus nemini
deinceps ad credendum vim inferre: cui eniȝ
vult deus miſeretur ⁊ queȝ vult indurat. non
eñ tales inuiti ſaluandi ſunt ſed volentes: vt
integra ſit forma iuſticie. ſicut eñ homo pro-
pria arbitrij voluntate ſerpenti obediens pe
rijt: ſic vocante ſe gratia dei ꝓpria mentis cō
uerſione quiſqȝ credendo ſaluatur. ergo non
vi ſed libera arbitrij voluntate ⁊ facultate vt
conuertant̄ ſuadendi ſunt non potius impel
lendi: qui autem iam pridem fide ſemel imbu
ti ſunt. q2 iam conſtat eos ſacramētis diuinis
aſſociatos: oportet vt fidem quam ſuſceperūt
tenere cogantur. hec ibi. Iſta eſt ſententia a-
poſtoli. i. Corinth. v. cum ait. Quid eniȝ mihi
eſt de his qui foris ſunt: id eſt extra eccleſiam:
iudicare. His eñ vt dicit glo. potius blandi-
endum eſt. Nonne de his qui intus ſunt vos
iudicatis. vbi glo. ſic habet. Intus. i. in eccle-
ſia ꝓfeſſione ⁊ nomine: in his eñ putredo ſecā
da eſt. hec glo. Manifeſtum eſt autem ꝙ hoc
ſine iuriſdictione fieri non pōt. ergo apl's pre
Ad ſeptimum ſupponit in eccleſia eſſe iuriſdictionē coacti-
uam. Ad ſeptimā que aſſumit̄ ex illo. ij. Thi.
ij. Nemo militans ⁊c. rn̄detur negando maio
rem in qua dicit̄ ꝙ ad habenteȝ iuriſdictionē
coactiuā ſpectet implicari negocijs ſeculari-
bus. Et ad ꝓbationem cum dicitur: quia ad
ipſum pertinet contentiones ⁊ lites dirime-
re: reſpondet̄ ꝙ ꝓbatio iſta nihil valet: quo-
niam dirimere contentiones ⁊ lites inter ali
quos maxime eccleſiaſticos ⁊ de eccl'iaſticis
rebus non eſt implicari negocijs ſecularibus
Et cum dicitur ꝙ contentiones ⁊ lites ⁊ rixe
inter negocia ſecularia computātur. extra ne
cleri. vel mona. ſecu. nego. ſe immiſ. capi. i. re-
ſpondetur ꝙ in prefato capi. bene computan
tur inter negocia ſecularia amare contentio-
nes vel lites: nō autem lites dirimere. magna
certe eſt differentia inter amare lites ⁊ cōten
tiones quod vicij carnalitatis eſt: ⁊ dirimere Ad octauum
lites quod charitatis eſt vt de ſe patet. Ad
octauam que accipitur de Bernardo reſpōde
tur: ꝙ nihil facit ad propoſitum: quoniā bea-
tus Bernardus loquitur de terrenis ⁊ ſecula
ribus cauſis atqȝ tumultuoſis litib9: iſtis eñ
apoſtoli nō intendebant. nō q2 omni poteſta-
te iuriſdictionis carerent: ſed quia maioribus
ſcȝ predicationi ⁊ orationi eſſent intenti. Pre
terea ſi huiuſmodi ſecularibus iudicijs apoſto
li nō intenderent: ſed relinquerēt huiuſmodi
curam hominibus inferioribus iuxta conſiliū
Apoſtoli. i. ad Corint̄. vi. Secularia iudicia ſi
habueritis conteptibiles. i. ſapiētes minoris
meriti qui ſunt in eccleſia conſtituite ad iudi-
candum. nō propter hoc ſequitur ꝙ nō fuerūt
in alijs cauſis ſpiritualibus hominū iudices. Ad nonum
Ad nonam obiectionem que ſumitur ex di
cto beati Gregorij. reſpondetur ꝙ in nullo fa-
uet propoſito aduerſariorū: quoniam licet Gre
go. dicat ꝙ qui ſpiritualib9 bonis dotati ſunt
nō debeant negocijs ſecularibus implicari: ſꝫ
maxime ſuperioribus intendere: nō tamen ꝓ-
pter hoc negat tales habere iuriſdictionē co-
actiuam ſimpliciter. Qđ clariſſime apparet ſi
auctoritas beati Gregorij ex integro ponatur
ait enim ſic: vt habetur in glo. i. ad Corin. vi.
Hi terrenas cauſas examinent qui exteriorū
rerū ſapientiam perceperunt: qui autem ſpiri
tualibus bonis ditati ſunt terrenis nō debēt
negocijs implicari: vt dum nō coguntur infe-
riora bona diſponere valeant bonis ſuperiori
bus deſeruire. ſed tamen magnopere cauēduȝ
eſt vt hi qui bonis ſpiritualibus emicant ne-
quaꝙ proximorum infirmantium negocia fun
ditus deſerant: ſed hec alijs quibus dignū eſt
tractanda cōmittant vel per ſe gerāt. Hec il-
le. Ex quibus manifeſte patet ꝙ aduerſarij cō
tra ſe habent Gregorium ⁊ nō pro ſe. Ad vl Ad decimum
timam obiectionem que ſumitur ex glo. i. Co-
rin. vi. reſpōdetur ꝙ illa glo. in nullo fauet ad
uerſarijs ſicut ſupra diximus de dicto btī Gre
go. licet enim dicat glo. illa iuxta Apoſtolum
ꝙ ad iudicium cauſarum ſeculariū ⁊ negocio
rum terrenorum nō maiores qui maioribus et
ſpiritualibus intendere debebant: ſed alij in-
ferioris meriti inſtituendi ſunt: nō tamē exclu
dit a prelatis eccleſie iuriſdictionē coactiuaȝ
qđ eſt ꝓpoſitū aduerſariorū vt pateȝ manifeſte
Ex quib9 clariſſime ꝯfutat̄ error Marſilij de
padua dānatiſſim9 dicētis ꝙ nec papa nec eti
am tota eccl'ia ſil' iuncta pōt aliquē hoīem pu
nire punitōe coactiua niſi concedat īperator.

Cap̄. XLVIII

Capitulū. xlviij. Qꝫ romano pontifici ab oībus xp̄i fidelibus parendum ſit ⁊ obediendum.

EX his que de ſuperioritate auctoritatꝭ ⁊ vniuerſalitate apl'ici principatus ſup vniuerſam xp̄i eccleſiam expoſuimus: manifeſtū habemus ꝙ romanus pōtifex cunctis de orbe terrarum fidelibus ſiue magnis ſiue paruis cuiuſcūqꝫ gradus aut cōditionis exiſtant: iure diuino precipere poſſit ac ꝙ vniuerſitas fidelium eodē iure illi in oībus licitis ⁊ honeſtis ac iuſtis parendi habeat neceſſitatem. Sicut em̄ actiones rerū naturalium ꝓcedunt ex potentijs naturalibus: ita etiam operationes humane ꝓcedunt ex humana voluntate. Oportuit autem in rebꝰ naturalibus vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis collate diuinitus. vnde etiā oportet in rebus humanis ꝙ ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatē ex vi auctoritatis diuinitus ordinate. Mouere autē per rōnem ⁊ voluntatem eſt precipere. ⁊ ideo ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitus inſtituto inferiora in rebus naturalibus neceſſe habent ſubdi motioni ſuperiorꝝ: ita etiā in rebus humanis ex ordine iuris naturalis ⁊ diuini tenētur inferiores ſuis ſuperioribus obedire. Vn̄ apl'us ad Heb. vlti. inquit. Obedite prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete illis. Cum autē romanus pontifex ſit pater patrum ⁊ prepoſitus ⁊ caput omniū fideliū: ſequit̄ ꝙ ab omibus qui xp̄iano nomine gloriant̄ cuiuſcūqꝫ ꝯditionis aut ſtatus exiſtant: diuino iure obedientia ei debet̄. Sicut em̄ in maioribꝰ eſt regendi ⁊ iubendi poteſtas: ita in minoribus obſequendi neceſſitas: vt in. c. cū inferius. di. xxi. Debetur aūt hec obedientia ſummo pontifici maxime in tribus in quibus cōſiſtit obedientia iuxta notata in. c. i. di. xciij. videlicet in exhibitione reuerentie in mandatorꝝ ſuſceptione ⁊ ſubiectione iudicij. Unde btūs Cyrillus li. theſaurorꝝ dicit: ꝙ romano pontifici oēs iure diuino caput inclinant ⁊ primates mundi tanꝙ̄ ipſi dn̄o ieſu xp̄o obediunt. Quocirca btūs Tho. in tractatu quē ꝯtra errores grecorꝝ edidit dicit ſubeſſe romano pōtifici eſſe de neceſſitate ſalutis. Qḋ ſequentibꝰ auctoritatibus ꝓbat: Dicit em̄ Cyrillꝰ li. theſaurorꝝ. Itaqꝫ fratres mei ſi xp̄m imitamur vt ipſius oues vocē audiamus manentes in eccleſia petri non inflemur vento ſupbie ne forte tortuoſus ſerpens ꝓpter noſtrā contētionē nos deijciat vt Euā olim de paradiſo. Et maximus in epl'a orientalibus directa dicit. Coadunatā ⁊ fundatā ſupra petrā cōfeſſionis petri dicimꝰ vniuerſalē eccl'iam ſꝫm diffinitionē ſaluatoris in qua neceſſario ſalutis aīarū noſtrarū eſt manere ⁊ ei eſt obedire ſuā ſeruantes fidē ⁊ cōfeſſionem. Hanc ſniam ſecutus papa Bonifacius in decretali ſua: vnā ſcām in fine dicit. Porro ſubeſſe romano pōtifici om̄i humane creature declaramꝰ ⁊ diffinimꝰ eſſe de neceſſitate ſalutis Diffinitio plane catholica vtpote de diuina auctoritate veniēs. tantꝰ nēpe honor legit̄ de diuina dignatione ſummo pōtifici eſſe cōceſſus vt q̄ſquis ei nō obtēperaret ſtatim necaretur, vn̄ Deutero. xvij. ita loquit̄ dn̄s. Qui aūt ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio q̄ eo tp̄e miniſtrat dn̄o deo tuo: decreto iudicis morietur homo ille ⁊ auferet̄ malū de iſrael: cunctuſqꝫ populus audiens timebit vt nullꝰ deinceps intumeſcat ſupbia. vbi glo. ordinaria ita dicit. Xp̄us q̄ eſt ſacerdos ſꝫm ordinem melchiſedech vicarios ſibi inſtituit q̄bus ait Qui vos audit me audit: ⁊ q̄ vos ſpernit me ſpernit. Iure ergo dānationis ſuſtinet ſniam q̄ contēnit diuinitatis potētiā. hec glo. Quātum aūt deteſtandū ſit ac dānandū nō obedire romano pon. ex illo colligit̄. i. Reg. xv. vbi dicit̄. Qm̄ quaſi pctm̄ ariolandi eſt repugnare ⁊ quaſi ſcelꝰ ydolatrie nolle acq̄eſcere. vbi glo. inquit. Sola obedientia eſt que fidei meritū poſſidet: ſine qua q̄ſqꝫ infidelis eſſe ꝯuincit̄. Et btūs Greg. in. c. ſi q̄. di. lxxxi. ad idē ſic ait. Peccatū paganitatis incurrit q̄ſquis dū xp̄ianū ſe eſſe aſſerit ſedi apl'ice obedire cōtēnit. Quocirca dicit̄ in. c. obedientiā. di. xciij. Obedientiā inferiores ex ordine ſupioribꝰ debent. ſummo em̄ pontifici ea debet̄ ab oībus obediētia vt nulli liceat ei cōicare cui ꝓ actibus ſuis ipſe inimicꝰ extiterit: nec in eccl'ia eē pōt q̄ eius cathedrā deſerit. hec ibi. Ex q̄bus excludit̄ vt inq̄t ſanctus Tho. in. iiij. lib. contra gentiles: error quorundam ſcꝫ grecorꝝ preſumptuoſus qui ſe ſubducere nitūtur ab obedientia ⁊ ſubiectione petri: ſucceſſorē eius romanū pontificē vniuerſalis eccleſie paſtorē non recognoſcentes. Ex q̄bus etiam cōfundit̄ ſtulticia quorundā aduerſariorꝝ Baſilienſium: qui verbo opere ⁊ factis practicare non ſunt veriti: ꝙ prelati ⁊ clerici in ſynodo congregati non tenerentur romano pontifici parere aut obedire. Mira certe iudicio noſtro ⁊ a ſeclis inaudita fantaſia ꝙ oues eo ꝙ in vnū locū cōuenerint deſinant ſubiecte eſſe paſtori: ⁊ paſtor ipſe ⁊ nomen paſcendi ⁊ regendi ꝑdiderit auctoritatem: ⁊ ꝙ romanus pontifex congregatis in ſynodo prelatis ſubditis ſuis

ipſe minus habeat in eo auctoꝛitatꝭ. Quis au
diuit vnq̄ tale: ꝙ dum filij ſiue ſubditi aut di⸗
ſcipuli ſimul couueniunt: pater pꝛelatus atqꝫ
magiſter oium paternitatis ꝑlationis ⁊ ma⸗
giſterij ꝑdiderit dignitatē: filius: ſubditus: at
qꝫ diſcipulus filioꝝ ſubditoꝝ aut diſcipuloꝝ
omniū factꝰ. Ceterū confutatꝛ tertio falſitas
imaginationis qui imaginātur licitū eſſe ſuſ⸗
pendere aut ſubtrahere obedientiā q̄ncqꝫ a ve
ro ⁊ indubitato romano pontifice: q̄ videtur
eſſe ſimiles illis. de q̄bꝰ ſaluatoꝛ inq̄t Math.
xv. Ceci ſunt ⁊ duces cecoꝝ. Plane hm̄oi ſuſ⸗
penſio obedientie nullo modo videtꝛ eſſe lici⸗
ta. Tum pꝛimo q̄m aperte eſt cōtra naturalez
⁊ diuinā legem: vt oſ̄ndimus in. c. ſuperioꝛi: in
qua per hominē diſpenſatio fieri non poteſt.
Pꝛecipit aūt legiſlatoꝛ xp̄s ieſus. Mat. xxiij.
de ſedentibus ſuper cathedram etiam malis
Om̄ia quecūqꝫ dixerint vobis facite. Itez ad
Heb. vlti. dicit ap̄lus. Obedite pꝛepoſitꝭ ve⸗
ſtris ⁊ ſubiacete illis. Secūdo talis obedien
tie ſubtractio eſt illicita: cū videatꝛ eſſe ſacri⸗
lega. Eſt em̄ diuine maieſtatis offenſiua ſiue
leſiua. cum em̄ ſaluatoꝛ rex regum dicat de vi
carijs ſuis. Qui vos audit me audit: ⁊ q̄ vos
ſpernit me ſpernit. Luce. x. Pꝛofecto qui obe
dientiam ſubtrahit a vero ⁊ indubitato vica
rio xp̄i leſoꝛ videtꝛ maieſtatis diuine. Tertio
talis ſuſpenſio ⁊ ſubtractio eſt illicita cuz ſit
contra iuſticiā: cuius eſt reddere vnicuiqꝫ q̄d
ſuū eſt. Debēt aūt inferioꝛes obedientiā ſuis
ſuperioꝛibus vt eſt manifeſtū: ⁊ habetꝛ in pꝛin
cipio. di. xciij. vbi dicitꝛ. Obedientiā aūt infe⸗
rioꝛes ex oꝛdine ſuperioꝛibus debent. Quar⸗
to eſt illicita cū ſapiat ſciſma. ſeparant em̄ ſe
tales ab ap̄lica ſede ſiue a romano pontifice:
a quo quiſqꝫ diuiſus ab eccl̄ia eſt ſeparatꝰ iux
ta beatum Cypꝛianū in. c. ſcire debes. vij. q. i.
⁊ iuxta beatū Hieroñ. in. c. hec eſt fides. xxiiij.
q. i. ⁊ iuxta papaz Pelagiū in. c. ſciſma. xxiiij.
q. i. Quinto talis ſubtractio vel ſuſpenſio eſt
illicita: cum ſit ſcandaloſa ⁊ mali exempli ce
teris fidelibus. De cuiꝰ grauitate peccati ait
dn̄s. Math. xviij. Qui ſcandalizauerit vnuz
de puſillis iſtis minimis qui in me credūt: ex⸗
pedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in col⸗
lo eius ⁊ demergatur in ꝓfundū maris. Sex⸗
to eſt illicita talis obedientie ſubtractio: q̄m
eſt dānoſa ⁊ periculoſa. Incurrunt eniz tales
ſubtrahentes obedientiam penas non ſolum
ſp̄ualem maledictionem quā non obediētes
patribus coꝝ ⁊ ſubtrahentes illis honoꝛem ⁊
reuerentiam debitam incidunt: ſed etiam pe
nas ⁊ cenſuras iuris que per ſacros canones
a ſanctis patribus hm̄oi obedientiaz ſubtra⸗
hentibus ſiue ſuſpendentibꝰ inferuntꝛ. De qui
bus in. c. non vos. xxiij. q. v. ⁊ eſt canon Calce
doneñ. cōcilij: qui a cōmunione ſeipſum ſuſpē
dit ⁊ collectam facit ⁊ altare conſtituit ⁊ no⸗
luit vocanti epiſcopo conſentire ⁊ noluit ei⸗
dem acquieſcere atqꝫ obedire habet oino dā⸗
nari: nec vnq̄ vel cōione mereri nec recipe eū
poſſe honoꝛem. hec ibi. Item in. c. ſi inimicus
in. c. miratus. in. c. qui cathedraz. diſ. xciij. Itē
in. c. nulli fas. di. xix. vbi multa de hm̄oi. Vnd̄
videtur ꝙ ſicut ſolum ꝓpter hereſim papa ac
cuſari poſſet: ita ꝓpter ſolam hereſim aut fau
toꝛiam aut partitionem pꝛohibitam poſſit
ab eo obedientia ſubtrahi: vt eſt caſus in ca.
anaſtaſius. diſ. xix. ⁊ confirmatur per. c. ſacer⸗
dotes. ij. q. vij. in quo Clemens ita dicit. Sa⸗
cerdotes et reliqui eccleſie miniſtri omneſqꝫ
plebes epiſcopos ſuos diligere debent ⁊ eo⸗
rum pꝛeceptis obedire etiam ſi epiſcopi ali⸗
ter (quod abſit) agant niſi in fide catholica
errauerint. hec ibi.

Capitulum. xlix. In quo ponuntur obiectiones cō⸗
tra pꝛedicta de obedientia debita romano pontifici: ⁊
reſpondetur eiſdem.

Duerſarij obij⸗ Caplꝫ XLIX
ciunt contra hoc quod dictū eſt
ꝙ ab om̄ibus xp̄ifidelibus cuiuſ
cunqꝫ ſtatus aut cōditionis exi
ſtant obediendū ſit romano pontifici. Pri Argumentum primum
mo ſic. Quilibet q̄ tenetꝛ alteri obedire dꝫ ne
ceſſario habere voluntatē pꝛecipientis tanq̄
regulam ſue actionis. Sed ſola dei voluntas
que ſemper eſt recta: eſt regula humane actio
nis. Ergo nullus tenetur obedire niſi deo.

Secundo. Papa poteſt errare ⁊ deficere: Secundum
iuxta ca. ſi papa. diſtinc. xl. Ergo non videtur
ꝙ ei ſit ab omnibus obediendum: ſed ſolum
ei qui errare ⁊ deficere nō poſſet. Tertio ſic. Tertium
Sicut lex vetus fuit figura noue legis: ita ſa⸗
cerdotium vetus figura ſacerdotij euāgelici:
ſed ſacerdotiū vetꝰ erat ſubiectū regie digni
tati: ita ꝙ ſacerdotes erant ſubiecti regibus:
non autem econuerſo. In cuius ſignum dici⸗
tur. Exodi. xix. ſacerdotibus: ꝙ ſunt regnuz ſa
cerdotale. vbi datur intelligi ꝙ poteſtas re⸗
galis erat pꝛincipalioꝛ: ⁊ ſacerdotalis minoꝛ.
Ergo videtur ꝙ ſummo pontifici qui ſummꝰ
ſacerdos dicitur non teneātur obedire reges
xp̄iani. Quarto ſic. Videtꝛ ꝙ ſit magis obe⸗ Quartum
diendum pꝛelatis inferioꝛibus q̄ pape. Pro⸗
batꝛ ſic. Poteſtas immediata magis influit
q̄ mediata. Sed poteſtas inferioꝛ magis eſt
imediata q̄ ſuperioꝛ. ergo videtꝛ ꝙ magis obe
diendum ſit poteſtati inferioꝛi q̄ ſuperioꝛi: ⁊
ita plus epiſcopo aut abbati q̄ pape. Sed

iſtis non obſtātib⁹ dicendū eſt ſicut dictū eſt in precedenti. c. ꝙ oēs xpiani cuiuſcūꝗ̃ cōditionis aut ſtatus exiſtāt: tenent obedire ſummo pontifici ꝛ in his in q̃bus obedire tenent prius ꝛ magis ꝙ̃ cuicūꝗ̃ alteri humane ptāti qḋ ex ſuperioribus notū eſt: ꝛ ex rn̄ſionib⁹ ad obiecta dandis luculentius fiet. Ad rōnes ergo in oppoſitum eſt reſpondendū.

Ad primum

Ad primam reſpondet negando minorē: videlicet ꝙ ſola diuina voluntas ſit regula humane actionis. dicimus enī ꝙ diuina voluntas eſt bene prima regula qua regulant omēs rōnales voluntates: ſunt tamen alie regule ſecūdarie ſm ꝙ ſunt cauſe ſecūdarie mouentes inferiora: ꝛ hoc modo volūtas vnius hois precipientis poteſt eſſe quaſi ſecunda regula volūtatis alterius obediētis. Unde ad Heb. vlti. dicit apl̄s. Obedite prepoſitis veſtris ꝛ ſubiacete illis. quia dn̄s dicit de illis. qui vos audit me audit. Sicut autē inter ſecundas cauſas mouētes eſt gradus: ita inter iſtas regulas ſecūdarias inquātū vna magis pme appropinquat ꝙ̃ alia ſm ordinē diuinitus inſtitutū: cuiuſmodi eſt volūtas ſummi pontificis q̃ eſt vicarius principalis ꝛ rector omniū fideliū. vn̄ ei ſicut ſupreme regule poſt diuinā parendū eſt ab omibus.

Ad ſecundum

Ad ſecundam rn̄detur negādo cōſequentiā. qm̄ licet ex hoc ꝙ papa poſſit aliq̄n errare ꝛ precipere nō faciēda bn̄ ſequat ꝙ ei in omībus ſimpliciter obediendū nō ſit: non tamen ex hoc arguit aut ſequit ꝙ cuꝫ bene precipit non ſit ei ab omībus obediendꝫ. Uerū ad ſciendum in quibus obediendū ſit ꝛ in q̃bus non: q2 vt dicit Aug. ꝛ habet in. c. nō ſemp. xi. q. iij. non ſemp maluꝫ eſt non obedire prelato: eſt notandū iuxta ſan. Tho. in. ij. ij. q. ciiij. ar. v. ꝙ dupliciter pōt cōtingere ꝙ ſubditus ſuo ſupiori obedire nō teneat. Uno mō ꝓpter preceptū maioris ptātis. Un̄ Aug. ꝛ habet in. c. q̃ reſiſtit. xi. q. iij. ꝛ in gl. ad Ro. xiij. dicit ſic ad ꝓpoſitū. Qui reſiſtit ptāti dei ordinationi reſiſtit. Sed qd̄ ſi ille iubeat qḋ nō dꝫ facere. hic ſane ꝯtēne ptātem ipſos humanarū leguꝫ gradus aduerte ſi aliq̄d iuſſerit curator: ſi tn̄ cōtra ꝓcōſul iubeat non vtiꝗ̃ ꝯtēnis ptātem ſed eligis maiori ſeruire. nec hinc dꝫ minor iraſci ſi maior prelatus eſt. Ruſus ſi aliquid ꝓconſul iubeat ꝛ aliud impator nunꝗ̃ dubitat illo ꝯtēpto iſti eſſe ſeruiendū. Ergo ſi aliud imperator aliud deus iubeat qd̄ iudicatis maior ptās deus contēpto illo obtēperandum eſt deo. Idē habet in. c. ſi deus iubet. ꝛ in. c. iulian⁹. Et hoc eſt qḋ habet Act. v. Obedire oportet deo magis ꝙ̃ hoibus. vbi ergo papa iuberet aliquid cōtrariū ſacre ſcripture ſiue articulis fidei aut veritati ſacroꝝ aut mādatis iuris naturalis ſiue diuini: ei obediendꝫ non eſſet ſed talia precipiēs deſpiciēdus eſt. vn̄ Iſido. ꝛ habet in. c. ſi q̃s. xi. q. iij. Si q̃s ꝓhibeat nobis qḋ a dn̄o preceptū eſt: vel rurſum imperat fieri qḋ dn̄s fieri ꝓhibet execrabilis ſit oībus q̃ diligunt deū. Et iterū idē in ſequēti. c. is q̃ preeſt. Si preter volūtatem dei vel preter qḋ in ſacris ſcripturis euidēter precipit vel dicit vel aliquid vobis imperat tanꝙ̃ falſus teſtis aut ſacrilegus habeatur. hec ille. Alio modo q̃s non tenet ſuo ſuperiori obedire ſi aliq̃d ei precipiat in quo ei non ſubdat Dicit enī Seneca in. iij. lib. de beneficijs. Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutē in totū hoiem deſcēdere. pars eius melior excepta eſt: corpora obnoxia ſunt ꝛ aſcripta ſunt dn̄is: mens q̃dem eſt ſui iuris. ꝛ ideo que pertinent ad interiorē motū voluntatis homo non tenet homini obedire: ſed deo ſoluꝫ. Tenet aūt homo hoi obedire in his que exterius p corpus ſunt agēda: in q̃buſdam tn̄ ſm ea que ad naturā corporis ꝑtinent homo hoi obedire non tenet: ſed ſolū deo: q2 omēs hoies natura ſunt pares: puta in his que ꝑtinent ad corporis ſuſtentationē ꝛ ꝓlis generationē. vn̄ nō tenet ſerui dn̄is nec filij parentibus obedire de matrimonio ꝯtrahēdo vel virginitate ſeruāda aut aliquo alio hmōi: ſed in his q̃ ꝑtinēt ad diſpoſitionē actuū ꝛ rerū humanarū tenet ſubditus ſuo ſuperiori obedire ſm rōnem ſupioritatis: ſicut miles duci exercitus in his q̃ ꝑtinent ad bellum. ſeruus dn̄o in his q̃ pertinent ad ſeruilia opera exequēda. filius patri in his que pertinēt ad diſciplinā vite ꝛ curā domeſticā. omēs vero xpiani pape in his q̃ ad religionem xpianam ꝛ ad cathedrā ꝑtinent cōſona iuri diuino ꝛ naturali.

Ad tertium

Ad tertiā rōnē rn̄det: ꝙ nō eſt ſimile de ſacerdotio veteris legis ꝛ noue. Cuius rō eſt tā ſm ſan. Tho. in lib. quē fecit de rege ꝛ regno ad regē Cypri. xv. c. ꝙ̃ ſm Bonauētura in. iiij. c. in fine. di. xxiiij. que dr̄ia eſt inter nouū ꝛ vetus teſtamentū: ꝛ inter cōparationē ſacerdotis ꝛ regni. Quia enī vet⁹ teſtamentū erat adhuc carnalium ꝛ carnaliter viuentiū: ideo ptās ſecularis erat principalior ꝛ ſacerdotalis ptās erat minor. Et iō ſignāter dicebat i veteri lege: regnū ſacerdotale: q2 ſacerdotiū pēdebat ex regno. Sed ecōtra in noua dicit. i. Petri. ij. Regale ſacerdotiū: q2 principalius eſt nunc ſacerdotium ꝙ̃ regnū: ꝛ poteſtas ſpūalis ꝙ̃ temporalis ſiue carnalis. ſic enī competebat ſtatui gratie. Hec dominus Bonauentura

Ad quartum

Ad quartam rōnem reſpondetur ꝙ ſanctus Tho. ꝛ dominus Bonauen-

in veteri lege regnum sacerdotio ꝑponebat in nova aūt econtra

tura notant in fine ſecũdi ſententiarũ: ꝙ pote
ſtas ſuperior ⁊ iferior dupliciter ſe poſſunt ha
bere. Aut ita ꝙ inferior poteſtas ex toto oriat
a ſuperiori: ⁊ tunc cũ virtus tota inferioris fũ
detur in virtute ſuperioris ſimpliciter in om
nibus eſt magis obediendũ ſuperiori ꝙ infe
riori. ſicut etiã in naturalib⁹: cauſa prima pl⁹
influit ſuper cauſatum cauſe ſecunde ꝙ etiam
ipſa cauſa ſecũda: vt in li. de cauſis dicit. ⁊ ſic
ſe habet poteſtas dei ad omnem creatã pote
ſtatẽ: ſic etiam ſe habet poteſtas imperatoris
ad poteſtatẽ proconſulis: ſic etiã ſe habet po
teſtas pape ad omnẽ ſpiritualem poteſtatem
in eccleſia: qr ab ipſo papa gradus dignitatũ
diuerſi in eccleſia ⁊ diſponũtur ⁊ ordinantur.
vnde eius poteſtas eſt quoddã eccleſie funda
mentum vt patet Math. xvi. ⁊ ideo in omni
bus magis tenemur obedire pape ꝙ epis vel
archiepiſcopis vel etiam monach⁹ abbati abſ
ꝙ vlla diſtinctione. Poteſt iterũ poteſtas ſu
perior ⁊ inferior ita ſe habere ꝙ ambe oriãtur
ex vna quadam ſuprema poteſtate: que vnam
alteri ſubdit ſm ꝙ vult: ⁊ tunc vna nõ eſt ſu
perior altera niſi in illis in quibus vna ſuppo
nitur alteri a ſuprema poteſtate: et in illis eſt
tantũ magis obediendum ſupiori ꝙ inferiori.
Et hoc mõ ſe habẽt ptãs epiſcopi ⁊ archiepi
ſcopi deſcendẽtes a pape ptãte. Et ita ptꝫ re
ſponſio ad rõnem ꝙ etiã dicebat ꝙ poteſtas
inferior eſſet magis immediata: falſuꝫ eſt: im
mo poteſtas pape cũ ſit cauſa poteſtatis infe
rioris cũ ab ea emanet ⁊ deſcendat magis eſt
immediata ꝙ inferior vt ptꝫ ex dictis. Vñ vt
ſanct⁹ Thomas dicit in tractatu cõtra impu
gnãtes religionem: papa hꝫ immediatã iuriſ
dictionem in oẽs Chriſtianos: qr Romana ec
cleſia nullis ſynodicis conſtitutionibus cete
ris plata eſt eccleſijs: ſed euangelica voce do
mini ⁊ ſaluatoris ſui primatũ obtinuit: vt ha
betur in decretis di. xxij. ca. quãuis. colligitur
etiam in. c. per principalẽ. ix. q. vltima.

Capitulũ. l. De errore dicentium ꝙ non ſit obedien
dum ſtatutis papalibus.

Capl'm L.

ſ Atis facile intel
ligere ex iam dictis eſt ꝙ longe a
veritate ⁊ a ſtatu ſalutis oberrẽt:
qui dicũt non eſſe obediẽdum ſta
tutis papalib⁹. Contra qđ preter ea que in ſu
perioribus dicta ſunt eſt Leo papa: qui ita in
c. hoc di. xi. ait: Hoc veſtre indicimus charita
ti vt ab apoſtolicis inſtitutis nullo vlteri⁹ re
cedatis exceſſu: qr inultuꝫ poſt hoc eſſe nõ po
terit ſi quiſꝙ apoſtolicas regulas i aliquo cre
diderit negligẽdas. Iteꝫ eſt btũs Greg. in. c.
prece ptis. di. xij. ita dicẽs. Preceptis aplicis
non dura ſuperbia reſiſtat: ſed qr obedientiã
que a ſancta romana eccl'ia ⁊ aplica auctori
tate iuſſa ſunt ſalubriter impleant: ſi eiuſdem
ſancte dei eccl'e que eſt caput noſtrũ cõionẽꝫ
habere deſideratis. Item Pius papa oibus
eccleſijs ſcribens ſic inquit. Inſtruimus vos
aplica auctoritate omẽs eadem ſeruare debe
re que ⁊ nos ſeruamus. nec debetis a capite
quoquo modo diſſidere. xp̄us eñi hanc aplicã
ſedem omniũ eccleſiarũ caput eſſe precipit:
ipſo dicente principi aploꝝ Petro. Tu es pe
trus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccl'iam
meam ⁊c. hec ille. Item ad idem eſt beatus
Calixtus papa: qui oĩbus epiſcopis ſcribẽs
ita ait in ca. non decet. di. xij. Non decet a ca
pite membra diſſidere: ſed iuxta ſacre ſcriptu
re teſtimoniũ oĩa membra caput ſequantur.
Nulli eñi dubium eſt ꝙ apoſtolica eccl'ia ma
ter ſit omniũ eccleſiarum: a cuius regulis nul
latenus cõuenit deuiare. hec ille. Item in. c.
ſi quis dogmata. xxij. q. ij. Nicolaus papa vni
uerſali ſynodo preſidens ita ait. Si quis dog
mata. mandata. interdicta. ſanctiones vel de
creta ꝓ catholica fide ⁊ eccleſiaſtica diſcipli
na ꝓ correctione imminentium vel futuroꝝ
maloꝝ a ſedis apoſtolice preſule ſalubriter ꝓ
mulgata contẽpſerit anathema ſit. Preter
ea dicere ꝙ fideles non teneantur apoſtolice
ſedis mandatis ſiue conſtitutis obedire ſit er
roneum ſiue hereticuꝫ patet: quia hoc ipſo ne
gant Romanum pontificem eſſe caput ac re
ctorem ſiue paſtorem eccleſie: quod vt in ſupe
rioribus monſtratum eſt euangelio contradi
cit: ⁊ per cõſequens hereticum. Unde ſanct⁹
Tho. in probatione huius in tractatu contra
impugnantes religionem ait ſic. Dicit in de
cretis. di. xxij. in. c. omẽs. Qui autem romane
eccleſie priuilegium ab ipſo ſummo omniũ ec
cleſiarum capite traditum auferre conat: hic
ꝓculdubio in hereſim labitur. Et. ĵ. Fidem q̃
dem violat qui aduerſus illaꝫ agit que eſt ma
ter fidei. Hoc autem priuilegium xp̄us roma
ne eccleſie contulit: vt omẽs illi ſicut chriſto
obediant. Unde Cyrillus lib. theſauroꝝ. Ut
membra maneamus in capite noſtro apoſto
lico throno romanoꝝ pontificũ: a quo noſtrũ
eſt querere quid credere ⁊ quid tenere debea
mus: ipſum venerantes: ipſum rogantes pro
oĩbus: qm̃ ipſius ſolum eſt reprehẽdere cor
rigere ſtatuere diſponere ſoluere ⁊ loco ei⁹ li
gare q̃ ipſum edificauit. ⁊ nulli alij qđ ſuũ eſt
plenũ: ſed ipi ſoli dedit cui oẽs iure diuino ca
put inclinant ⁊ primates mũdi tanꝙ ipſi dño
ieſu xp̄o obediunt. Unde patet ꝙ quicunꝙ

dicit nō eſſe obediendū in his que per papam inſtituūtur in hereſim labiť. Hec ſanct⁹ Tho. Ex his manifeſte pʒ q̄ rōnabiliter in cōcilio Conſtantieñ dānatus fuit error ille Joh. hus dicentis: q̄ obediētia eccleſiaſtica eſt obediē-tia ſm̄ adinuentionem ſacerdotū eccleſie pre ter expreſſam auctoritatem ſcripture.

Capitulū.li. De rōnib⁹ ꝑpter quas ſucceſſores petri romani pōtificis magis ꝑ electionē q̄ ꝑ carnis ſucceſ ſionē aut īſtitutionem predeceſſoris ad pontificatum aſſumuntur.

Caplm LI

Quam conueniē tiſſimū fuerit vt hi qui btō Pe tro in pontificatu in eccleſia ſuc ceſſuri erant per electionē ⁊ non per carnis ſucceſſionem aut inſtitutionē ꝑde-ceſſoris aſſumerētur ex multiplici capite colli gere poſſumus. Primo hoc cōuenietiſſimū fuit: qm̄ ſicut ait Apl's ad Heb. vij. tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt etiā legis trāſlatio fi at: ita neceſſe fuit vt etiam forma determina-tionis pſone in ſummo ſacerdotij pontificatu tranſmutareť. In ſacerdotio aūt legali deter minatio pſone aſſumēde ad pontificatum fie bat per ſucceſſionē originis ſiue carnis. qm̄ ſo li de ſtirpe Aaron deſcēdentes ſuccedebant Aaron in pontificatu: ſicut habeť Exo.xxviij. Decuit ergo vt hmōi forma tranſlato ſacerdo tio transferreť in aliam: vt iam nō per carnis originē ſed per electionē aſſumptio fieret pſo ne ad pontificatū. Hinc eſt q̄ dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s ſacerdos ⁊ pontifex ſummus nō ex leui cui debebať ſacerdotiū: ſed ex iuda cui de ſacerdotio nihil ptinebat carnē aſſum-pſit. Et hoc eſt qđ Paulus apl's ad Heb. vij. deſignat di. In quo em̄ hec dicūtur. ſ. xp̄o ieſu de alia tribu eſt de qua null⁹ altari preſto fuit. Manifeſtum eſt enim q̄ de iuda ortus ſit do min⁹ noſter in qua tribu nihil de ſacerdotib⁹ moyſes locutus eſt. Scđo conuenientiſſime fuit ſcʒ propter ſpiritalitatem euāgelici ſacer dotij: cuius ſane principat⁹ qui ſummus eſt nō carni ſed vite merito debetur. Hanc rationē videť tangere btūs Hierony. in. c. Moyſes viij. q. i. Moyſes amicus dei cui facie ad faciē locutus eſt dominus potuit vtiq̄ ſucceſſores principatus filios ſuos facere ⁊ poſteris pro-priam relinquere dignitatem: ſed extrane⁹ ex alia tribu eligitur ieſus ſcʒ Joſue: vt ſciremus principatū in populum nō deferendum eē ſan guini ſed vite. Tertio huiuſmodi conuenien tia colligitur ex vniuerſalitate euāgelici ſacer dotij. In hoc enim cum nulla ſit differētia tri buum aut nationum: ſed vt dicit Apoſtol⁹ ad Galať. iij. Quicunq̄ baptizati eſtis chriſtum induiſtis: non eſt iudeus nec grecus: non eſt ſeruus nec liber. Et ad Colo. iij. Ubi non gen tilis ⁊ iudeus: circuncīſio ⁊ preputium: barba rus ⁊ ſcita: ſeruus ⁊ liber: ſed omnia ⁊ in om-nibus chriſtus. Si autem per ſucceſſionem carnis aſſumeretur pontifex nunq̄ poſſet in-differenter aſſumi de omni natione aliquis ad pontificatum ſacerdotalem euangelicum ſed de vna natione aut tribu quod vniuerſa-litati euāgelici ſacerdotij minime cōueniret. Quarto cōuenientia huius colligiť ex qua-litate vite ⁊ ſanctimonie que requirūtur in aſ ſumendo ad ſummū pontificatum. Oportet em̄ principem eſſe optimū ⁊ perfectum virtu te. vt dicit. ij. ethico. ⁊ vt Hieroñ. habet ſuper Leuiť. ⁊ habetur in ca. licet. viij. q. i. q̄ qui pre ſtantior eſt ex om̄i populo qui doctior qui ſan ctior qui in om̄i virtute eminētior eligendus eſt. Per illam ergo viā melius eſt aſſumi vni-uerſalis eccleſie principem per quā conuenit meliorē inueniri. Sed huiuſmodi via eſt ele ctio que ſequitur rōnis maturam deliberatio nem: cum ſit concluſio concilij. vt dicitur. iij. ethi. Ergo melius eſt aſſumi principem ⁊ re-ctorem in eccleſia per electionem q̄ per origi nis ſucceſſionē. Quinto ſic: quoniā pericu loſum valde eſt rem maximam fortune cōmit tere igitur principatum ⁊ potiſſime eccl'iaſti-cum cū maximus ſit: cōmittere fortune peri-culoſum eſſe nemo ambigit. Sed hoc contin gere videtur cum princeps aſſumitur per ſuc ceſſionē generis: cum non ſit neceſſariū q̄ bo no bonus ſuccedat: imo quandoq̄ ſtultos ſa-pientibus ⁊ ſceleratiſſimos virtuoſis ſuccede re videamus. Sexto cōuenietia iſta colligi-tur ex vtilitate xp̄iani populi cui preficiť: cui⁹ ſanitas multum pendet ex bonitate capitis ⁊ rectoris iuxta. c. ſi papa. di. xl. Sed certius ꝓ-uideť ppl'o de vtili paſtore ⁊ accōmodo ꝑ viā electionis q̄ ſucceſſionis carnis vt manifeſtū eſt. Ergo cōuenienter per electionē ꝓuideť de romano pontifice. Septimo hoc arguiť ꝯuenientiſſimū: quoniā rationi naturali con-ſonū videtur: q2 nullus videtur iuſte preeſſe a licui multitudini niſi de eius conſenſu aut ſu perioris ordinatione aut ꝓuiſione. De primo dicit Leo papa. Nulla ratio ſinit vt illi inter epiſcopos habeanť qui nec a clericis ſunt ele cti nec a plebibus expetiti. di. xxiij. in nomine dn̄i. De ſecundo patet: quia ex quo aliquis or-dinarie preſidet alicui mltitudini iure ſuo po teſt ponere ſup eam quē vult in adiutoriū ſui ⁊ vice in loco ſui q̄diu preeſt. Xp̄us autem ec cleſie ſue immediate non ꝓuidit niſi de petro vnde per cōſequens quia non ꝓuidit de pſo-

na nominatim ſucceſſoris Petri eccleſie electionem dimiſit: prout videt̃ haberi in.c. electionē. diſtinct. lxxix. vbi ſic Anacletus papa inquit. Electionem vero ſummoꝝ pontificum vel ſacerdotū ſibi dn̄s reſeruauit: licet electionem eorum bonis ſacerdotibus ⁊ ſpiritualibꝫ populis conceſſiſſet. Unde de iure naturali ⁊ quaſi diuino videt̃ eſſe ꝙ papa non faciat ſibi ſucceſſorē: nec poſt mortem nec poſt reſignationem quando nō preeſt: licet ꝙ diu viuit papa poſſit loco ſui ponere legatos et vicarios vbi vult ⁊ ſicut vult. Sic ergo patet ꝙ tā iuri diuino ꝙ naturali conſonum eſſe videt̃ ꝙ ex electione vniuerſalis eccleſie vel illorum ad quorum de conſenſu vniuerſalis eccleſie trāſlatū eſt ius eligendi: ſicut hodie ſunt Cardinales vt in.c. in nomine domini. di. xxiij. ⁊. lxxix. c. i. fiat papa ſiue aſſumatur ſummus pontifex. Qꝛ vero contingere poſſet diſcordia inter cardinales: ideo vt nō omnes ſimul concurrerēt ad aliquem vnum eligendū: ordinatum eſt in cōcilio vniuerſalis eccleſie: vbi prefuit Alexander tertius: ꝙ a duabꝫ partibꝫ cōcorditer electus haberetur pro romano pontifice vt in.c. licet. de elec. Ex quibꝫ manifeſte appet ſtulticia erroris Joh. vicleff dicētis: ꝙ electio pape a cardinalibꝫ per diabolū ſit introducta.

Ceterū ꝙ nec conueniat aſſumi aliquē ad pontificatum per inſtitutōnem predeceſſoris poteſt colligi ex aliquibus. Primo ex fallibilitate humani iudicij. ꝑiculoſum enim valde eſt vt ex vnius hominis iudicio qui errare poteſt ⁊ falli ⁊ fallere: ſummi pōtificis inſtitutio penderet. Xp̄s aūt qui deꝫ ⁊ homo eſt cum in ſuo iudicio falli nō poſſit nec fallere: bene ꝯgruit vt ipſe nō ꝯcurrēte alioꝝ iudicio pontificem in eccleſia per ſeipſum inſtitueret atq; ordinaret: quēadmodum beatum Petrum fecit. Qꝛ ꝟo alij hoīes falli ⁊ fallere poſſunt niſi a deo ſpirituſancto ſint confirmati: vt errare nō ꝑmittantur: ad omnē errorem euitandū conueniens fuit vt poſt Petri mortem quicūq; promouendus eſſet in eccleſie paſtorē aut principem plurimoꝝ diſcretoꝝ maturo iudicio concurrēte ꝑ electionē aſſumeret̃. Nec obuiat huic ꝙ beatꝫ Petrus ſucceſſorem legat̃ inſtituiſſe. i. Clementē vt in.c. Petrꝫ. viij. q. i. habetur Tum qꝛ Petrꝫ ita plenꝫ erat ſpirituſancto vt in iudicio de aptitudine beati Clementis ad pōtificatū inter omnes alios nō falleret̃. Tū ſecūdo: qꝛ cū vt ait hyſtoria ⁊ habet̃ in.c. ꝑfato Petrus in auribꝫ totiꝫ eccleſie Clementē inſtituerit: ⁊ ita omniū conſenſu interueniēte videt̃ ꝙ ipſa Clementis inſtitutio fuerit etiā ꝑ modū electionis. nā ad ꝯſenſum cleri ⁊ ppli cōſueuit antiq̄tus fieri electio. di. lxiij. c. quāto. ⁊. c. plures. Uerū qꝛ nō oēs ſucceſſores petri futuri erāt tales qualis petrus fuit: forma iſta ꝓuidendi de ſucceſſore poterat eſſe futuris exēplo pnicioſa: ſancti patres ordinarunt vt nulli liceret ſucceſſorē ſibi ꝯſtituere. Hinc btūs Clemēs intelligēs hoc poſteris futurū fore pnicioſum exēplo: ꝙ aliq̄s ſibi ſucceſſorē eligeret: renūciaſſe dicit̃ papatui ⁊ electꝫ fuit Linus. vt habet̃ in glo. ca. ſi petrus. viij. q. i. in §. his om̄ibus. vbi vt dicit̃ illud beati Petri apoſtoli ab illis valeat in argumentū ſumi: qui talem ſibi ſubſtituerunt qualem ſibi ſucceſſorē btūs petrus queſiuit. verū qꝛ officium non vite ſed ſanguini cepit deferri ad ep̄m tales quiſq; ſucceſſores q̄rere cepit: q̄ vel odioſi populis vel a plebe docendi inuenirentur. Jdcirco in ſacris canonibus cōſtitutū eſt ne quiſq; ſui officij querat ſibi ſucceſſorē: ſed populi electione querat̃ qui eoꝝ vtilitati digne deſeruiat. qui illoꝝ vtilitatē non ſua lucra q̄rat. qui xp̄o vellet ſemen ſuſcitare non ſibi diuitias congregare: quod qui facere contēpſerit ab eccleſia repudiat̃. hec ibi. Tertio cōueniens fuit vt per electionis viā aſſumeret̃ petri ſucceſſor ad pōtificatū ꝓpter populi teſtimoniū: quod in paſtore eligendo cōuenientiſſime preexigit̃ ap̄lo Paulo dicente. i. Thi. iij. Oportet paſtorem teſtimoniū bonum habere ab his qui foris ſunt. Super quo verbo dicit Aug. Non ſolum oportet paſtorem habere teſtimoniū a domeſticis. verūetiā ab alienis iudeis gentilibꝫ ⁊ hereticis: vt qui detrahunt religioni ſalutē vite eius detrahere nō audeant. Hoc autem cum melius inquirat̃ ⁊ inueniatur hominū electione ꝙ alia via: videlicet aut ſucceſſione carnis aut inſtitutōe predeceſſoris: conſequens eſt vt cōuenientiſſime petri ſucceſſores aſſumant̃ per viam electionis: ꝙ aut ſucceſſionis carnis aut inſtitutiōis predeceſſoris.

Capitulum. lij. Qꝛ romanus pontifex habeat plenitudinem poteſtatis in eccleſia dei: ⁊ explicantur. xv. in quibus maxime illa oſtenditur.

Capl̄m LII

Ceterum cōſiderata bene principatus amplitudine ad quē romanus pontifex aſſumptus eſt: ⁊ multitudine ac varietate rerū in quibus per eum vniuerſitati fideliū ꝓuidere occurrit: neceſſe habemus cōfiteri ꝙ romanus ponti. cui vniuerſalis eccleſie cura cōmiſſa eſt in plenitudinē ꝑtātis ſit a xp̄o euocatus. Jn om̄i eī cōmunitate bn̄ recta oportet apud ſupremum reſidere plenā poteſtatem ſe extendentē ad om̄ia neceſſaria

et euidẽter expedientia bono reipublice illiꝰ
cõitatis. cum ergo papa ſit ſupͣmus in cõitate
totius xp̄ianitatis: vtpote caput ⁊ rector om
niũ fideliũ: ſeqͥtur ꝙ apud illũ plenitudo reſi
deat poteſtatis extendẽs ſe ad oĩa neceſſaria
⁊ expedientia ſaluti reipublice xp̄iane. Quod
etiã ſanctoꝝ patrũ teſtimonijs clariſſime oſtẽ
ditur. Dicit em̄ beatus Cyrillus Alexandrinꝰ
patriarcha in lib. theſauroꝝ. Sicut xp̄s acce
pit a p̄re dux ſceptrũ eccleſie gentiuꝫ ex iſrael
egrediens ſup oẽm principatũ ⁊ poteſtatẽ et
ſup omne quodcũqꝫ eſt vt ei genua cũcta cur
uent: ſic ⁊ Petro ⁊ eius ſucceſſoribus pleniſſi
me cõmiſit. Item beatus Chryſo. ad conſulta
vulgaroꝝ in perſona xp̄i loquẽs ita ait. Ter in
terrogo an me diligis: q: ter me trepidus ⁊ ti
midus negaſti. nunc aũt reductus ne credant
te fratres grãm ⁊ clauiũ auctoritateꝫ amiſiſſe
q: amas me coraꝫ ipſis iam tibi confirmo qđ
meũ eſt plenum. Item Innocent. tertiꝰ in cõ
cilio generali preſidens vt in .c. cum ex eo. ex
tra de peni. ⁊ remiſ. dicit. Cum Romanꝰ pon.
qui plenitudinem obtinet poteſtatis ⁊c. Ubi
cõſiderandũ ꝙ plenitudo iſta poteſtatis quã
in Romano pon. eẽ dicimꝰ nõ eſt ita ſimplici
ter intelligenda ſicut eſt illa ſupreme auctori
tatis que deo omnipotẽti attribuit: apud quẽ
nõ eſt impoſſibile omne verbuꝫ Luce .i. vt pa
tet. nec eſt illa plenitudo poteſtatis excellen
tie quã p̄dicamus in xp̄o: vt etiaꝫ patet. Pro
quo notandũ: ꝙ vt inquit ſanctus Tho. in .iiij.
ſniarum di. xv. q. ij. ar. i. ꝙ miniſtri eccleſie in
ſtituũtur in eccleſia diuinitꝰ fundata: et ideo
inſtitutio eccleſie preſupponit ad operationẽ
miniſtroꝝ: ſicut opus creationis ad opꝰ natu
re. Que inſtitutio eccleſie cõſiſtit in fide ⁊ ſa
cramẽtis: ⁊ ideo ad miniſtros eccleſie nec no
uos articulos fidei edere nec editos remoue
re nec noua ſacra inſtituere nec iſtituta remo
uere ptinet: ſ; hec eſt ptãtis excellentia q̃ ſoli
debet xp̄o q̃ eſt eccleſie fundamentũ. Et ideo
ſicut papa nõ põt diſpenſare vt aliq̃s ſine ba
ptiſmo ſaluet: ita nec ꝙ ſaluet ſine ꝯfeſſiõe ſ;
ꝙ obligat ex vi ſacri. Hec ſanctꝰ Tho. S; ple
nitudo poteſtatis q̃ ponit in papa eſt plenitu
do poteſtatis miniſterialis: quanta .ſ. neceſſa
ria eſt ad regimen vl'is eccleſie ad ſalutẽ fide
liũ procurandã: ſicut dicimꝰ ꝙ plenitudo ſcie
tie ſiue oĩs noticia veritatis eſt a xp̄o eccl'ie p̄
miſſa Ioh. xvi. vbi dr̄. Cũ venerit ſp̄us verita
tis docebit vos oẽm veritatem. qđ nõ eſt ac
cipiendũ ita vl'r: ꝙ quicq̃d ſciri poſſet ab
hoĩe reuelandũ foret apoſtolis: ſ; omne illud
quod nobis ad ſalutem erat neceſſariũ. vnde
glo. ſuper verbo. Omnem veritatem dicit: ſa
luti neceſſariã. Amplius cõſiderandũ eſt ꝙ
plenitudo ptãtis in romano pont. oñditur in
multis. de q̃bus inducemus. xv. tm̄ ad p̄ſens.
Primo q̃deꝫ oñdit plenitudo ptãtis roma
ni pon. ex his ex q̃bus excellentia papalis di
gnitatis ſiue p̄ncipatus nobis figuraliter de
ſcribit. Beatus aũt Bernar. deſcribẽs nobis
excellentiã dignitatis papalis lib. ſecũdo de
cõſideratione ad Eugeniũ ita inq̃t. Tu q̃s es
tu ſacerdos magnꝰ: põtifex ſummus: p̄nceps
epoꝝ: heres apoſtoloꝝ: primatu abel: guber
natu noe: patriarchatu abraham: ordine mel
chiſedech: dignitate aaron: auctoritate moy
ſes: iudicatu ſamuel: ptãte petrus: vnctione
xp̄s. hec ille. Ex qua admiranda deſcriptione
luce clarius ptꝫ romanũ pontificem in pleni
tudinẽ poteſtatis. de qua diximꝰ eſſe vocatũ.
Secundo oſtendit plenitudo ptãtis in Ro
mano põtifice in extenſione principatus ſui:
extenditur em̄ in totum orbẽ terraruꝫ. nullus
em̄ fidelis in toto orbe xp̄iano eximit ab eius
principatu. Qđ manifeſte ex ſuperioribus pa
tet: maxime ex illo Ioh. vltimo. Simon iohã
nis paſce oues meas. inter oues illas ⁊ iſtas
non diſtinguens: ſed vniuerſas oues illi com
mendans. vt exponit Cryſo. de qua principa
tus vniuerſalitate beatus Cryſo. ſuper Act.
apoſtoloꝝ ita inquit. Petrus a filio ſup oẽ
quod eſt filij poteſtatem accepit: non vt moy
ſes in gente vna ſed in vniuerſo orbe. Tertio
plenitudo poteſtatis in romano põtifice oñ
ditur in poteſtate clauium in foro cõſcientie.
Extenditur em̄ poteſtas clauium in eo ad oĩa
loca ad omnes perſonas ad omnes caſus. vn
de glo. ſuper illud Math. xvi. Tibi dabo cla
ues regni celoꝝ: ⁊ quodcũqꝫ ligaueris ſuper
terrã ⁊c. dicit. Quia xp̄um petrus pre ceteris
maiori deuotione confeſſus eſt merito pre ce
teris ipſe collatis clauibus donatus eſt. Se
quit infra in glo. Quodcũqꝫ ligaueris ſuper
terraꝫ .i. quecunqꝫ indignũ remiſſione iudica
ueris dum viuit indignus apud deum iudica
bitur. ⁊ quodcunqꝫ ſolueris .i. quecunqꝫ ſoluẽ
dum iudicaueris dum viuit remiſſionẽ pecca
toꝝ conſequetur a deo. hec glo. que dicit Ra
bani ſiue Bede. Quarto plenitudo poteſta
tis oſtendit in clauibus iudiciarie poteſtatis
in foro exteriori. valet em̄ de omnibus perſo
nis orbis xp̄iani cuiuſcunqꝫ ſtatus aut condi
tionis exiſtãt iudicare. eſt em̄ iudex totius ec
cleſie. Unde in ca. epiſcopo. ix. q. iij. dicit. Ec
cleſia romana ſua auctoritate valet iudicare
de omnibus. Item Pelagius in .c. cuncta in
quit. Apoſtolica ſedes de om̄i eccleſia habet
phas iudicandi: ⁊ per cõſequens mala quibꝰ

homines a deo auertunt̃ correctõis diſcipli na de medio tollere ⁊ eradicare. Unde in figu ram romani pontificis videt̃ eſſe dictũ illud Hier. i. vt teſtat̃ Innocẽti⁹ tertius in ca. So lite. extra de ma. ⁊ obe. qui cum fuerit de ſacer dotibus anatoch: ⁊ interpretat̃ excelſus dñi: ſignificat ſummũ pontificẽ qui in eccl'ia dei ẽ celſior ceteris: vt puta generalis vicarius xp̃i Ecce conſtitui te ſup gentes ⁊ regna vt euel las. glo. ſ. mala: ⁊ deſtruas ⁊ diſperdas. glo. in terli. regna dyaboli: edifices. glo. ſ. eccleſiam ⁊ plantes. ſ. bona. Cum em̃ romanus pontifex caput totius xp̃iane cõmunitat̃ ⁊ p̃nceps exi ſtat: eius nõ tm̃ eſt ꝓmouere ea ⁊ ordinare que ad bonũ reipublice ⁊ ꝓſecutionẽ ſuperne bea titudinis que finis vltimus xp̃ianoꝝ eſt cõfe runt: ſed ea tollere ⁊ ſubmouere ꝓhibendo ⁊ corrigẽdo que ad motionẽ ad talem finẽ fide les impediũt. vnde Alexãder terti⁹ in ca. Cũ plantare. extra de priuil̃. ita inquit. Cũ planta re ſacrã religionẽ ⁊ plãtatã fouere modis om nibus debeam⁹: nũꝙ̃ hoc melius exeq̃mur ꝙ̃ ſi nutrire ea q̃ ſunt recta ⁊ corrigere q̃ pfectuz virtutis impediũt: cõmiſſa nobis auctoritate curam⁹. hec ille. Quocirca Innocẽtius terti⁹ in ca. Nouit. extra de iudicꝫ dicit. Nullus q̃ ſit ſane mẽtis ignorat qm̃ ad officiũ noſtrũ expe ctet de quocũꝫ mortali crimie corripere quẽ libet xp̃ianũ: ⁊ ſi correctionẽ cõtempſerit per diſtrictionẽ eccleſiaſticam coercere. hec ille.

Quinto plenitudo poteſtatis romani pon tificis oſtendit̃ in depoſitione epiſcopoꝝ. vñ beatus Bern̄. in ep̃la quadã ad Eugeniũ pa pam ꝑ ep̃o eboracenſi intruſo dicit. Perẽpto riam ſententiã dare ad depoſitionẽ epiſcopo rum ſolius romani pontificis noſcit̃ eſſe. Pro eo nimirũ ꝙ etſi alij vocati ſunt in partẽ ſollici tudinis: ſolus ipſe plenitudinẽ habet ptãtis. De hoc etiã idem Bern̄. in lib. de cõſideratõe inquit qd̃ ſupra dixim⁹ in ca. xvij. Sexto ple nitudo ptãtis romani põtificis oſtẽdit̃ in hoc ꝙ eius ptãs a nulla ptãte hũana excedit̃ vel ſuperat̃: ſed ip̃a oẽm aliã excedit ⁊ ſuperat. De eccleſiaſtica ptãte pꝫ: qm̃ vt ait Julius papa in ca. Nolite errare. di. xi. In ſede petri dñs to tius eccl'ie p̃ncipatũ poſuit. De ptãte terrena ſiue ſeculari ptꝫ etiã ⁊ diffuſe ex dictis in p̃mo lib. c. xcij. Ait em̃ ad ꝓpoſitũ Grego. nazanze nus ſcribens imperatorib⁹ cõſtãtinopolitañ. vt in ca. Suſcipitis. di. x. habet̃. Lex xp̃i ſacer dotali vos ſubijcit poteſtati atꝫ iſtis tribu nalibus vos ſubdit. dedit em̃ nobis poteſtatẽ dedit p̃ncipatũ multo perfectiorẽ p̃ncipatib⁹ veſtris. an nunq̃d iuſtum vobis videt̃ ſi cedat ſp̃us carni, ſi a terrenis celeſtis ſuperent̃ ⁊ di

uinis preferant̃ humana. q. d. non. Septimo plenitudo poteſtatis oſtendit̃ in hoc ꝙ nõ ar ctatur ei⁹ ptãs ad hoc vt ſemp ſeruato ordine inferioꝝ poteſtatũ operet̃: ſed põt mediãtib⁹ illis vel illis intermiſſis imediate in quẽcũꝫ xp̃ianũ operari vt immediatus ordinarius pa ſtor ⁊ prelatus qñ viderit expedire: vt ex illo vlti. ca. extra de foro compe. aperte colligitur Uñ ſctũs Tho. in tractatu ꝯtra ĩpugnãtes re ligionẽ inq̃t. Papa habet iuriſdictionẽ ĩme diatã in oẽs xp̃ianos: q2 romana eccl'ia nullis ſynodicis inſtitut̃ prelata ẽ ſed euangelica vo ce dñi ⁊ ſaluatoris noſtri primatũ obtinuit. in ca. Quis. di. xxi. In hac autẽ parte ſimilitudi nem quandã habꝫ oĩpotẽtis dei: qui mediã tibus ſecũdis cauſis operat̃ multa q̃ per ſeipꝫ facere põt ⁊ aliquãdo pretermiſſo ſecũdarum cauſarũ ordine operat̃. Propter qd̃ Innocẽ. terti⁹ in ca. Antiqua. extra de priuil̃. dicit. Ro mana eccl'ia diſponente dño ſup oẽs alias ec cleſias ordinarie ptãtis obtinet p̃ncipatũ: vt pote mater vniuerſorum fideliuꝫ ⁊ magiſtra.

tpali p̄poſiti ⁊ baliui ad regem. Quod etiā ex
hoc videt̄: q2 cū plebs principalit̄ ep̄o cōmit-
tatur iſti nō pñt aliq̄d niſi quantū eis ab ep̄is
cōmittit̄. vñ in. c. q̄cūq͡ꝫ. x. q. i. ex cōcilio Antio
cheno ſic hr̄. Quecūq͡ꝫ res eccleſiaſtice ſūt cō-
uenit cū omni diligentia gubernari ⁊ diſpen-
ſari cū iudicio ⁊ ptāte ep̄i cui totius plebis aīe
videntur eſſe cōmiſſe. et in. c. cunctis. xvi. q. i.
Clemens papa ita dicit. Cunctis ꝟo fidelib⁹
⁊ ſummopere omnibus pb̄ris et dyaconibus
et reliquis clericis attendendum eſt vt nihil
abſq͡ꝫ ꝓprij epiſcopi licentia agant: non vtiq͡ꝫ
miſſas ſine eius iuſſu quiſq͡ꝫ preſ byterorum in
ſua parochia agat nō baptizet nec q̄cq͡ꝫ abſ-
q͡ꝫ eius permiſſu faciat. Hec ibi. Plane ſi preſ
byteri curati haberent poteſtatem īmediate
a xp̄o ⁊ non a papa aut epiſcopis ſuis: nō poſ-
ſent ligari ab aliquo inferiori vt ſine licentia
ſpeciali vel ſaltem generali epiſcopoꝝ nō poſ
ſint agere ea que competunt eis iure diuino.

Reſpōſio rōnis facte ca. lix. quantū ad p̄mū pūctū

Reſpondendū eſt ergo ad rationes eorum
quibus vt apertius ⁊ plenius reſpōdeatur re
ſoluemus omnē argumentationis illorum ꝓ-
ceſſum ad. xx. puncta. Dicūt autem in primo
ꝙ ſcriptura ſancta dicit ſtatum curatorum in
ſtitutum eſſe īmediate a xp̄o ⁊ etiam ipſos cu-
ratos: hoc videtur eſſe falſuꝫ vt dicit domin⁹
Petrus de palude: quia chriſtus per ſe nō fe-
cit niſi vnum curatum. ſ. Petrum: quando ei
dixit ſoli. Paſce oues meas. ⁊ ꝑus ei ꝓmiſerat
dicēs. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Math.
xvi. ⁊ confirma fratres tuos. Luc. xxij. ⁊ ſi pec-
cauerit in te frat̄ tu⁹ corripe ⁊c̄. Math. xviij.
que oīa ꝑtinent ad curatū ⁊ ſoli petro data
ſunt. vnde ſibi ſoli legitur cura animarū xp̄us
cōmiſiſſe: ſed quia impoſſibile erat ꝙ per ſe ſo-
lum ꝑfecte totius gregis curam ageret: ideo ꝑ
cōſeq̄ns cōmiſit illi facere alios curatos quot
quot ip̄e ꝓ adiutorio ſuo ⁊ populi ſalute opus
eſſe cognoſceret: nec xp̄s ꝑ ſe inſtituit niſi vnā
ſolam curam totius ecclie ſue. non eñ diuiſit
paſtores ſuos dicēs petro. Paſce oues circū-
ciſionis: ⁊ paulo. Paſce oues gentium ⁊c̄. ſed
vnam curam totius ouilis inſtituit quā petro
cōmiſit vt fiat vnū ouile ⁊ vnus paſtor: ſed pe
trus poſtmodū ꝑ ſe ⁊ ꝑ alios diuiſit ꝓuincias
⁊ dioceſes ⁊ parochias: vt ex ca. In illis. diſt.
lxxx. colligitur. vnde ſtatus curatoꝝ vt diſtin-
guitur a ſtatu ep̄oꝝ ⁊ ſtatu pape nō fuit a xp̄o
inſtitutus immediate: cum nullas parochias
aut caſuū ⁊ ptātis limitatiōes ſub ep̄is diſtin
xit nec ip̄i curati ſūt a xp̄o inſtituti in ſuis pa-
rochijs ſed ſolus petrus vt dictum eſt. Qđ ... Ad ſecundum
conſeq̄nter ſecūdo loco dicūt ad ꝓbationem
p̄mi ꝙ ſtatus in quo eſt iuriſdictio continuat̄
in diuerſis tēporib⁹ ab illo a quo fuit inſtitut⁹
⁊ conſeruat̄. Dicendū ꝙ verū eſt ſꝫm intētionē
inſtituētis ⁊ nō cōtra eam ⁊ mediate ⁊ imme-
diate. Qđ aūt dicūt tertio loco ꝙ ſucceſſor ... Ad tertium
alicui⁹ in aliqua dignitate aut officio ab illo
inſtituit̄ a quo anteceſſor. Dicim⁹ ꝙ verum eſt
qñ inſtituēs anteceſſorē retinet ſibi inſtitutio
nem ſucceſſoris: ⁊ pōt hoc facere: ſecus autem
ſi non ſibi retineret ſꝫ alteri cōmitteret. Unđ
qñ papa erigit de nouo ſedē cathedralē ip̄e p̄-
mo ibi p̄ſulē inſtituit: ſucceſſores aūt non ſibi
inſtituendos ſemꝑ reſeruat: ſed electionē illis
quos facit canonicos cōmittit ⁊ cōfirmatio-
nem ⁊ ꝑ cōſeq̄ns inſtitutionē metropolitano
cui eā ſubiecit: ſicut in baliuis ⁊ p̄poſitis ideꝫ
⁊ vn⁹ eſt inſtitutor p̄deceſſorū ⁊ ſucceſſoꝝ qñ
rex inſtituēs ſibi hocip̄m reſeruat aliter non.
In p̄orib⁹ etiam ⁊ abbatib⁹ cōiter conſueuit
p̄m⁹ inſtitui ab aliquo ſaltē immediati⁹ q̄ ſue
ceſſores ſicut btūs Bernard⁹ p̄fect⁹ eſt in ab
batē clareuallis ab abbate Ciſtertien. dante
ſubditos ⁊ ſimul vtroſq͡ꝫ mittēte ſucceſſores
aūt facti ſūt ꝑ electionē: quo etiam modo vtū
tur oēs religiones in cōuētib⁹ nouis forman
dis: nihilomin⁹ tamē ſꝫm veritatē ſemꝑ inſti-
tutor primi prelati in ſtatu eſt etiam inſtitu-
tor ſucceſſoꝝ immediate vel mediate inquan-
tum ei⁹ ꝟtute fit inſtitutio ab alio cui ip̄e cō-
miſit: ſicut archiepiſcop⁹ cui papa ſubmittit

epiſcopū quem inſtituit ab ipſo papa ius in-
Ad quartum ſtituēdi accepit. Qḋ aūt dicunt quarto lo-
co ad ꝓbandū id quod dixerant. ſ. ꝙ nō cenſe-
retur eadē persona ſucceſſor cū predeceſſore
niſi ab eodem inſtitueretur. nō eſt verum: qm̄
a quocunqȝ inſtituatur. dum tn̄ in idem ſucce-
dat quantū ad id reputatur idem: ſicut patet
in exemplis poſitis parum ante de prelatis q̄
nouiter in religionibus inſtituūtur ⁊ eoꝝ ſuc-
ceſſorib⁹: qui ſucceſſores eadem perſona repu
tanť cum predeceſſoribus licet a diuerſis ſint
inſtituti. De quo etiā exemplum ponere poſſu
mus: ꝙ fiſcus ſuccedens nō habenti al's here-
dem iure ſuo licet nō inſtituať a quo inſtitut⁹
fuerat defunct⁹: tn̄ in hereditate in qua ſucce
dit reputatur eadem perſona cum defuncto ⁊
Ad quintū dicitur verus ſucceſſor. Qḋ aūt dicunt qn-
to loco ꝙ ſtatus ⁊ poteſtas diſcipuloꝝ conti-
nuat⁹ eſt in curatis ſicut ſtatus ⁊ iuriſdictio ⁊
poteſtas apoſtoloꝝ in epīs ⁊ ꝙ ſuccedunt cu-
rati diſcipulis ſicut epī apoſtolis: nō videť ve
rum intelligendo ꝙ ſtatus ſacerdotū curatoꝝ
preceſſerit explicite in diſcipulis xp̄i ante xp̄i
aſcenſionem ⁊ ſit continuatus ſemper in ſa-
cerdotibus curatis. ⁊ hoc patet: qꝛ diſcipuli ꝑ
tēpore diſcipulat⁹ xp̄i. i. vſqȝ ad paſſionem vel
aſcenſionem: nō fuerūt ſacerdotes nec fuerūt
curati: licet poſt penthecoſtē q̄dam ex eis fue-
runt ſacerdotes: quidam epī: et q̄dam dyaco-
ni: ⁊ q̄dam nec ſacerdotes nec curati. vnde nō
habuerūt ex quo vocati ſunt diſcipuli ſtatum
curatoꝝ: nec quantū ad ordinem: nec quātum
ad curam determinate parochie: ⁊ ita ſtat⁹ eo
rum nō eſt continuat⁹ in curatis. ſed verū eſt
ꝙ ſtatus illoꝝ fuit figura ſtatus curatoꝝ quo
ad ſtatum predicandi ⁊ temporalia metendi ⁊
quantū ad hoc ſuccedūt eis. i. hanc habent po
teſtatē ſicut illi. ⁊ ita intelligūť oēs auctorita
tes que hoc ſonāt. Et ſil'r dicendū eſt de ap̄lis
ꝙ ante paſſionē nō habuerūt ipſi ſtatū epoꝝ
⁊ ordinū ſicut ſupra in. c. lxi. oſtendim⁹. Qḋ er
go dicunt ꝙ ſtatus apoſtoloꝝ continuatur in
epīs verum eſt quo ad ſtatum primū ⁊ quo ad
ptātem ⁊ auctoritatem predicādi: ſi tn̄ illa in
eis nō fuerit interrupta: ⁊ quo ad dignitatem
ſuper alios ⁊ quo ad ſtatum vltimū: qꝛ finali-
ter omnes apoſtoli fuerūt epiſcopi. Et ſimili-
ter qḋ dicit de diſcipulis ꝙ ſtatus continua-
tus eſt in curatis in parte: verū dicit. ſ. quātū
ad aliquid: qm̄ aliquo modo ſtatus eoꝝ conti-
nuatur in curatis. quia ſicut illi ſub apoſtolis
habuerunt poteſtatem predicandi ſic ⁊ cura-
ti ⁊ iſti poſt illos. vnde iſta ſucceſſio qua epi-
ſcopi ſuccedere dicūtur apoſtolis ⁊ curati diſ-
cipulis: licet habeat bene aliquā ſimilitudinē
ſucceſſionis quo ad aliqua que dicta ſunt nō
tamē habet veritatē ſucceſſiōis: ſicut nūc ep̄s
ſuccedit alteri ep̄o qui p̄ceſſit in ep̄atu: aut cu
ratus qui nūc ē alteri curato in parochia qui
ante fuit: vt patȝ ex dictis. Qḋ aūt ꝯcludūt Ad ſextum
ſexto loco ex p̄dictis: videlicȝ ꝙ ab eodē a quo
fuit inſtitut⁹ ſtatus diſcipuloꝝ ſit inſtitutus
ſtatus curatoꝝ non ſequiť: qꝛ curati non ſunt
veri ⁊ ꝓprij ſucceſſores eoꝝ vt dictū eſt immo
inquantū ſacerdotes curati differūt totaliter
ab eis: qꝛ nec illi erant ſacerdotes. Unde bea-
tus Marcus q̄ fuit de preſtātioribus diſcipu
lis vt dicit Hierony. in ꝓlogo ſup Marcum:
pollicem ſibi poſt amputauit vt indignus ſa
cerdotio reputareť. Nec illi erant curati: quia
non habebant aliquā plebē determinatā ſibi
cōmiſſam ſicut curati: nec poterāt aliquē ab-
ſoluere vel ligare. vnde eſt totaliter alius ſta-
tus licet in aliquibus ſit ſimilitudo. ſ. in ptāte
predicandi ⁊ temporalia metendi ⁊ in inferio
ritate ad ap̄los. Hac rōne diciť in glo. Luc. x.
ꝙ diſcipuli figurā ſiue formā gerebant ſacer-
dotum ſecūdi ordinis. Qḋ vlterius ſeptimo Ad ſeptimū
loco dicunt ꝙ ab eodē inſtituunť curati a quo
⁊ diſcipuli. Dicendū ꝙ nō ſequiť etiam ſi eſſet
idē ſtatus iſte ⁊ ille: qꝛ dn̄s qui diſcipulos pri-
mo inſtituit dato ꝙ fuiſſent ꝓmi curati ſequē
tes curatos nō ſibi reſeruauit inſtituendos ꝫ
cōmiſit vicario ſuo generali cui curam omniū
ouiū cōmiſit dicens. Paſce oues meas. Joh.
vlti. Illas aūt oues petrus paſcit quas paſcē
das ipe cōmittit: qꝛ qui per alium facit per ſe
ipm̄ videť facere: ſed illas petrus non videtur
paſcere quas aliquis paſcit non nomine petri
nec a petro inſtitutus ſed ab alio. Unde qui-
cunqȝ dicit ꝙ aliqui paſtores vel curati in oui
li xp̄i inſtituunť non a petro ſed immediate a
xp̄o falſificare videť verbum dn̄i dicentis pe-
tro. Paſce oues meas: ꝫ debuit dicere. paſce
oues meas vna cum paſtorib⁹ quos tibi adiū-
go vel adiungam. Et eſt bene mirū ſi xp̄s erat
immediate inſtitutur⁹ om̄es alios paſtores ꝑ
mundū particulariť ſicut ſucceſſorē petri vni-
uerſaliter: quare nō ita dicit de alijs ap̄lis pro
epīs ⁊ diſcipulis ꝓ curatis: paſcite oues me-
as ⁊ vos cū petro: ſicut paterfamilias om̄ib⁹
operarijs quos imediate cōduxit dic̄. Ite ⁊ vos
in vineam meā ⁊c̄. Math. xx. Preterea ſi eis
erat daturus eque immediate ſicut petro cla-
ues iuriſdictōnis ſicut ſucceſſori petri. mirum
eſt quare non ita dixit eis. aliquando dabo vo
bis claues regni celoꝝ cum petro ſicut hoc di
xit petro. nam de alijs que dedit eis ſicut pe-
tro: puta intellectum ſcripturarū ⁊ gratiam
predicandi dixit cōmuniter. Dabo vobis os ⁊

ſapientiā cui nō poterūt reſiſtere. Et de poteſtate miraculoꝝ inquit. Dedi vobis virtutem ⁊ poteſtatem ⁊c. Luc. x. Unde cum nō legatur xp̄s apoſtolis dediſſe claues iuriſdictiōis nec curam animarū alijs apoſtolis nec diſcipulis ſicut petro: dato ꝙ epiſcopi ſuccedant apoſtolis ⁊ curati diſcipulis ſicut papa petro: nō ſequitur ꝙ habeant curam nec poteſtatem ſicut petrus ⁊ papa a chriſto immediate.

Ad octauū. Quod autem octauo loco dicunt ꝙ ſicut apoſtoli nō habuerunt poteſtatem ſuam a petro nec diſcipuli ab apoſtolis nec etiam a petro ſed omēs immediate a chriſto: ſic epiſcopi ⁊ curati nō a papa ſed a chriſto in duobus peccant: ſicut diximꝰ ſupra in. c. lxi. Primo: quia ſicut ſupra dictum eſt omnes apoſtoli ⁊ diſcipuli omnē poteſtatē iuriſdictionis acceperunt a petro. Secundo peccant: qꝛ dato ꝙ ita eſſet ꝙ omnes illi quaſi primi ep̄i ⁊ primi curati accepiſſent imediate a xp̄o: nō ꝓpter hoc ſequiť ꝙ alij ſucceſſores accipiunt imediate ab eo ſed magis a ſucceſſore ſuo: quia xp̄s hoc nō ſibi retinuit ſʒ ſuo vicario generali cōmiſit.

Ad nonum. Quod ꝯſequēter dicūt nono loco ꝙ xp̄s imediate dedit poteſtatem predicandi ⁊ baptizandi etiam poſt reſurrectionem ⁊ in die aſcenſionis parum valet: qꝛ ex hoc nō habeť ꝙ dedit eis poteſtatem iuriſdictionis vt ſuperius habitum eſt in precedenti ca. Ceterum etiam nō ſequiť ꝙ ſi xp̄us adhuc preſens corpore ⁊ per ſe eccleſiam ſuaʒ regens per ſeipſum dedit apoſtolis poteſtatē predicandi ⁊ baptizandi vel aliam quācunqꝫ poteſtatem ꝙ ꝓpter hoc det eoꝝ ſucceſſoribꝰ ſed magis ꝙ ſucceſſor petri det ſucceſſoribꝰ illorum: maxime qꝛ facta paucoꝝ cōmunē legeʒ nō faciunt. Unde ſi illi ꝓpter ſuam ſanctitatem hoc habuiſſent qui cōfirmati nō poterāt abuti: nō oportet ꝙ ita ſit de alijs ſʒ debuit ſeruari cōmunis cauſa vtilitatis ꝙ ab vno capite omnes acciperent ſuam poteſtatem limitatam.

Ad decimū. Quod aūt decimo loco dicunt ꝙ data ſit diſcipulis in reſurrectione poteſtas ligādi et ſoluendi ſimul cū apoſtolis: manifeſte videtur falſuʒ ex p̄dictis. maxime quia ipſi nō erāt ſacerdotes. Illud autem dictū in reſurrectione. Quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c. nō niſi de poteſtate ſoluendi ⁊ ligandi in foro conſcientie loquitur.

Ad vndecimum. Et cum dicunt vndecimo loco ad probationem iam dictorum ꝙ quādo chriſtus dixit. Sicut miſit me pater et ego mitto vos. ꝙ tunc dedit poteſtatem predicandi diſcipulis ſicut apoſtolis. dicendum videtur ꝙ nō ita ſit: quia ex quo ſacramentum ordinis fuit inſtitutum qđ fuit in cena: cum ordo doctorū in eccleſia ſit precipuus: extunc nō licuit niſi ordinato ſaltem in dyaconum p̄dicare. Unde etiam poſt ſpiritusſancti miſſionē cum erant ſanctiores ſancti ⁊ doctiores facti nullꝰ niſi dyaconus legitur predicaſſe. vnde cum tunc non eſſent diſcipuli dyaconi ſed poſtmodū fuerūt ordinati: non eſt veriſimile ꝙ eis chriſtus dederit poteſtatem p̄dicandi ⁊ ꝙ poteſtas predicandi quam prius habuerant expirauit: qn̄ ſcʒ ventum eſt ad illud tempꝰ quando ſoli ordinati debebant p̄dicare: quod fuit poſtꝙ ſacramentum ordinis fuit inſtitutū.

Ad duodecimum. Qđ autē conſequenť duodecimo loco dicunt ꝙ diſcipuli receperunt poteſtatem p̄dicandi in monte galilee ⁊ in aſcenſione cum apoſtolis: non eſt verum. dato etiam ꝙ fuiſſent p̄ſentes: qꝛ ſcilʒ non erant capaces illiꝰ poteſtatis de congruitate ⁊ decentia ⁊ qđ dictum eſt de predicatione appropriata ordini ſacro: etiam dicendum eſt de baptiſmo: videlicʒ ꝙ poſt inſtitutioneʒ ordinis ipe baptiſmus cum ſit ianua ſacramētorum debeť ſacerdotibus qui habent claues vel eorum immediate miniſtris: ſicut dyaconibus. hi eñ ſoli in primitiua eccleſia baptizabant: tunc enim in baptizando iuuabant leuite ſacerdotes: ſicut philippus dyaconꝰ baptizauit eunuchū ⁊ plures alios in ſamaria Act. viij. vnde actus actiuorum ſunt in patiente ⁊ diſpoſito. Cum ergo diſcipuli nondum eſſent dyaconi ⁊ per conſequēs non eſſent apti nec diſpoſiti ƀm exigentiam legis noue ad predicandum nec ad baptizandū. per conſequens xp̄s ꝑtunc nullam eis poteſtatē dedit dato ꝙ eſſent preſentes. Unde etiam matheus ⁊ marcus vbi hoc referunt ſcilʒ vlti. ca. ſolum de. xi. diſcipulis qui intelligunť apoſtoli faciūt mētionē de alijs diſcipulis tacētes: qđ non ē̄ niſi aut qꝛ nō erāt p̄ñtes aut ſi erāt p̄ñtes ad ſolos ap̄los dirigebať ſermo xp̄i ⁊ illis ſolis dabať ꝑtās modo ſupradicto. Magiſter etiam Nicolaus de lyra ſupra vlti. ca. Math. ⁊. Mar. ſolum de apoſtolis intelligendo explanauit litteram illam. Et ſi queratur quid eſt de poteſtate quam prius ante paſſionem habuerūt Reſpondet dominꝰ petrus de palude in tractatu ſuo de poteſtate eccleſiaſtica: ꝙ illa videtur defeciſſe in paſſione: quia non miſerat eos ſimpliciter ad predicandum in omnē locum ſed in omnē ciuitatem ⁊ locum quo ipſe erat venturus. Unde poſtꝙ ceſſauit via xp̄i ceſſauit eorum poteſtas: ſicut ceſſat virtus legalium aduueniente veritate vſqꝫ ad cuius aduentum erant impoſita. vt ait apoſtolus ad Gal. iiij. ⁊ ad Heb. ix. Et eadem ratio inquit videtur de apoſtolis ſpecialiter: quia in paſſione omnes deuiauerunt a fide preter beatam

virginem vt videtur dicere beatus Anſelm⁹
ptãtem ⁊ auctoritatem quam habuerunt per-
diderũt. Unde poſt reſurrectionem de nouo
modo ſupra expoſito poteſtatem receperunt
⁊ quaſi contraria continentem: quia prius di-
ctum eſt. In viam gentiũ ne abieritis: ⁊ in ci-
uitates ſamaritanoꝝ ne intraueritis. Poſtea
vero dictum eſt Math. vlti. Docete om̃es gẽ
tes. ⁊ Marci vlti. Euntes in mundũ vniuer
ſum ꝑdicate euangelium om̃i creature. Act. i.
Eritis mihi teſtes in iudea ⁊ ſamaria ⁊ vſq;
ad vltimũ terre. Quod autem conſequenter
aduerſarij dicunt xiij. loco ꝙ ſit hereticum di-
cere ꝙ. lxxij. diſcipuli ſicut ⁊. xi. apoſtoli nõ fue
runt ſemper cum xp̃o: periculoſe dictum ẽ qm̃
oppoſitum dicere manifeſte contradicit euã-
gelio in pluribus paſſibus. Nam Joh. iiij. ha-
betur ꝙ diſcipuli abierunt in ciuitatem vt ci-
bos emerent quando inuentus eſt ſolus cum
muliere. Unde apoſtoli mirabantur ꝙ cũ mu
liere loquebatur: alias non fuiſſent mirati: qꝛ
alijs preſentibus ſepe cum mulieribus etiam
extraneis loquebatur: ſicut chananee. Mat.
xv. magdalene. Luc. vij. ⁊ ſic de alijs. vnde tũc
non fuerunt diſcipuli nec apoſtoli cũ eo. Unde
magiſter Nicolaus de lyra ſuper illo verbo.
Da mihi bibere: dicit ſic. Cauſa autem quare
petijt a muliere ſubditur. diſcipuli autem ei⁹
abierũt in ciuitatem: ⁊ ideo non erant preſen
tes ad dandum ſibi potuz. hec ille. Similiter
quando pernoctabat ſolus in oratiõe diſcipu
lis in mari laborantibus. Math. xiiij. Item
in transfiguratione ⁊ ſuſcitatione puelle non
fuerunt ſecum niſi tres. Math. vij. ⁊ Luce. ix.
nec in cena niſi duodeci. Math. xvi. ⁊ Mar-
ci. xiiij. ⁊ Luce. xxij. alias fruſtra illi ſoli nomi-
narentur. Unde etiaz hoc eccleſia teſtatur in
officio corporis xp̃i cum ſic cantat. In ſupre-
me noctis cene recumbẽs cum fratribus: ob-
ſeruata lege plene cibis in legalibus: cibum
turbe duodene ſe dat ſuis manibus. Item in
reſurrectione quando oſtendit eis manus ⁊
pedes ⁊ latus. Thomas vn⁹ ex diſcipulis non
erat cũ eis quando venit ieſus. Non ergo oẽs
apoſtoli ⁊ multominus om̃es diſcipuli ſemꝑ
fuerunt cuz xp̃o. Quod ergo dicit petrus. Opor
tet ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati
om̃i tempore quo intrauit ⁊ exiuit domin⁹ ie-
ſus incipiens a baptiſmate iohannis vſq; in
diem qua aſſumptus eſt ⁊c. non eſt intentio-
nis ſue ꝙ. lxxij. ex quibus vnus erat eligendus
in apoſtolũ ſemper actu fuerunt cum apoſto-
lis ⁊ cum xp̃o in om̃i loco: quia hoc ſicut oſten
ſum eſt repugnat euangelio in multis locis:
maxime Math. xx. vbi dicit̃. Aſcẽdens ieſus

Ad decimũtertiũ

hieroſolymã aſſumpſit duodecim diſcipulos
ſecreto. vbi ait magiſter Nicolaus de lyra aſſi
gnans rationẽ: qꝛ ſecreta myſteria ſunt tantũ
maiorib⁹ reuelãda ⁊ detegẽda cuiuſmodi erãt
apl̃i: ſed intentionis ſue fuit dicere ꝙ ſemper
fuerunt de eorũ congregatione familiari cum
xp̃o non abeuntes retro ſicut qdã ex toto: nec
ſicut turba diſcipuloꝝ omniũ qui ibant ⁊ re-
dibant. q. d. petrus non de cõmunib⁹ diſcipu-
lis nec de turba ſed de illis qui erant de fami-
lia xp̃i q̃ erant ab ip̃omet xp̃o iam electi ⁊ in-
formati ad ꝑdicandum ſicut apoſtoli in modo
viuendi conſimiles ip̃is apl̃is. de illis inquã
non de alijs erat merito eligẽdus apoſtolus.
vnde ſenſus eſt. Qui nobiſcũ ſunt congrega-
ti om̃i tempore. i. cõmunit̃. qui vt exponit Ni-
colaus de lyra ꝑ experientiã nouerũt cõuerſa
tionem xp̃i ⁊ opera eius. Quod aũt conſeq̃n
ter. xiiij. loco dicunt ꝙ ſtat⁹ curatorũ ⁊ ſtatus
diſcipuloꝝ ſunt vnus ſtatus ſicut ſtat⁹ epiſco
porum ⁊ apoſtoloꝝ: ſicut ſtatus iſti non ſunt
alij ꝙ̃ ante centũ annos. Licet concedatur ita
eſſe quodã modo: non tamẽ neceſſario ſequit̃
ſicut ſuperi⁹ ſepe cõmemoratũ eſt ꝙ ſucceſſo-
res immediate habeãt ptãtem ab eodẽ a quo
ꝑdeceſſores: qm̃ ad vnitatẽ ſtatus hoc nõ req̃-
ritur ſed ſufficit ꝙ habeant a vicario illi⁹ cui-
ius ſuũ plenũ cõmiſit. Preterea falſum eſt qđ
dicũt ꝙ xp̃us fecerit diſcipulos curatos in lo-
cis illis. Uñ nũꝙ̃ in nouo teſtamento legit̃ ꝙ
diſcipuli a xp̃o facti ſint curati: ſimiliter nec
apl̃i ſint facti ep̃i niſi petr⁹: ſed immediate vl̃
mediate a petro facti ſunt finalit̃ oẽs alij ep̃i.

Ad decimũquartũ

Quod vero. xv. loco dicũt ꝙ nõ põt dari ratio
quare ptãs petro data ſit ꝯtinuata in ſummo
pontifice a xp̃o: ⁊ data apl̃is ⁊ diſcipulis non
ſit ꝯtinuata in ep̃is ⁊ curatis. Non ẽ verũ im-
mo ad hoc dat̃ multiplex rõ ⁊ aſſignat̃ multi-
plex differẽtia int̃ papã ⁊ alios eccl̃ie ꝑlatos.
Prima q̃dẽ qꝛ ſumm⁹ põtifex in eadẽ ſede ma
teriali ſuccedit petro in eccl̃ia romana in qua
petr⁹ ſedit ⁊ vltimo reſedit. nõ eſt aũt dare ali
quẽ ep̃m aliũ qui in eadẽ ſuccedat alicui alte-
ri apl̃o niſi forte patriarcha hieroſolymitan⁹
qui ſuccedit iacobo alphei vnde non ẽ ſimile.
Secũda rõ qꝛ ptãs data petro nõ põt dari ab
hoĩe puro. vñ oportet ꝙ ab illo a quo data eſt
petro ptãs. i. xp̃o cõtinuet̃ cuilibz ſucceſſori: ſꝫ
ptãs data alijs apl̃is ⁊ diſcipulis cũ ſit limita
ta ⁊ coartata dari poteſt ab homine: ſicut fit
ſaltem quãdo papa dat alicui epiſcopatũ vel
curam vel de nouo inſtituẽdo nouũ epiſcopa-
tum vel curam nouã: quia tunc dat illi quem
promouet tantam poteſtatem quantã habet
alius epiſcopus vel curatus etiam ſi a chriſto

Ad decimũquĩtũ

eſſet immediate inſtitutus. Tertia ratio: quia vicarij particulares poſſunt inſtitui ab alio ꝙ a principali ſcilꝫ a vicario generali. vicarius autem generalis non poteſt inſtitui niſi a principali domino: ⁊ ideo neceſſariuꝫ non eſt ꝙ vicaria particularis inſtituatur vel conferatur aut continuetur immediate a principali domino ſicut de vicaria generali. Quarta ratio: quia ſtatui epiſcoporum ⁊ ſacerdotum non eſt annexa poteſtas iuriſdictionis ſicut ē ſtatui papatus. Cuius probatio eſt: quia illa que ſunt annexa iure diuino homo non habet abinuicem ſeparare. ſm̄ illud Matth. xviij. Quos deus coniunxit homo non ſeparet: ſed papa poteſt facere verum epiſcopum ⁊ veruꝫ ſacerdotem qui nullum habet ſubditum nec aliquam iuriſdictionem in aliquo foro nec ex hoc ꝙ aliquis eſt ſacerdos maior ſicut epiſcopus vel ſacerdos minor habeat aliquam poteſtatem iuriſdictionis niſi cum hoc aliunde ſibi detur: nec econuerſo vt patet: ſed papatui licet ſimiliter poteſtas ordinis non ſit annexa quaſi ex debito: nihilominus poteſtatis plenitudo eſt ei annexa. Papatus enim dicit ſtatum prelationis ſuper totam eccleſiam cū plenitudine poteſtatis. vnde annexa eſt hec poteſtas ſibi inſeparabiliter a deo: ⁊ ideo poteſtas papalis continuatur ad ſucceſſores quod nō fit de alijs. Quinta ratio ⁊ differentia ē ꝓpter determinationē cōmunitatis ex vna parte ⁊ indeterminatōeꝫ ex alia. nam cōmunitas ad quam pertinet electio pape eſt certa ⁊ determinata ſcꝫ cōmunitas vniuerſalis eccleſie cōmunitas ad quā pertinet electio epiſcoporum non ſic eſt determinata: quia expedit aliquando diuidere epiſcopatus vel multiplicare. acquirunt̄ etiaꝫ ſepe noue gentes vbi oportet fundare nouas ſedes ad quas ꝑtineat eligere prelatos ſuos propter quod oportuit cōmittere hoc vicario generali ordinare de talibus. Sexta ratio ⁊ differētia diſſimilitudinis eſt: q2 nō ſic ſuccedūt ep̄i ap̄lis aut curati diſcipulis ſicut papa petro: q2 petro ſuccedit papa in determinata poteſtate ⁊ certa ⁊ quātū ad territoriū ⁊ quantū ad caſus ſiue extēſionē ꝑtātis: non ſic ep̄i apoſtolis nec curati diſcipulis prout eſt manifeſtuꝫ. Septima ratio poteſt dari: q2 magis ꝑtinet ſiue facit ad vnitatē eccleſie ſeruandam ꝙ ꝑtātes aliorum ꝑlatorū immediate deriuentur a generali vicario immediato ꝙ̄ ſi imediate eſſent a xp̄o: ſicut ē poteſtas pape ſicut ſup̄ oſtēſum ē. Ad decimūſextū Qd aūt ꝯſequenter dicunt decimoſexto loco ꝙ curati ſūt veri ordinarij habētes iuriſdictōnē ordinariā concedendū eſt ꝙ ita ſit in foro ꝯſcientie: nec tamen ꝓpter hoc ſequitur quin ſtatus eorum ⁊ iuriſdictio ſit a papa q̄ poteſt dare ordinariam iuriſdictionem nō ſolum ꝑſone ſicut legato: ſed etiā eccleſijs ſicut monaſterijs etiā monialium quarūdam que habent officialem ſuum quibus ſolus papa poteſt dare claues iuriſdictionis quāuis nō claues ordinis. Ad decimūſeptimum Qd vero dicunt decimoſeptimo loco ꝙ curati habent iuriſdictionem ordinariā nō iure humano ſibi datam ſed a xp̄o imediate a prima inſtitutione eccleſie: non videtur verum. quia ſi loquamur de iuriſdictione in foro exteriori certum eſt ꝙ hanc nō habent curati niſi iure humano: quia nec niſi de conſuetudine de qua in paucis caſibus excōmunicant etiam iuris ordine nō ſeruato de offi. ordi. c. ij. nec illa poteſtas fuit eis data in prima inſtitutione in qua nec diſcipulis data fuit vt ſupradictuꝫ eſt. Eodem modo de iuriſdictiōe ordinaria in foro cōſcientie nō poteſt dici ꝙ eam habeāt a xp̄o in prima inſtitutione. i. in diſcipulis: quia nec illam diſcipuli habuerunt cum nō eſſent ſacerdotes. Ad decimūoctauum. Quod aūt dicunt decimooctauo loco ꝙ xp̄s hos ſolos ordines inſtituit: in ꝑte videtur verum ⁊ in parte falſum. Verum quidē ſi referatur ad poteſtateꝫ ordinis: quoniā xp̄s ordinem ſimplicium ſacerdotum īſtituit in cena quādo per ſeipſum omnes apoſtolos ſacerdotes fecit. ſimiliter ordinem epiſcoporum inſtituit quando petrum conſecrauit qui in hoc omnib⁹ epiſcopis par fuit: nō autem inſtituit ordinem epiſcoporū in apoſtolis alijs ſicut in primis ep̄is a ſe factis: quia nō ſunt ab eo facti epiſcopi vt dictum eſt. nec inſtituit ordinē ſacerdotum in diſcipulis: quia nuſꝙ fecit eos ſacerdotes. Si autem conſiderentur iſti duo ordines quātum ad poteſtatem iuriſdictionis ſibi propriam: ſicut ꝙ curat⁹ in vna parochia ſub epiſcopo habeat populū ſubditū ad foruꝫ conſcientie: ep̄s ſub papa ſuper ſuaꝫ dioceſim habet poteſtatem in vtroqꝫ foro: ſic iſti duo ordines non ſunt inſtituti in prima inſtitutione eccleſie: quando. ſ. elegit. xij. apoſtolos ⁊ . lxxij. diſcipulos quaſi dederit apoſtolis pro ſe ⁊ futuris epiſcopis poteſtatem iuriſdictionis in vtroqꝫ foro: ⁊ diſcipulis pro ſe ⁊ pro omnib⁹ futuris curatis ſicut dedit petro pro ſe ⁊ pro ſuis ſucceſſoribus ſicut intēdunt illi qui ſunt cōtrarie opinionis. ⁊ ꝙ ita nō fuerit apparet ex precedētibus: quia nihil iuriſdictionis eis cōtulit ſed petro ſoli pro ſe ⁊ ſuis ſucceſſorib⁹ totam poteſtatem iuriſdictionis eccleſie diſtribuendam ep̄is ⁊ curatis ⁊ alijs ſicut expediēs iudicaret. Poteſt tamen dici ſtatus epiſcoporum ⁊ curatorum inſtitutus a deo dupliciter.

Uno modo a chriſto in generali ⁊ implicite ⁊ in virtute in petro: qꝛ petrus fuit verus curat⁹ cuiuſlibet parochie et dioceſis. Unde ſicut in quaternario contineť binarius ⁊ ternarius materialiť etſi nõ formaliť: ita in petro vtrũqꝫ ſtatum xp̃s inſtituit materialiť. Item virtualiter: qꝛ in ip̃o fuit ptãs dioceſes ⁊ parochias epiſcopis ⁊ preſbyteris aſſignandi. Secũdo modo a ſpũſancto a quo inſpirati apoſtoli in ꝓmitiua eccleſia ꝑ dioceſes epiſcopos: per parochias preſbyteros poſuerũt ⁊ ab illis ꝓmis vere ⁊ ꝓprie epiſcopatus ⁊ rectorie continuate fuerũt ad ſuccedentes in illis. Qđ ergo dicebatur de ordinib⁹ illis duob⁹ ꝙ eſſent inſtituti a xp̃o: ꝙ ſi intelligãť inſtituti prefiguratiue vel preordinatiue ⁊ in generali ⁊ implicite modo quo ſupra expoſitũ eſt cõcediť: ſed ex hoc nõ ſequiť ꝙ papa in ſpeciali ⁊ expreſſe nõ inſtituerit tales ptãtes: ſed ſolũ ſequiť ꝙ hec habeat ex cõmiſſione ſiue ordinatione xp̃i. Si aũt intelligať ꝙ ſint inſtituti explicite ⁊ quãtum ad ꝓpria ſm tales ptãtes determinatas ⁊ quantũ ad caſus ⁊ quantũ ad territoria falſum videtur vt viſum eſt ſupra.

Ad decimũnonum

Qđ aũt .xix. loco dicunt ꝙ ſi ita eſſet ꝙ omnes alie ptãtes penderent a papa tunc vacante ſede ptãtes ille perirent: non ẽ verũ nec hoc ſequiť: quoniã duratio ſtatutoꝝ ⁊ officiorũ in republica non menſurať ſm menſurã vite ſtatuẽtis: ſiue ſtatuat aliqua pertinẽtia ad mores ſiue ſtatuat aliqua ꝑtinẽtia ad iuriſdictionẽ: alioquin ꝓncipe vel prelato quocũqꝫ moriente oĩa ſtatuta ſua perirent: qđ falſum eſt. ſed duratio talium habꝫ menſurari ſm ꝙ vult inſtituens manente illa auctoritate in republica: ſicut etiã patꝫ in ꝓncipib⁹ qui ſiunt ꝑ electionẽ: quoniã non ẽ dubiũ ꝙ talibus ꝓncipib⁹ morientibus adhuc manẽt ſtatuta eoꝝ in vigore ſuo ⁊ quãtum ad mores ⁊ quantũ ad officia ⁊ quantum ad gradus officioꝝ: vt ꝑ multa capitula patꝫ. q.ij. cauſa .xxv. vbi inter alia dicit Anacletus in ca. priuilegia. Priuilegia eccleſiarũ ⁊ ſacerdotũ intemerata ⁊ inuiolata cunctis decernimus manere tẽporib⁹. Et idẽ dic̃ Leo papa in ca. ſequenti.

Ad vigeſimũ

Qđ autẽ dicũt .xx. loco ꝙ papa non poſſit auferre a prelatis inferioribus poteſtatem eis datam ⁊ eam alijs non p̄latis cõferre ⁊ ſtatum a xp̃o inſtitutũ mutare: verum eſt: ſed quo ad poteſtatem quam epiſcopi receperunt immediate a chriſto que ẽ ordinis non autem iuriſdictionis: ſicut ſepe ſuperius repetitum eſt.

Capitulum .lxiiij. In quo reſpõdetur obiectionibus aduerſarioꝝ ſumptis ex parte incõuenientiũ que dicũtur ſequi ex concluſione prefata.



Capl'm. LXIIII

# Ultimo argutum

Ultimo argutum eſt contra prefatam concluſionem per aduerſarios ex parte inconuenientium que affirmant ſequi ex illa concluſione: quibus reſpondendũ iam eſt. Ad ꝓmaꝫ ergo cum diciť ꝙ ſi ſic eſſet tunc deficiente papa aut vacante ſede deficeret poteſtas aliorũ prelatorum. reſpondetur dicendo ꝙ hoc non ſequiť ſicut ſuperi⁹ iam dixim⁹ ad ſimile argumentũ: quia ceſſante cauſa in fieri tantũ non oportet ꝙ ceſſet effect⁹ iam factus: ſed ſolum ceſſante cauſa in eſſe. non diciť autẽ papa ratione perſone que corruptibilis eſt ꝙ ſit cauſa in eſſe poteſtatis eccleſie: quia tunc bene ſeq̃retur qđ aduerſarij dicũt: ſed iſto modo ſcꝫ ſicut cauſa in eſſe ſedes papalis que non moriť. extra de reſcrip. ca. Si gratioſe. lib. vi. ⁊ q̃ fundata eſt a deo non põt deſtrui ⁊ eſt cauſa oĩm iſtorum in eſſe. perſona autem non ẽ cauſa niſi in fieri quãdo ipſe facit aliquem epiſcopũ vel curatũ. Et ſatis apparet cõſeq̃ntia illa aduerſariorum deriſoria quia iſto modo ꝓbaretur ꝙ conſtitutiones facte per papam non haberẽt vigorem ſiue auctoritatẽ a papa cum non perdant vigorem ſede vacante. Unde argumentum concludit ꝙ poteſtas epiſcopoꝝ aut curatorum non ſit a papa ſicut a cauſa in eſſe cõſiderata perſona ſua. A ſede autem papali ſit ſicut a cauſa cõmuni que ſemꝑ permanet fundata ſuꝑ firmã petrã. Unde ⁊ h̃ argumentuꝫ bene probat ꝙ poteſtas curatorum non ſit ab epiſcopis nec ab eorum ſedibus ſicut a cauſa in eſſe: quia deſtructa etiaꝫ ſede epiſcopali in aliqua ciuitate adhuc remanet poteſtas curatis. Simili modo ꝓbatur ꝙ poteſtas epiſcoporũ non ẽ a metropolitanis nec patriarchis nec ab eorum ſedibus ſicut a cauſa conſeruante: qꝛ manet etiam illis deſtructis: ꝓpter qđ oportet omnẽ aliam poteſtatẽ eccleſie inſtitutam eſſe a ſede immortali ⁊ immobili ſcilꝫ romana.

Ad primũ tertie vie factum ſupra cap. lx.

Ad ſecundũ

Ad ſecũdam cum dicitur ꝙ poteſtas pape ſe haberet ⁊c. reſpõdetur ꝙ poteſtas pape ſe habet ad poteſtates epiſcoporum ⁊ curatorum non ſicut poteſtas regis ad poteſtates principum habentium poteſtatem iure hereditario: nec etiam ſicut poteſtas regis ad poteſtates iudicum habentiũ poteſtatem delegatam vel cõmiſſariã: ſed ſicut poteſtas imperatoris vel regis ſe habet ad ptãtes iudicũ in aliquo gradu regiminis regni vel imperij ſimpliciter inſtitutoꝝ ad regẽdũ ppl'm ꝑ ſe vel ꝑ aliũ. Iſta ẽ ſentẽtia ſancti Tho. vñ in .iiij. diſt. xix. dicit ꝙ ptãs pape ſe habet ad ptãtes epiſcoporum ſicut poteſtas regis ad ptãtes iudi-

cum cōſtitutorum per ſingulas ciuitates. Et in fine ſecūdi ſententiarū dicit: ꝙ ita ſe habet ptās pape ad ptātes inferiorū ſicut ptās imperatoris ſe habꝫ ad ptātem ꝓconſulis. Item in lib. de pfectione vite ſpūalis dicit idē ſanctus Thomas ꝙ ſi quis recte conſideret hoc modo in regimine ecclīe comparant̄ archidiaconi ꝛ plebani ad epm ſicut in regimine temporali ppoſiti ꝛ balliui ad regē. Et cum arguit̄ ex aduerſo ꝙ hoc ſit inconueniēs negat̄ hoc ꝛ ad ꝓbationē reſpondet̄ negando conſeqntiā. ratio patꝫ ex dictis: quia iſti iudices non ſunt cōmiſſarij ſed ordinarij ponūtur. Pro quo notandum ꝙ ordinariū dicit̄ ab ordine. vnde ordinariū videtur importare id qḋ ſm cōmunē ordinem in republica fit ſemp. ꝓpter qḋ illud qḋ competit diuerſis gradib⁹ ꝛ ſtatibus in republica ordinatis ordinariū dicit̄. vnde poteſtates competētes ſtatibus huiuſmodi inſtitutis in ecclīa ſcꝫ patriarchali archiepiſcopali epiſcopali ꝛ parochiali dicunt̄ ordinarie: ꝛ illi qui ſimplicit̄ in talibus ſtatib⁹ ꝛ gradib⁹ ſtatuunt̄ vt regant populū ꝑ ſe vel per alium ſm ſtatū ꝛ gradum in qbus ſtatuūtur dicunt̄ ordinarij. Poteſtas aūt cōmiſſarij ꝓprie loqn do videtur dici quando alicui ab aliquo ſic inſtituto cōmittitur eadem poteſtas que eſt ſua ordinaria ſm quam vicem eius aliquid agat. vnde collatio talis poteſtatis non dicit nouū gradum ptātis vel inſtitutionem ſimpliciter in aliquo gradu noue poteſtatis: ſed dicit cōmiſſionem eiuſdem poteſtatis ab inſtituto in ipa poteſtate: ita ꝙ poteſtas cōmiſſaria eſt cōmiſſa ab inſtituto in gradu ptātis ſimpliciter Et ita patꝫ ꝙ p̄lati iſti a papa poſiti non ſunt cōmiſſarij ſed vere ordinarij. Ad tertium obiectum cum dicit̄ ꝙ ſi ſic eſſet tunc iudices ſiue prelati non differrent a commiſſarijs. reſpōdetur iuxta dicta ꝙ hoc ſit falſum. Argumentum autem procederet ſi poteſtas prelatorum eſſet ſicut poteſtas iudicū non ſimpliciter poſitorum in aliquo ſitu ꝛ gradu regiminis conſtitutorum ad regendum populum per ſe vel per alios: tunc eīn non poſſent cōmittere: nūc autem quia non ponimus eos tales ſed ſicut diximus licet poteſtas eorꝫ ſit a papa immediate: poſſunt tamen cōmittere. Ad quartū cum dicitur ꝙ ſi ita eſſet tunc papa ꝛc. reſpondetur negando conſequentiā. ꝛ ad probationem negatur vniuerſaliter aſſumptum. Et cū arguitur de legato non eſt ad propoſitum ſicut patet ex dictis.

Ad tertium

Ad quartum

**Capitulū. lxv. Qꝫ papa eſt immediatus prelatus ꝛ iudex omniū fidelium ac in toto terrarum orbe facere poſſit quicquid inferiores prelati facere poſſunt.**

Capitulum LXV

# Sane clariſſime

colligere poſſum⁹ ex p̄miſſis ꝙ romanus pontifex immediat⁹ prelatus ꝛ iudex ſit oīum xp̄ianorū poſſitꝗꝫ facere in toto orbe terrarū quicquid inferiores p̄lati agere poſſunt. Qḋ licet tam ex traditionib⁹ patrū ꝙ ex rationibus in ſuperioribus articulis ſatis apertū ſit: nihilominus vt veritas clarius eluceſcat illud auctoritatibus ꝛ rationib⁹ remunire curabimus.

Primo ſic. In quocūꝗꝫ ordine quando tota ptās inferior̄ depēdet ꝛ originatur a poteſtate ſuperioris: ad quecunꝗꝫ ſe poteſt extendere poteſtas inferior̄ ad oīa illa ſe pōt extendere immediate poteſtas ſuperioris: ſed ptās iuriſdictionis (de qua ſermo) omnium aliorum prelatorū in eccleſia a poteſtate pape deriuat̄ ergo ſequit̄ ꝙ ſummus pontifex poteſt in toto orbe oīa facere immediate quecūꝗꝫ poſſunt alij prelati: cōſequētia patꝫ. maior ꝓpoſitio ē per ſe nota: quoniā ſecūda cauſa ſiue poteſtas non ſuſtentificatur niſi ex p̄ma nec virtutem influendi accipit niſi a p̄ma a qua ſm totum eſſe ſuū poteſtatiuū dependet: vt ex cōmento p̄me ꝓpoſitionis de cauſis habet̄. minor vero demonſtrata eſt ſupra in ca. lx. Secundo ſic. Pro quo ſupponitur vt dicit ſanct⁹ Thomas ij. ſententiarꝫ. diſt. ix. ꝙ diuiſio hierarchie in ordines eſt totius poteſtatiui in partes potēſtiales: cui⁹ totius conditio ē ꝙ ſm cōpletam virtutē eſt in parte ſuprema: ꝛ ꝙ talis potētia ſiue ptās ſuperior habet in ſe cōpleti⁹ ea q̄ ſūt inferioris ordinis: tūc ſic. In ordine hierarchico qcqd pōt inferior virt⁹ ſiue ptās pōt ſuperior: ſꝫ virtutes ſiue ptātes inferior̄ prelator̄ in hierarchia eccleſiaſtica ſunt inferiores poteſtate ſummi pontificis: ergo quicquid poteſt virtus ſiue poteſtas cuiuſcūꝗꝫ prelati inferioris in ſua dioceſi vel plebe cōmiſſa poteſt ipſe papa. conſequentia patꝫ. maior vero eſt Boetij dicentis. Quicquid poteſt inferior virtus poteſt ſuperior ꝛ nō econuerſo. Item eſt Dionyſij. v. celeſtis hierarchie: vbi dicit. Diuiniores virtutes cum ꝓprijs habent ſubiectas .i. ſubiectorum ſiue inferiorum operationes. minor vero notiſſima eſt. Tertio ſic. Poteſtas pape in eccleſiaſtica hierarchia eſt poteſtas vniuerſalis: ptās vero alior̄ p̄lator̄ eſt ptās particularis: ſed ptās ꝛ virtus vniuerſalis efficacius agit in id qḋ ſubijcit̄ virtuti particulari ꝙ ipa particularis virtus. ergo papa ſua vniuerſali poteſtate pōt in toto ꝛ in oīni plebe quicqd poſſunt p̄lati inferiores ꝛ amplius ꝛ pfecti⁹. ꝯſeqntia patet, antecedēs ꝑ maior

parte patet: quoniā totius orbis cura cōmiſſa
eſt pape dn̄o dicente ſibi. Paſce oues meas.
In cuius ſignū ſynodus calcedonenſis accla
mauit Leoni pape. Leo ſanctiſſimus apoſto-
licus vniuerſalis patriarcha ꝑ multos annos
viuat. alij vero prelati vocati ſunt in partē ſol
licitudinis non in plenitudinem poteſtatis.
Minor vero patꝫ: quoniā vt dicit in ꝓma ꝓ-
poſitione libri cauſarū: cauſa ꝓmaria vniuer-
ſalis plus influit in cauſatū ſuum imo ſecūde
cauſe ꝙ̄ cauſa ſecūdaria. Et dicit vniuerſalis
hic non ꝑ pdicationē ſed extēſionē influentis
virtutis que influit vniuerſaliter oīibus ſub
ſe exiſtentibꝰ. Quarto ſic. Non minoris au-
ctoritatis ⁊ amplitudinis poteſtatis eſt papa
ſummi regis vicarius in regno eccl̄ie quantū
ad immediatā executionē auctoritatis ſue ⁊
extēſionē ſue poteſtatis ꝙ̄ reges temporales
in regnis tēporalibus in executione poteſta-
tis ſue: patet. ſed quilibet rex poteſt immedia
te in regno ſuo facere quicquid inferiores po-
teſtates poſſunt etiam eis irrequiſitis: vt patꝫ
ergo multo fortius papa ratione amplitudi-
nis ſue ptātis pōt in regno eccleſie vbicunq̄
⁊ quādocūq̄ ſibi bonū videbit facere q̄cq̄d in
feriores prelati poſſunt facere. conſeq̄ntia pꝫ
cum toto antecedēte. Quinto ſic. Epiſcopi
dantur pape in adiutores ⁊ vocant in partē
ſollicitudinis ſicut. lxx. ſenes in adiutorium
moyſi. Num. xi. vnde papa ordinando epiſco-
pos dicit. Mandata celeſtia efficaciꝰ gerimꝰ
ſi noſtra cum fratribus onera partiamur: ſed
ille qui aſſumit aliquē in adiutorē non ex hoc
amittit poteſtatē operandi cum ſibi vacaue-
rit aut voluerit: imo ipſe eſt ꝓncipalis operās
⁊ adiutor ſecundarius. ergo papa poteſt oīa
agere circa plebes totiꝰ orbis que inferiores
prelati quicunq̄ poſſint etiam ipſis irrequiſi-
tis: conſequētia patꝫ cum toto antecedente.

Sexto. Quicunq̄ facit aliquid per aliū hoc
etiam per ſeipm̄ facere pōt: ſed duꝫ inferiores
prelati actus hierarchicos exercent circa ſub-
ditas plebes hoc agere dicit ſummus ponti-
fex per eos. ergo ſequit ꝙ papa in tota hierar
chia eccleſiaſtica pōt ꝑ ſeipm̄ facere quēcūq̄
actum hierarchicū quē inferior prelatus face
re poteſt. conſeq̄ntia eſt nota: maior etiam eſt
nota: cum agens ſecundariū ſiue miniſteriale
dependeat a principali in virtute agendi. mi-
nor vero eſt Diony. dicētis. iij. ca. Celeſtis hie
rarchie. Is qui ſm̄ nos eſt ſummus ſacerdos
ꝑ ſuos miniſtros aut ſacerdotes purgans aut
illuminans ipſe dicit purgare aut illuminare
alijs in ipm̄ reponētibus ꝓprias ſacras ope-
rationes. Septimo. Ordo eccleſiaſticus tūc

optime ordinat cum regimen diuinū imitat:
ſed ſic ſe habꝫ regimen diuinū ꝙ deus ſic agit
res mediantibꝰ ſecundis cauſis ꝙ eas poteſt
agere immediate: ſicut quandoq̄ facit cuꝫ ſue
volūtati placet: ergo ſimilit papa actum regi-
minis eccleſiarū quē mediantibꝰ inferioribꝰ
prelatis exequit poteſt cū ſibi videbit expedi
re ꝑ ſeipm̄ exequi. conſequētia patꝫ ⁊ antece-
dens ꝓ vtraq̄ parte. Nec pōt allegari nō eſſe
ſimile: quia deꝰ non pōt errare: papa vero ſic
⁊ abuti poteſtate: quoniā licet illud ſit veruꝫ:
tamē cū eque inferiores prelati errare poſſint
⁊ errent ⁊ abutant ſua poteſtate ſicut ⁊ papa.
argumentum manet in ſuo robore. Octauo.
Cuicūq̄ cōmittit aliqua iuriſdictio illi viden
tur cōmiſſa oīa ſine quibus iuriſdictio expli
cari nō poteſt: patet. fruſtra eīn alias eſſet cō-
miſſio: ſed pape eſt cōmiſſa iuriſdictio totius
orbis oium ouiū xp̄i. hec aūt iuriſdictio execu-
tari non pōt per eum in toto orbe niſi per ſe
ipm̄ valeat exercere oēm actū paſtorali digni
tati debitū: ergo idem qđ prius. cōſeq̄ntia pa-
tet: maior ꝓbat. Tum q: alias fruſtra eſſet cō-
miſſio quod in operibꝰ dei non eſt ponendum
deus eīn ⁊ natura nihil faciūt fruſtra. Tum ſe-
cundo q: qui vult volūtate perfecta ⁊ vltima-
ta aliquid ꝑ conſeq̄ns vult oīe illud ſine quo
ſcit illud non poſſe vel non eſſe. Minor vero
patꝫ ex illo Joh. vlti. Paſce oues meas. ⁊ ex
dictis allegatis ſupra. Nono. Papa inſtituēs
prelatos in eccleſijs vocans eos in partē ſolli
citudinis non expoliat ſe poteſtatis plenitu-
dine nec iuriſdictio per cōmiſſionē ita ꝓpria
ordinario fit ꝙ papa amplius ibidem nō ha-
beat ptātem ad tanta ſicut ante cōmiſſionem
ergo ſequit ꝙ papa ſemꝑ pōt immediate exer
cere ⁊ exequi in toto terrarū orbe quicq̄d alij
inferiores prelati poſſunt: conſeq̄ntia videtur
clariſſima. antecedēs etiam patꝫ. Tum aucto
ritate ⁊ exemplo. Auctoritate q̄dem. quoniaꝫ
Num. xli. moyſi in conſtitutione ſenioꝝ iudi-
cum in adiutoriū eiuſdem dicit dominꝰ. Aufe
ram de ſpiritu tuo. vbi gloſa Origenis dicit:
non tamē ꝙ moyſes minus haberet. Exem-
plum vero eſt de poteſtate terrena regia: vbi
rex conſtituens pretorē in vna cauſa nō expo-
liat ſe iure aut ptāte ſua nec iniuriam pretori
facere ē dicendus ſi de quocūq̄ alteri cōmiſſo
immediate proferat ſententiam. Decimo ſic
Papa tenet in eccleſia locum domini noſtri
ieſu chriſti. ceteri vero prelati aut apoſtolo-
rum locum vt epiſcopi aut diſcipulorum ſicut
minores preſbyteri: ſed ridiculum eſſet ⁊ blaſ
phemium ꝙ xp̄us ꝑſens eccleſie ſue corpora-
li preſentia non poſſet per orbem totum im-

mediate quicquid apoſtoli ⁊ diſcipuli ei⁹ po-
terant in eccleſia. ergo ſimiliť videť blaſphe-
mie vicinū ꝙ xpi vicarius nō poſſit immedia-
te exercere in toto orbe quicq̄d alij prelati poſ-
ſunt vel ꝙ eorum licentia eſſet expetenda: cō-
ſequentia ē manifeſta: qualis eñ eſt ordo de-
pendētie ſuperioris in aliqua cōmunitate ad
alias inferiores poteſtates talis videtur eſſe
locumtenentis eius cum plenitudine poteſta-
tis ad eaſdem. maior eſt manifeſta quo ad pa-
pam: cum papa ſit vicarius xpi in terris. Et
Criſo. dicat ſuper illud Joh. vlti. Paſce oues
meas .i. loco mei prepoſitus eſto ⁊ caput fra-
trum tuoꝝ. Secunda pars patet per glo. Lu-
ce. iiij. minor vero eſt clara. Ex iſtis manifeſte
confutātur plures errores. Primus eſt dicen-
tium ꝙ parochiani non poſſunt reduci in deū
per penitentiaꝫ niſi mediante parochialibus
ſacerdotibus. Secūdus eſt ꝙ licet papa ⁊ epi-
ſcopi ſint ꝑncipaliores parochianoꝝ nō ſunt
immediate alioꝝ curati ſiue ꝙ non immedia-
te eorum curam habent. Tertius eſt ꝙ nec pa
pa nec epiſcopus poſſunt audire cōfeſſiones
parochianoꝝ quin teneantur eadem peccata
confiteri parochialibus ſacerdotibus. Quar
tus error eſt. ꝙ nec papa nec epiſcopus poſſūt
dare generalē poteſtatem audiendi confeſſio
nes aliquibus: quoniā cōfeſſi talibus eadem
peccata confiteri parochialibus ſacerdotib⁹
teneantur. De errore iſtoꝝ manifeſte pꝫ ⁊ eti
am colligitur ex extrauagāti Joh. xxij. que in-
cipit Vas electionis. in qua prefati articuli
qui fuerunt Joh. de poliaco fuerūt cōdēnati.

Capitulum. lxvi. In quo obijcitur cōtra predicta.

Capl'm LXVI

Obijciunt autem aduerſarij contra concluſionem
iam poſitam: licꝫ clarior ſole eſſe
videatur. Et ꝑmo ſic. Unius ⁊ (Argumētū ꝑmū)
eiuſdem non poſſunt eſſe duo iudices vel pre-
lati ordinarij immediate: vt videtur. ſed epi-
ſcopi ſunt ordinarij in epiſcopatu ⁊ curati in
parochia. ergo videtur non poſſe papa cōcur-
rere cum epiſcopo in epiſcopatu vt ordinari⁹
⁊ epiſcop⁹ cū curato in parochia vt ſic. Se- (Secūdum)
cundo ſic. Ex ſimilitudine hierarchie eccleſie
militantis ad triumphantē. Sicut in hierar-
chia angelica ſiue eccleſie triumphantis eſt
ita in hierarchia eccleſie militantis eſſe debꝫ
quia vna ē exēplata ab alia: ſed in hierarchia
angelica diuerſi ordines vel illi qui pertinent
ad diuerſos ordines nō poſſunt immediate ſe
habere ad vnū ⁊ eundē ordinem. ergo in hie-
rarchia eccleſie militātis papa epiſcopi ⁊ cu-
rati non poſſunt ſe habere immediate ad infi
mos ſcꝫ parochianos: ſed conſtat ꝙ curati im
mediate ſe habent ad eos: ergo non papa nec
etiam epiſcopi. Tertio ex ſimilitudine ordi (Tertium)
nis qui ē inter membra corporis naturalis ſic
Sicut eſt in ordine membroꝝ corporis ꝙ eſt
impoſſibile vnum membrū pluribus coniun-
gi immediate mēbris: ſic ſimiliter in eccleſia
que inſtar corporis naturalis corpus quoddā
dicitur Rom. xij. illos qui ſunt vnius gradus
impoſſibile eſt coniungi pluribus gradibus
immediate: ſed parochiani qui ſunt infimi cō-
ſtituunt vnū gradum: ergo impoſſibile ꝙ im-
mediate ſubdantur curato epiſcopo ⁊ pape q̄
ſunt diuerſorum gradnum. Quarto ſic. Po (Quartum)
teſtas pape aut ſe habet ad poteſtates epiſco
porum ⁊ curatorum ſicut poteſtas regis ad
poteſtates principuꝫ: aut ſicut poteſtas regis
ad poteſtates iudicum inſtitutorum per eum.
Si ꝑmo modo ſequitur ꝙ poteſtas epiſcopo-
rum ⁊ curatorum non ſit a poteſtate pape: ſi-
cut poteſtas principum non eſt a poteſtate re
gis. Si ſecundo modo ſequiť ꝙ epiſcopi non
ſunt ordinarij ſicut iudices nō ſunt ordinarij:
vt videť. Quinto arguūt ſic. In ca. Omnis (Quintum)
vtriuſqꝫ ſexus. extra de peni. ⁊ re. precipitur ꝙ
oīs vtriuſqꝫ ſexus fidelis cum ad annos diſ-
cretionis venerit oīa peccata ſua ſaltem ſe-
mel in anno confiteatur proprio ſacerdoti: er-
go ſequiť ꝙ papa non ſit immediatus ſingu-
lorum paſtor: conſequētia videtur nota: quia
ſi alius eſt ꝑprius per conſequens nō papa, ⁊
ideo non immediatus.

Capitulum. lxvij. In quo reſpōdetur obiectis aduerſariorum iam factis.

Capl'm LXVII

His facile eſt re-
ſpondere bene intelligentibus
que iam diximus. Ad rationē (Ad ꝑmū)
ergo primam cuꝫ dicitur ꝙ vni-
us ⁊ eiuſdem ⁊c. reſpondetur ꝙ maior illa nō
habet veritatem quando vna poteſtas eſt ab
alia totaliter: tunc enim due poteſtates ordi-
narie immediate poſſunt eſſe reſpectu eiuſdē
⁊ perſone ⁊ caſus: ita ſcꝫ ꝙ tam iſta q̄ illa po-
teſtas poſſit exercere iuriſdictionē immedia-
te in perſonam iſtam ⁊ in tali caſu: ſed ꝙ due
poteſtates ordinarie ſint quarū vna nō ſit ſub
alia nec ſubſit ei totaliť immediate reſpectu
eiuſdem eſt impoſſibile: quia cum vna non re-
frenat aliam nec ei imponeret legē impoſſibi-
le eſſet eundē ſubditum vtriqꝫ ſatiſfacere: ſed
quando vna poteſtas ſubeſt alteri bñ poteſt
ſubdit⁹ ſatiſfacere: q: poteſtas ſuperior poteſt
ſuſpēdere inferiorem quo ad executionē. Vel

dicendū vt dicit ſanctus Thomas in .iiij. diſt.
xvij. ꝙ inconueniēs eſſet ꝙ duo equaliter ſuꝑ
eandē plebē conſtituerent̄: ſed ꝙ duo quoꝝ
vnus ē principalior alio ſuꝑ eandē plebem cō-
ſtituant̄ nō eſt incōueniens. ⁊ ſm̄ hoc ſuꝑ ean-
dem plebē immediate ſūt ſacerdos parochia-
lis ep̄s ⁊ papa ⁊ ꝗlibet horum pōt cōmittere
ea que ſunt iuriſdictiōis ad ipm̄ ꝑtinētia alte-
ri. Ad ſecundam ꝗ ſumit̄ ex ſimilitudine hie- *Ad ſecundam*
rarchie celeſtis reſpōdet̄. Primo ſic negando
minorē. Dicimꝰ eñ ꝙ pōt ordo ille mutari: q̄r
ordo ille nō eſt neceſſariꝰ ſed volūtariꝰ quātuꝫ
ad caput totius ordinis .ſ. deum qui oīa pōt
agere immediate ꝑ ſeipm̄. angeli etiā ſuperio-
res quantū eſt de ptāte abſoluta poſſunt illu-
minare ordinē remotū omiſſo ordine medio:
q̄r ꝓbabile ē ꝙ quicꝗd pōt inferior angelus ꝑ
virtutē datam ſibi a ſuperiori inſtruēdo alios
poſſit ſuperior ꝑ ſeipm̄. de facto etiam tenet̄ a
multis doctoribꝰ ꝙ aliqui de ſuperioribꝰ ordi-
nibus miſſi fuerūt ad aliquos homīes ꝗ ſunt
ſub ordine angeloꝝ. ſi ergo ſm̄ eos ſimile ē de
ordine hierarchie celeſtis ⁊ eccleſiaſtice. ergo
ordo eccleſiaſtice hierarchie non ē neceſſariꝰ
ſed volūtarius ⁊ per cōſeq̄ns pōt mutari ꝓut
placet capiti totiꝰ ordinis ſcꝫ ſummo pōtifici
Secūdo reſpōdet̄ iuxta ſctm̄ Tho. ꝙ eccl'iaſti-
ca hierarchia imitat̄ celeſtē aliqualit̄ ſed non
ꝑfecte aſſequit̄ ſimilitudinē eius: q̄r nō in oībꝰ
⁊ maxime in hoc. qm̄ vt ipſe inq̄t in libro ꝯtra
impugnantes religionē: in celeſti hierarchia
diſtinctio donoꝝ gratuitoruꝫ ſm̄ que ordines
diſtinguunt̄ ſequit̄ diſtinctionē nature nō aūt
in homībꝰ. ⁊ ideo cū angeloꝝ natura ſit immu-
tabilis ordo inter eos habꝫ immutabilitatem
aliquā que in hierarchia eccleſiaſtica non ē. ⁊
ideo ratio nō ꝓcedit. Ad tertiā rationē ſum- *Ad tertium*
ptam ex ordine membroꝝ corporis naturalis
reſpondet̄ eodē modo ſicut ad p̄cedentē: quia
non ē ſimile ꝑ oīa de corꝑe naturali ⁊ corꝑe
myſtico: qm̄ licꝫ in vtroq; ſit ordo non tñ eque
neceſſariꝰ: ſicut nec ordo quo quis mouet lapi-
dem mediante baculo ē eque neceſſariꝰ ſicut
ordo quo hō mouet manū mediante brachio.
⁊ ideo ſicut homo pōt mouere lapidē median-
te baculo ⁊ ſine baculo mediante: ⁊ hoc abſq;
monſtruoſitate: ita pōt papa vel ep̄s exercere
actum ptātis ſue ſiue hierarchizare quēcunq;
infimū parochianū per ſe vel per aliū ſiue cu-
ratum ſiue cōmiſſariū inſtitutum ab eo abſq;
monſtruoſitate aliqua aut confuſione corpo-
ris myſtici quod eſt eccleſia. Ad quartā ptꝫ *Ad quartum*
reſponſio ex reſponſione data ad ſecundū ob-
iectum .c. lxiiij. Ad quintā reſpondetur ꝙ vt *Ad quintū*
dicit ſanctus Thomas ⁊ dominꝰ Albertus ⁊
dominꝰ Bonauentura exponentes illam de-
cretalem dicūt ꝙ ꝓprius ſacerdos non ſolus
eſt parochialis ſed etiam epiſcopus vel papa
ad quos etiam magis pertinet cura populi ꝗ̄
ad ſacerdotem parochialē vt multipliciter ē
oſtēſuꝫ ſuꝑ. Vñ in decretali illa ꝓpriū nō acci-
pit̄ ſm̄ ꝙ diuidit̄ ꝯ cōe: ſ; ſm̄ ꝙ diuidit̄ ꝯ alie-
num vñ ꝗ cōfeſſus eſt epiſcopo ſuo vel alicui
habenti vicem eius aut pape aut cōmiſſarijs
ſicut penitentiarijs aut priuilegiū habentibꝰ
ab eo audiendi confeſſiones confeſſus ē pro-
prio ſacerdoti: ⁊ ita ratio nō procedit.

Capitulū .lxviij. Qꝫ preter romanum pōtificem ſunt in eccleſia neceſſarij alij prelati. *Capl'm LXVIII*

# Q Voniam fortaſ-
ſis ex hoc ꝙ diximus romanū pō-
tificem immediatuꝫ paſtorem ac
iudicem omniū fidelium oīaq;
poſſe que ſinguli alij prelati apud fideles ſibi
ſubiectos perficere poſſunt: videretur aliqui-
bus ſequi ꝙ alij prelati in eccl'ia aut ſuperflui
forent aut non neceſſarij: oportunum duximꝰ
declarare ꝙ nō obſtante tanta amplitudine
ptātis romani pontificis quantā nos eſſe di-
ximus adhuc preter eum qui vniuerſalis pa-
ſtor eſt neceſſarij ſunt in eccleſia alij prelati: ⁊
hoc ratione multiplici. Primo iuxta ſanctū
Tho. in .iiij. di. xix. ſic. Ea que circa ſingularia
oportet operari nō eodem modo oībus com-
petunt. Vnde ſicut preter generalia medici-
nalia precepta oportet adhibere medicos ꝗbꝰ
precepta vniuerſalis medicine ſingulis infir-
mis ſm̄ ꝙ debēt aptentur: ita in quolibet ꝑn-
cipatu preter illum qui vniuerſaliter p̄cepta
legis tradit oportet eſſe aliquos qui ea ſingu-
lis ſm̄ ꝙ debēt adaptent. ⁊ ꝓpterea etiam in
celeſti hierarchia ſub ptātibus qui indiſtin-
cte preſunt ponunt̄ principatꝰ qui ſingulis ꝓ-
uincijs diſtribuunt ⁊ ſub his angeli qui ſingu-
lis hominibꝰ in cuſtodiā deputant̄: Vnde ⁊
ita debet eſſe in prelatione militantis eccle-
ſie vt apud aliquem eſſet prelatio indiſtincte
in omnes ⁊ ſub hoc eſſent aliqui qui ſuper di-
uerſos diſtinctam poteſtatem acciperent.

Secundo hoc idem neceſſarium oſtendit̄
ex eo ꝙ impoſſibile erat totum populum chri-
ſtianum per vnum ſolum hominē immediate
regi atq; gubernari. Quocirca manifeſte ap-
paret pro bono eccleſie regimine fuiſſe neceſ-
ſarium vt preter ſummum ac vniuerſalem pre-
latum romanum pontificem alios in eccle-
ſia inſtituant̄ prelati. Tertio hoc etiam lu-
ce clarius apparet ex ipſa diuerſitate actio-
num neceſſariarum in eccleſia dei ad quas

cum vnus ſimul ⁊ ſemel ſufficere ſit impoſſi-
bile: neceſſe fuit diuerſos miniſtros in eccle-
ſia deputari ad hoc ꝙ expedientius ⁊ ſine con
fuſione omīa peragant̄ recte. Qua rōne btūs
Greg. papa inquit in ca. Singula. diſt. lxxxix.
Singula eccl'iaſtici iuris officia a ſingulis q̄-
buſcūq; pſonis ſigillatim cōmitti iubem⁹: ſic
em̄ in vno corpore multa mēbra habem⁹: omīa
aūt mēbra nō eundē actū habēt: ita in eccl'ie
ſpūali corpore cōferendū eſt hoc officium vni:
alij cōmittendū eſt aliud: nec em̄ quantūlibet
exercitate vni perſone vno tempore duarū re-
rum officia cōmittenda ſunt. ꝙ ſi totū corpus
oculus vbi auditus. hec ille. Quarto hec cō-
uenientia arguit̄ ex decētia: decens em̄ eſt vt
ſicut in vniuerſo inueniunt̄ diuerſe cauſe me-
die preter cauſam pmā: licʒ ipa p ſe poſſet im-
mediate in effectū cuiuſcūq; cauſe efficientis:
ita in vniuerſali eccl'ia preter poteſtatē papa-
lem inſtitui debuerūt diuerſi gradus aliarum
poteſtatū. Quinto huiuſmodi cōuenientia
arguit̄: q2 ſic nobilior redditur pncipatus ec-
cleſiaſticus dum plures in eo diuine coopera-
tionis participes fiūt diſpenſatores diuinoꝝ
myſterioꝝ. Sexto hoc idem arguit̄: q2 ex tali
varietate poteſtatū ⁊ graduum ſponſa xpi ec
cleſia pulchrior ⁊ ornatior conſurgit. Hanc ra
tionē aſſignat beatus Grego. in ca. Singula.
di. lxxxix. ita dicēs. Sicut varietas mēbrorum
p diuerſa officia ⁊ robur corporis ſeruat ⁊ pul
chritudinē repſentat: ita varietas pſonarum
per diuerſa nihilominꝰ officia diſtributa ⁊ for
titudinē ⁊ venuſtatē ſancte dei manifeſtat ec
cleſie. Septimo hoc factū eſt pp̄ter vtilita-
tem eccl'ie: cuius vniuerſitati ſatiſfieri nō poſ
ſet niſi preter ſummū paſtorem papam forent
aliqui alij.

Capitulū. lxix. Q2 oēs in eccleſia dei alie a papali po
teſtates eccleſiaſtice ſubijciunt̄ poteſtati romani pon-
tificis quantū ad obedientiā preceptoꝝ: quantū ad cor
rectionē: ⁊ quātū ad ſubuentionē in neceſſitatibus.

Capitu. LXIX

a Perte ſatis ex ſu
perius iam explicatis tam de ſum-
mitate apoſtolici pncipatus q̄ de
dependētia ⁊ deriuatōe oīm poteſtatū aliarū
eccleſiaſticarū ab apoſtolica ſede colligitur ꝙ
oēs eccl'ie plati tam maiores q̄ minores ſubij
ciantur romano pōtifici: tam quo ad obedien
tiam preceptoꝝ ⁊ quo ad correctionē abuſus:
q̄ quo ad ſubſidioꝝ adminiculationē in caſi-
bus neceſſarijs. Quo ad obedientiā precepto
rum patet. Tum ex his que dicta ſunt ſupra in
ca. xlviij. ⁊ l. Tum ex illo qđ ſctūs Calixt⁹ pa-
pa ſcribēs omībus epīs dicit in ca. Nō decet.
diſt. xij. Non decet mēbra a capite diſcedere:
ſed iuxta ſcripture teſtimoniū omīa mēbra ca
put ſequant̄. Nulli vero dubiū eſt ꝙ apoſtoli-
ca eccl'ia mater ſit oīm eccleſiarū a cuius vos
regulis nullatenus conuenit deuiare. hec ibi.
Quā obedientiā debitā eſſe romano pontifi-
ci imperator Juſtinian⁹ intelligens ait in epi
ſtola ſcribēs pape Joh. que habet̄. C. de ſum.
tri. ⁊ fi. ca. inter claras. Omēs ſacerdotes oriē
talis tract⁹ ⁊ ſubijcere ⁊ vnire ſedi veſtre ſan-
ctitatis pperam⁹ eo ꝙ caput eſt oium ſancta
rum eccleſiarū. Et ſubdit. Per oia pperamus
vt dictū eſt honorē ⁊ auctoritatē creſcere ve-
ſtre ſedis. hec ille. Quocirca papa Joh. vbi ſu
pra Juſtiniano ſcribēs in epl'a int̄ claras: ita
ait. Inter claras ſapiētie ⁊ manſuetudinis ve
ſtre laudes xpianiſſime principū puriore luce
tanq̄ aliquod ſidus irradiat ꝙ amore eterne
fidei ꝙ charitatis ſtudio edocti eccl'iaſtice diſci-
plinis romane ſedis reuerentiā conſeruatis ⁊
ei cuncta ſubijcitis ⁊ ad eius deducitis vnita
tem: ad cui⁹ auctorē pncipē: hoc eſt aploꝝ pri-
mum dn̄o loquente pceptū eſt. paſce oues me
as. quē eſſe vere oīm eccleſiarū caput ⁊ patrū
regule ⁊ pncipū ſtatuta declarant ⁊ pietatis
veſtre reuerendiſſimi teſtant̄ affatus. hec ille.
Quo vero ad correctionē abuſus pʒ quidē.
Primo qm̄ ad ſupremū iudicē apud quē ſupre
ma ptās reſidet ⁊ maxime a qua oīm inferioꝝ
iudicū auctoritas omīs pendet ſpectat corre-
ctio abuſus cōmiſſi p inferiores ptātes: patet
hoc. ſed papa eſt ſuprem⁹ iudex in eccl'ia a cui⁹
poteſtate tanq̄ a radice ſingule alie poteſta-
tes originē ſumunt: ſicut in ſuperioribꝰ notum
fecim⁹. ergo oēs ptātes inferiores quo ad cor-
rectionē abuſus ptātis ſubiecte ſunt romano
pontifici. pña bona. Hinc in. c. Sola. ix. q. iij.
dicit text⁹. Romana eccl'ia ſua auctāte valet
iudicare de oib⁹. ⁊ in ca. Cūcta. ea. cauſa. ⁊. q.
dicit textus. Cūcta p mūdū nouit eccl'ia ꝙ ro
mana eccl'ia de omībus phas habet iudicare.
Unde beat⁹ Bernardus ad Eugeniū ſcribēs
hoc cōfirmans ita dicit. Juxta canones tuos
alij in partē ſollicitudinis tu in plenitudinē
ptātis vocat⁹ es: alioꝝ ptās certis artat̄ limi
tibus tua extendit̄: ⁊ in ipos qui ſup alios po-
teſtatē accepert. nōne ſi cauſa extiterit tuipſe
celum claudere: tu epm ab epatu deponere ⁊
etiaʒ tradere potes. hec ille. Q autē ad pre-
ſtationē adminiculi ac ſubſidij in caſibus ne-
ceſſitatis ceteri ſubijciant̄ aplice ſedi facile ē
oſtēdere. Cū em̄ reſpublica ⁊ quelibet ptās in
ea teneatur ad conſeruationem illius ptātis
a qua toti⁹ reipublice bonū dependet: ⁊ bonū
reipublice xpiane maxime pēdeat ex romanī

pōtificis poteſtate q̄ vniuerſam eccleſiā ordi-
nare regere ac gubernare habet. Quocirca ſā
ctus Bonifa. martyr in. c. ſi papa dicit: ꝙ pro
pape ꝑpetuo ſtatu vniuerſitas fideliū tāto in-
ſtantius orat quanto ſuam ſalutem poſt deuꝫ
ex illius incolumitate animaduertit perpenſi
us pendere. ergo videt̄ ꝙ oēs alie eccleſie ad
cōſeruationē tuitionem atqꝫ defenſionem ec-
cleſie romane adminiculari teneant̄. vnd̄ Si
machus papa in. c. alioꝝ. rationem huius aſſi-
gnans inquit ep̄is. Si hec humiliat̄ ad cui⁹ cō
fugietis auxiliū ⁊ vbi relinquetis gloriam ve
ſtram. Hoc etiā ſanct⁹ Tho. in. ij. ij. q. lxxxij. ar.
iiij. oſtendit tam exemplo veteris legis q̄ rōe
naturali ita dicens. In veteri lege primitie de
bebātur ſacerdotibus decime aūt leuitis. Et
q: ſub ſacerdotib⁹ leuite erant deus mādauit
vt ipſi loco primitiarū ſoluerent ſummo ſacer
doti decimā decime. vnde nunc eadē rōne cle
rici tenētur ſummo pontifici decimas dare ſi
exigeret. naturalis eīn ratio dictat vt illi q̄ ha
bet curam de cōmuni multitudinis ſtatu pro-
uideat̄ vt poſſit exequi ea q̄ ꝑtinent ad cōeꝫ ſa
lutem. hec ſanct⁹ Tho. Ad idē eſt Ioh̄. an. in
nouella ſup. c. i. extra de deci. vbi querēs. Nū-
quid a clericis ſummo pon. decime ſint ſoluē-
de. r̄ndet ꝙ ſic: q: cū inferior teneatur ſoluere
ſuo ſuperiori ſp̄ualia miniſtranti. papa aūt cui
libet intelligit̄ ſp̄ualia miniſtrare: cum omnis
oīa imediate ſubdatur ei. Tum etiā q: ſumm⁹
ſacerdos eſt ipſe tamen hoc iure nō vtitur. for
ſan ideo: q: totum habet. ix. q. iij. cuncta. ⁊. c. ꝑ
principalem. vnde quādocūqꝫ placet decimā
vel viceſimā omniū prouentuū eccleſiarū vel
aliam quotā partem pro ſubſidio terre ſancte
vel neceſſitatib⁹ ſuis vel alterius exigit ſicut
quotidie experimur. hec ille. Preterea alia ra
tione ꝓbat̄ prefata concluſio. Scd̄m legē na
ture mēbra capiti debent preſtare ſubſidiuꝫ ⁊
filij parentib⁹ in neceſſitatib⁹. ſed oēs fideles
ſunt mēbra corporis eccleſie: cui⁹ ipſe roman⁹
pon. caput eſt. ſūt etiam eius ſp̄uales filij: vn-
de pater patrū noīatur. ergo nō ſolū clerici: ſꝫ
etiā vniuerſi fideles tenentur romano pon. in
neceſſitatibus auxiliū preſtare ⁊ adminicula-
ri q̄libet ſm̄ facultatē ſuā cum fuerit requiſit⁹
ſicut in fine hui⁹ ſecūdi libri pleni⁹ dicetur. Ex
quibus aperte cōfutatur preſumptio diaboli-
ca eoꝝ qui romano pon. patri ac principi oīm
fidelium nō modo in neceſſitatib⁹ adminicu-
lari refugiunt: ſed illius iura ⁊ priuilegia ꝓuē
tus atqꝫ emolumenta ſolita violare vſurpare
aut diminuere temere quolibꝫ p̄ſumūt: quos
videt̄ inuoluere ſententia illa Deutero. xxvij.
Maledictus qui nō honorificat patrem ſuuꝫ
et matrem: ⁊ dicet oīs populus Amen.

Capitulum. lxx. In quo obijcitur contra id qđ di-
ctum eſt ſuperius ꝙ ſolus romanus pontifex in eccleſia
habeat plenitudinem poteſtatis.

Capitulum LXX

Quanquā ſuperi-
us habita concluſio in. c. liij. dicēs
ꝙ apud ſolū romanū pontificē re-
ſideat plenitudo ꝑtātis eccl'ie: fuerit tam ſan
ctorum patrū teſtimonijs q̄ rōnib⁹ plene de-
monſtrata: nihilomin⁹ aduerſarij illam impu
gnare multiplicit̄ nitunt̄: ponētes hanc con-
cluſionē videlꝫ ꝙ plenitudo ꝑtātis clauiū nō
ſolū ſit in papa capite ⁊ paſtore vniuerſalis ec
cleſie ſed in ipſa vniuerſali eccl'ia ⁊ in cōcilio
vniuerſali. Sed iſtoꝝ duplex eſt modus dicē-
di. Quidā eīn numero magiſtroꝝ qui fuerūt
in cōcilio Conſtantieñ. ꝑut ex eoꝝ tractatib⁹
colligit̄ dicunt: ꝙ ꝑtātis plenitudo ē ſic in pa
pa ⁊ in eccl'ia vniuerſali ⁊ in cōcilio vniuerſa-
li illaꝫ repſentanti: aliter tñ ⁊ aliter. Pro quo
diſtinguunt ꝙ aliquid triplicit̄ pōt eſſe in ali-
quo. Primo tanq̄ in ſubiecto ſicut virt⁹ eſt in
aīa ⁊ accidēs in ſubſtātia ſubiectiue. Secūdo
tanq̄ in obiecto: ſicut effectus dicit̄ eē in ſua
cauſa vel in ſuo fine: q: in illuꝫ tendit tanq̄ in
ſuū obiectū finale. Tertio tāq̄ in exemplo: ſic̄
res viſa dicit̄ eſſe in ſpeculo vel aliqua doctri
na in libro: q: ibi eſt repſentatiue. Primo er-
go modo vt aiunt plenitudo ꝑtātis eſt in pa-
pa tanq̄ in ſubiecto eā recipiente ⁊ miniſtra-
liter exercente. Secūdo modo ē in eccl'ia tāq̄
in obiecto cauſalit̄ ⁊ finalit̄ continēte. Tertio
eſt in gñali concilio tanq̄ in exēplo ipam rep̄
ſentante ⁊ regularit̄ dirigēte. Primū patꝫ: q:
papa ꝓprie loquēdo ē miniſter hanc ꝑtātem
ſubiectiue recipiēs ⁊ adminiſtratiue diſpen-
ſans. iuxta illud Luc. xxij. Qui ꝓceſſor ē in vo-
bis fiat ſicut miniſtrator. Secūdum ptꝫ: quia
plenitudo poteſtatis non eſt cauſaliter ⁊ fina
liter propter papam: ſed papa ⁊ eius poteſtas
propter eccleſiaꝫ ⁊ ad eam ordinatur ſicut ad
finem: id eſt ad eius edificationē: quia ſm̄ ſen
tentiam apoſtoli. ij. Co. x. ⁊ vlti. capitulis.
hanc poteſtatē dedit domin⁹ in edificationē
eccleſie ⁊ non in deſtructionem. Tertium ptꝫ
ex eodem verbo apoſtoli: quia ſi papa vteret̄
hac poteſtate ad deſtructionem eccleſie ge-
nerale concilium eſſet in exemplum vel ſpecu
lum dictam vniuerſalem eccleſiam repreſen-
tans ⁊ eius vice ⁊ nomine abuſus huiuſmodi
plenitudinis poteſtatis coercens regulans ⁊
dirigens ⁊ etiam puniēs. hec illi. Sed iſtoꝝ
poſitio ⁊ imaginatio videtur nobis ſaluo ſem
per meliori iudicio: omnino ſine intellectu: q:
multa implicat q̄ ſimul ſtare nō poſſunt: imo

Prim⁹ mod⁹ dicendi qui hic improbat

Improbatio dicti modi dicēdi

partes adinuicē ſibi cōtradicūt. Implicant aūt contradictionē. Primo. nam in ea parte in qua dicūt ꝙ plenitudo poteſtatis ſit in papa vt in ſubiecto adminiſtrāte illā: ⁊ in eccleſia ſicut in obiecto finali: ⁊ in cōcilio ſicut in exemplo: cōtradicit eoꝝ opinioni in ea parte in qua dicūt ꝙ plenitudo poteſtatꝭ pͥncipaliꝰ et excellētius ſit in eccl'ia aut in concilio ꝙ̄ in papa. Patet q: poteſtas quecūqꝫ ꝓprius ⁊ pͥncipalius dꝫ eſſe vbi eſt ſubiectiue ⁊ adminiſtratiue ſiue diſpēſatiue: quēadmodū eſt in artifice aut duce exercitꝰ aut magiſtro operis ꝙ̄ ſit in obiecto ſiue in exemplo: ſicut poteſtas medicandi ꝓprius ⁊ pͥncipalius habet eſſe in medico ꝙ̄ in corpore infirmo ad cuius curatōem ordinata eſt ⁊ ꝙ̄ in libro medicine. ars etiam edificādi pͥncipalius ⁊ proprius habet eſſe in artifice ꝙ̄ in domo ad cuius edificationē ordinatur. Ceterū falſum dicunt ꝙ eccl'ia ſit obiectum finale poteſtatis papalis: quoniāꝫ lꝫ poteſtas papalis ſit ei data in edificationem eccleſie: nō tamen ipſa eccleſia dꝫ finis vltimꝰ intētus poteſtatis eius: ſed eſt ipa beatitudo ad cuius paſcua ipa vniuerſalis eccleſia ꝑ paſtorem ſuum atqꝫ rectorē qui eſt papa: ſm illō Ioh. vlti. Paſce oues meas: ⁊ eſt dirigenda ⁊ deducēda ſicut inferius plenius oſtendemus Preterea falſum eſſe videtur ꝙ poteſtatꝭ plenitudo ſit in cōcilio ſicut in exemplo ⁊ ſpeculo: ſed potius hoc modo dicēda eſt eſſe in lege xp̄i ſiue euāgelica ſm quā tota eccleſia eſt regulanda. vnde in pſona eccleſie dicit ꝓpheta de ea. Lucerna pedibus meis verbum tuum ⁊ lumen ſemitis meis. Secūdo poſitio illa implicat contradictionē. nam in ea parte vbi in papa ⁊ in eccleſia vniuerſali ⁊ in concilio ponunt vnam et eandē poteſtatē contradicunt ei quod dicunt ꝙ conciliuꝫ vniuerſale poteſt corrigere coercere refrenare ⁊ punire abuſus poteſtatis papalis. Patet: nam cuꝫ hmōi nō poſſit in papaꝫ niſi qui ſit altioris poteſtatis iuxta. c. inferior. di. xxi. impoſſibile eſt ꝙ concilium iſta poſſet facere ſi nō habet niſi eandeꝫ numero poteſtatē quam habet papa. Tertio poſitio illorum implicat. nam in ea parte in q̄ dicunt plenitudinē poteſtatis in cōcilio eſſe non ſicut in ſubiecto ⁊ adminiſtrāte: ſed ſicut in exemplo ſiue in ſpeculo cōtradicit ei quod dicunt ꝙ conciliuꝫ poteſt coercere refrenare abuſus pape ⁊ abutentē corrigere. Patet: q̄a licet per moduꝫ concilij auiſare ⁊ dirigere q̄s poſſit aliū nō habens aliquā auctoritatem iuriſdictionis ſuper eum corrigere. tamē correctione que eſt actus iuſtitie et coercere refrenare ⁊ huiuſmodi non poteſt niſi is in quo eſt poteſtas iuriſdictōnis ſicut in ſubiecto adminiſtrante ⁊ exercēte illam: vt manifeſte patet. cuius eñ eſt poteſtas eius eſt actus inq̄t Phs. Propter que ſicut ſupra diximus poſitio illa aduerſariorum videtur nobis ſine intellectu. Alij vero de numero magiſtrorum nouelloꝝ qui Baſilee fuerūt altius ſapere preſumentes ꝙ̄ illi qui fuerūt in Cōſtantia vtporte cupidi glīe ⁊ principatus dixerūt ꝙ poteſtatis plenitudo eſſet in eccleſia non modo ſicut in obiecto finali aut in cōcilio ſicut in exēplo ſicut prediterant ſupradicti: ſed ſicut in ſubiecto adminiſtrante ⁊ exercēte. ſicut practica demonſtrarunt oēm papalis poteſtatis adminiſtrationē ⁊ exercitiū ſibi aſſumētes. Dicūt eñ ꝙ ipſi vniuerſali eccleſie q̄ dicit̄ collectio oīm fideliū in omnibꝰ mēbris ſuis coniūctim data ſit ipſa poteſtas clauium in plenitudine: etiā principaliꝰ ꝙ̄ pape. ſicut ſi dicamꝰ ꝙ vni collegio data ſit aliqua auctoritas alicuiꝰ iuriſdictionis exercende vel electōis celebrāde. Ad quā cōcluſionē ꝓbandam plectis multis eoꝝ tractatibꝰ: reperimꝰ eos multis medijs in varijs ſuppoſitionibꝰ fundatis ꝓcedere. Prima ſuppoſitio eſt: ꝙ ea q̄ dicta ſunt petro aut apoſtolis trahēda ſunt ad eccleſiā. Hanc ſuppoſitionē ꝓbāt per id quod dicit beatꝰ Aug. in epiſtola ad Eſitiū de die nouiſſimo: ait eñ ſic. Uerba que locutꝰ eſt xp̄s ad ap̄los oportet de ſucceſſoribꝰ intelligere. ſicut illud. Eritis odio omnibꝰ gentibꝰ ꝓpter nomen meum Et illō. Eritis mihi teſtes in omni iudea ⁊ ſamaria ⁊c̄. ſicut ⁊ illud. Ego vobiſcuꝫ ſum vſqꝫ ad conſummationē ſeculi: qō tamen eum vniuerſe eccleſie ꝓmiſiſſe q̄ alijs morientibus alijs naſcentibꝰ vſqꝫ in ſeculi conſummationē futura eſt quis nō intelligat? Hec ille. Itē ſuper pſ. cviij. idem Aug. ita inq̄t. Quedam dicunt̄ que etſi ad apoſtolum petrū ꝓprie ptinere videant̄ nō tamen habent illuſtrem intellectū niſi cū referuntur ad eccleſiam. Ex hac ſuppoſitione arguunt aduerſarij ſic. Si dicta petro et alijs apoſtolis trahenda ſunt ad vniuerſam eccleſiam. ergo dicta petro per que deſignatur in eo plenitudo poteſtatis intelligenda etiam veniunt de vniuerſali eccleſia: ⁊ per conſequēs poteſtatis plenitudo nō tm̄ apud petrum fuit: ſed etiam apud vniuerſam eccleſiam. Secunda ſuppoſitio eſt ꝙ omnia dicta petro importantia auctoritateꝫ eius ſunt etiam dicta alijs apoſtolis ⁊ in illis toti eccleſie. Quam ſuppoſitionē oſtendunt veram maxime in duobus in quibus potiſſime data petro poteſtas exprimitur. Primo de illo Mat. xvi. vbi xp̄s ait Petro. Tu es petrus ⁊ ſup ⁊c̄.

Scōs modꝰ dicēdi de quo. c. lxxi.

Prima ſuppoſitio aduerſariorū q̄ improbabit̄ infra. ca. lxxiij.

Probatio prima

Probatio ſcōa

Rō aduerſarioꝝ

Secunda ſuppō que improbabit̄ ca. lxxiiij.

q

Sequit̄.Tibi dabo claues ⁊c. Quod ỽo hoc
ſit dictū omnibus ꝓbant ex eo:ꝙ cum petrus
nō ſolū fuerit interrogatus ſed etiam omnes
apoſtoli ⁊ petrus pro omnibus rn̄det vt dicit
glo.ſequit̄ ꝙ cum collatio clauiū videatur fu-
iſſe ob meritū cōfeſſionis fidei ꝙ nō ſolum ꝓ
petro ſed etiā ꝓ alijs apoſtolis dictum ſit illi.
Tibi dabo claues ⁊c. Quod ita confirmāt au
ctoritate beati Aug. ſmone.x. ſup Joh.ita di
centis. Cū eſſet ipe numerus duodenarius.i.
quatripartitus in ternos ⁊ oīs eſſent inter-
rogati ſolus petrus rn̄dit.Tu es xp̄us fili⁹ ⁊c.
et ei d̄r:tibi dabo ⁊c.tanꝙ ligādi ⁊ ſoluēdi ſo-
lus acceperit ptātem:cū et illud ꝓ omnib⁹ di-
xerit:⁊ hoc cū oībus tanꝙ pſonam gerēs ipſi⁹
vnitatis accepit. Secūdo hoc cōfirmant au
ctoritate Leonis pape qui in ſmone quodaʒ
apoſtoloꝝ tractans illud. Quodcūqꝫ ligauer
⁊c.ita dicit. In apoſtolos alios ius hmōi po-
teſtatis ⁊ ad oīs eccleſie ꝑncipes huius de-
creti cōſtitutio cōmeauit. Tertio auctoritate
Rabani qui in glo. Mat.xvi.ita dicit. Cuius
ſoli petro hec poteſtas data videatur.ceteris
tamen apoſtolis dat̄. Conſequēter prefatam
ſuppoſitionē verificare nitunt̄ ex illo Jo.vlt.
vbi dictū legit̄ petro. Paſce oues meas. Qđ
verbum ad oīs etiaʒ dictū eſſe ꝓbant ꝑ btm̄
Auguſtinū qui in lib.de agone xp̄iano ita dic̄
Non ei ſine cauſa inter apoſtolos eccleſie ca-
tholice pſonam ſuſtinet petrus:huic em̄ eccle
ſie claues date ſunt cū petro date ſunt. ⁊ cum
ei dicit̄ ad omnes dicit̄. amas me paſce oues
meas. Item ad idem videt̄ eſſe beatus Am-
broſius in ꝑncipio paſtoral̄ ſui ita dicēſ. A do
mino d̄r petro. Petre amas me? ⁊ ille.tu ſcis
q̄r amo te.⁊ cū reſponſio fuiſſet ſubſecuta re-
petitum eſt a dn̄o:paſce oues meas.q̄s oues ⁊
quem gregē nō ſolū tunc ſuſcepit beatus pe-
trus ſed ⁊ nobiſcū eas ſuſcepit ⁊ nos cuʒ illo
Tertia ſuppō improbāda infra. c. lxxv. eas ſuſcepimus oīs. Tertia ſuppoſitio ꝙ
omnia dicta petro ad ptātem expectātia ſint
ei dicta in figura eccleſie.i.in nomine ſiue in
pſona eccleſie. Ad quā ſuppoſitionē ꝓbandā
inducūt multa dicta Aug.qm̄ ipe ſolus videt̄
Pria auctoritas vſus hoc modo loquēdi. Et in ꝑmis inducūt
illud quod Augu.dicit ſup Joh.⁊ habet̄ in.c.
quodcūqꝫ.xxiij.q.i.vbi ita dicit. Quodcunqꝫ
ligaueris ſup terraʒ erit ligatū ⁊ in celis: ſi h
tm̄ petro dictū eſt nō hoc facit eccleſia. ſi aūt
in eccleſia ſit vtiqꝫ que in terra ligantur et in
celo ⁊ que ſoluunt̄ in terra ſoluta ſunt ⁊ in ce
lis.ſi ergo hoc in eccleſia ſit petrus quādo cla
ues accepit eccl̄iam ſanctaʒ ſignificauit.vbi
Archidyaconus exponit.i.ſub ſigno ⁊ nomi-
ne eccleſie petrus claues accepit. Secūdo

ad idem inducūt illud Aug.in ſmone quodā
apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli ſic dicētis. Dominus
ieſus diſcipulos ſuos ante paſſionem ſuam ſi
cut noſtis elegit quos fratres appellauit:int̄
hos pene vbiqꝫ petrus ſolus totius eccl̄ie ge
ſtabat pſonam:⁊ ꝓpterea audire meruit.tibi
dabo claues regni celorū. has em̄ claues non
ipe vt hō vn⁹ ſ; vnitas accepit eccl̄ie.hic ergo
petri excellētia ꝑdicat̄:quia ipſius vnitat̄ et
vniuerſalis eccl̄ie curam geſſit qn̄ ei dictū eſt
tibi dabo claues regni celoꝝ quod oīb⁹ tra
ditum eſt. nam vt noueritꝭ eccl̄iam recepiſſe
claues regni celoꝝ audite in alio loco q̄d do-
minus dicat oīibus apoſtolis. accipite ſpm̄
ſanctū.⁊ cōtinuo ſubiūgit.ſi cui remiſeritꝭ pec
cata remittunt̄ ei:ſicui tenueritis tenebūtur.
hoc ad claues ptinet de quib⁹ dictum eſt:que
ſolueritis in terra ſoluta erunt in celis:et que
ligaueritis in terra ligata erūt in celo. Ter Tertia
tio inducūt illud Augu.in lib.v.de vnico ba
ptiſmo dum inquit. Sicut miſit me pat̄ ⁊ ego
mitto vos.hoc cū dixiſſet ſpirauit et ait illis.
Accipite ſpm̄ ſanctū cui remiſeritis ⁊c. ergo
ſi pſonam eccleſie omnes gerebāt apoſtoli ⁊
ſic eis hoc dictum eſt tanꝙ ipſi eccleſie dice-
retur pax eccleſie dimittit peccata ⁊ ab eccle
ſie pace alienatio tenet peccata nō ſm arbi-
triuʒ hominū ſed ſm arbitriū dei. Quarto Quarta auc.
inducūt illud Aug. ſup Joh. ſermone.cxxiiij.
vbi de eccleſia loquēs ita ait. Huius eccleſie
petrus apoſtolus ꝓpter apoſtolatus ſui ꝑma
tum gerebat figurata generalitate pſonam:
ꝙtum vero ad ipm̄ ꝓprie ptinet natura vnus
homo erat gratia vnus xp̄ianus abūdātiore
gratia vnus idemqꝫ ꝑmus apoſtolus. ſed qn̄
ei dictum eſt.tibi dabo claues regni celorum
et quodcūqꝫ ligaueris ſup terrā ⁊c. vniuerſaʒ
ſignificat eccl̄iam que in hoc ſeculo diuerſis
tētationibus quatit̄. Quarta ſuppō eſt ꝙ Quarta ſuppō iprobabit.c.
que dicunt̄ apud ſanctos doctores eſſe in vni
uerſali eccleſia aut vniuerſali eccleſie data in
telligunt̄ data vniuerſali eccleſie vt vniuerſi
tati ſiue omnibus membris eius coniunctim
Quam ſuppoſitionē veram eſſe credūt: q̄r no
men eccleſie eſt nomen collectiuū: ⁊ q̄r ſignū
vniuerſale videt̄ diſtribuere ꝓ omnib⁹. Qua
ſuppoſitione pſuppoſita ꝓ cōcluſione eorum
inducūt multas auctoritates ſanctoꝝ patrū.
In primis eſt illa hieronymi in capi. omnib⁹ Auctoritas p.
xxiij.q.i.vbi dicit ſic. Omnibus conſideratis
puto me non temere dicere aliquos ita eſſe in
domo dei vt ipſi ſint eadeʒ domus dei que di
citur edificari ſupra petram. Et poſt pauca.
Que domus etiam claues accepit atqꝫ pote-
ſtatem ſoluendi ⁊ ligādi. Secundo inducunt Secunda

illud Augu. de doctrina xpiana vbi ita dicit. Eſt eccſia corpus xpi ſicut apoſtolica doctrina commēdat que corpus etiā dr. Et ſequitur infra. Has ergo claues dedit eccſie ſue vt que ſolueret in terra eſſent ſoluta ⁊ in celo: ⁊ que ligaret in terra ligata eſſent in celo vt quiſqȝ in eccſia eius peccata dimitti nō crederet nō ei dimitterent. Tertio inducūt illā auctoritatem Aug. ſup canonicā Joh. homelia. x. ita dicētis. Ubi fit remiſſio peccatoꝝ ibi ē eccleſia. quomodo eccſia? Illi em̄ date ſunt claues regni celoꝝ vt que ſolueret in terra eſſent ſoluta in celis. et que ligaret in terra eſſent ligata in celis. Quarto inducūt illud extra de ſumma trini. ⁊ fi. ca. in. c. firmiter. vbi dicit ꝙ ſacramentū eucharistie nemo poteſt cōficere niſi ſacerdos qui fuerit ordinatus ſm claues eccſie: non dicit petri (inquiūt) nec conceſſe petro ac per eum alijs: ſed apoſtolis ac eorum ſucceſſoribus. vnde Joh. an. in gl. dicit. ꝙ nō ſoli petro claues cōceſſit ſed ⁊ ceteris apſis.

Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

Quinto inducūt illud Actuū. xx. Attendite vobis et vniuerſo gregi in quo poſuit vos ſpūſſanctus epōs regere eccſiam dei quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Sexto inducūt illō quod habet in prefatione quā in celebritate ſingulorum apoſtoloꝝ cantat eccſia. Gregeȝ tuum paſtor eterne nō deſeras: ſed p beatos apoſtolos cōtinua ꝓtectione cuſtodias quos operis tui vicarios eideȝ cōtuliſti ꝑeſſe paſtores. Quinta ſuppoſitio eoꝝ eſt ꝙ nunꝙ legitur aliꝙ poteſtas data petro niſi ſimul cum alijs apoſtolis. Probāt hanc ſuppoſitioneȝ ſic. quoniā ſi de cōceſſione poteſtatis ꝓmiſſe petro querat nō reperit alius locus aptior ꝙ ille. Matth. xviij. Quecūqȝ alligaueritis. vñ videt ꝙ ꝓmiſſio illa: tibi dabo claues ⁊c. debeat intelligi ꝓut declarāt verba cōceſſiōis. ſed illa nō ad ſolam pſonaȝ petri ſed ad eccleſiam dirigunt ꝑncipaliter: cum dicit. Amen amen dico vobis. quecūqȝ alligaueritis ſuper terram ⁊c. ex qua auctoritate dicūt aliqui ad uerſariorum notari aliqua. Primuȝ ꝙ claues regni celorum. de quibus dixerat Mat. xvi. Tibi dabo ⁊c. hic eccſie ſunt conceſſe cum eadem verba ſub quib9 facta eſt ꝓmiſſio hic exꝑmant: nec in toto ſacro canone biblie reperitur locus alius vbi expreſſius legat ꝙ poteſtas clauiū ſit data petro aut eccſie ſub eiſdeȝ verbis quibus promiſſa fuit. Secundo notatur ꝙ conceſſio iſta ſit in omni ſtabilitate firmata: quia additur verbum iuramenti vel aſſertionis: amen. Tertio ꝙ in verbis intelligit poteſtas conceſſa eccleſie non limitate et in certis caſib9 ſed in omni plenitudine: quod ꝓ

Quinta ſuppō is probāda. c. lxxvij

Probatio

bare nituntur ex ſignis vniuerſalitatis: quecunqȝ alligaueritis ⁊ quecūqȝ abſolueritis: ſic arguēdo. Si ex illo verbo quodcūqȝ ligaueris ſuper terram: notat in petro plenitudo poteſtatis illimitate. ergo parit ex alijs verbis notabit plenitudo poteſtatis in eccleſia cū non ſit minoris cōtinentie quecūqȝ ꝙ quodcunqȝ. ergo nō ſolū in Ro. pon. reſidet plenitudo poteſtatis ſed etiam in ipſa vniuerſali eccleſia.

Sexta ſuppoſitio eoꝝ eſt ꝙ ſicut deus cuilibet creature cui dedit certam periodū qua determinat ꝙdiu poſſet viuere vel durare dedit ꝓpriam virtutem innatam ⁊ intrinſecam qua poſſit ſe in ſuo eſſe ꝯſeruare ⁊ ꝯtra deſtructionem ſui aduerſantib9 reſiſtere: ita eccleſie quam voluit vſqȝ in finem ſeculi durare dedit virtutē ⁊ poteſtatem qua ſe in ſuo eſſe poſſet cōſeruare ⁊ poteſtatem qua poſſet ſe regere ⁊ poteſtatē qua aduerſantibus ſiue conātibus ad ſui deſtructioneȝ reſiſtere. Patet (inquiunt) hoc ex euidētia terminoꝝ: imo a fortiori cū xps ipſam eccleſiaȝ plus alijs diligat. Hoc etiam videt notari inquiunt in verbis de eccleſia dictis in ſua fundatione ⁊c. cū em̄ dixiſſet ſup ſe petram edificare eccleſiā ſubiungit ſtatim. Et porte inferi nō preualebunt aduerſus eam. Ex hoc etiam aiunt dr in Cant. de eccleſia: ꝙ eſt pfecta terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. quō aūt inquiūt eſſet perfecta in ſe ⁊ terribilis ſi ad conſeruandū ſe ⁊ tuendum nō haberet in terra virtutem ac poteſtatē: ſed oporteret ab extrinſeco ſubſidiū queritare. nā ſi eccleſia ex ſe auctoritatē nō haberet ſe ꝯſeruandi: tunc pro tēpore quo eccleſia ſine papa eſſet aut ipſe nollet eā tueri nō poſſet ſe in eſſe conſeruare: qō nemo ſane mētis aſſereret. Habet ergo eccleſia virtuteȝ a xpo fundatore eo ipſo ꝙ fundata eſt ad ſe conſeruandū in ſuo eſſe: nec per creationē pape eam perdit: qꝛ principia eſſendi ⁊ conſeruādi intrinſeca ſunt cuilibet rei. ſicut ergo eccleſia ꝓpter creationeȝ pape nō deficit a virtute eſſendi: ita nec a virtute ⁊ poteſtate ſe regendi ⁊ ꝯſeruandi in ſuo eſſe. Poſtea vero declarantes que ſit iſta virtus ⁊ poteſtas ſe tuendi: dicunt ꝙ eſt cōis ſententia doctoꝝ: ꝙ eſt poteſtas clauium videlȝ ſcientia diſcernendi ⁊ potentia iudicādi ligādi ⁊ ſoluendi. Ex hac ſuppoſitione arguūt cōcludendo: ꝙ poteſtas clauium ⁊ eiuſdem poteſtatis plenitudo ſit data ipſi cōmunitati ſiue corpori vniuerſitatis eccleſie. Septima ſuppoſitio eſt ꝙ plenitudo poteſtatis ſemper debet manere in eccleſia: qꝛ alr̄s nō videretur eccleſie ſufficiēter prouiſum: ſed in papa non poteſt ſemper manere: vt patet: cum ipſe nō ſem

Sexte ſuppōnis cui reſpōdebitur ca. lxxviij.

Prima pars

Secunda pars

Probatio pma

Secunda

Tertia

Tertia pars

Quarta pars

Quinta pars

Septima ſuppō de qua. c. lxxix.

per maneat: ergo oportet dicere ꝙ maneat in
Cōfirmatio eccleſia. Confirmatᷣ hoc ab alijs dicētibus: ꝙ
queādmodū regimen ciuitatis cōſiſtit penes
congregationē ciuium vel ipſius congregati
onis partem valentiorē vt dicūt haberi ex ſē
tentia Ariſto. iij. polit. c. viij. Et conformiter
dicendū eſt ꝙ regimē orbis penes congrega⸗
tionem hoīm totius orbis vel ipſius partem
valentiorē conſiſtat: ita regimen vniuerſalis
eccleſie vacāte papatu penes ipām vniuerſa
lem eccleſiam que repn̄tatᷣ ꝑ concilium gene⸗
rale: ⁊ ipo concilio cōgregato conſiſtit penes
ipſius concilij partem valentiorē. Ex his om
nibus cōcludūt ꝙ ptātis plenitudo non tātū
apud romanū pontificē reſideat ſed etiā apđ
vlem eccl'iam. ⁊ multo ꝓncipalius: vtpote q̄a
in ea eſt immobiliter ⁊ indefectibilitᷣ. Unde
ad auctoritates ſanctoꝝ dicētiū ꝙ ſoli petro
data ſit a xp̄o plenitudo ptātis: aut ꝙ ſolꝰ ro⸗
manus pōtifex ſit vocatus in plenitudinē po
teſtatis. rn̄dent ꝙ ꝑ ly ſolus fit excluſio inferi
orum ſiue particlariū ꝑſonarū: non autē ipſi⸗
us cōmunitatis eccleſie. ⁊ etiā ꝙ ly nullus nō
diſtribuat pro cōmunitate ſed pro ſingulari⸗
bus perſonis.

Cap. lxxi. In quo impugnatᷣ prefata cōcluſio aduer
ſariorum dicentiū ꝙ in alio q̄ȝ in romano pōtifice reſi
deat plenitudo ptātis in eccleſia.

Cap. LXXI

Q Voniaȝ princi
palis ⁊ quaſi fundamētalis pū
ctus huiꝰ materie eſt intelligere
qualiter poteſtas clauium data
ſit eccleſie ſiue qualiter ſit in eccl'ia: ideo nos
ꝓ ampliori illuſtratione huius materie ⁊ veri
tatis quā de apoſtolico ꝓncipatu vt ſupra tā
auctībus ſanctoꝝ q̄ȝ rōnibus firmauimꝰ talē
Quattuor principalia cōtinue deducenda ordinē tenebimus. In ꝓmis in hoc. c. poſitis
quibuſdā notabilibus impugnabimꝰ moduȝ
aduerſarioꝝ ponēdi in eccleſia vniuerſali po
teſtatem clauiū ⁊ ꝑ conſequēs plenitudinem
ptātis. Secūdo impugnabimus reſpōſiones
datas aduerſarioꝝ ad auctes ſanctoꝝ patruȝ
inductas ꝓ cōcluſiōe noſtra. Tertio in ſequē⸗
ti. c. explicabitᷣ modus verꝰ ⁊ catholicus quo
poteſtas clauiū ſit data vniuerſali eccl'ie ſiue
ſit in eccl'ia. Quarto ꝑ diuerſa capitula ſequē
tia ꝓ pleniori danda reſpōſione reſpōdebitur
Circa primū principale ad obiecta aduerſarioꝝ. Circa primum in
ꝓmis eſt conſiderandū ꝙ de eccl'ia que đr cla
ues recepiſſe poteſt eſſe ſmo duplex. Aut em̄
capitᷣ ibi eccl'ia in ſua vniuerſalitate ꝓut. ſ. đr
vniuerſitas ſiue collectio omniū fideliū gene
raliter ꝓut in. c. eccleſia. de conſe. di. i. Aut ca
pitᷣ ibi ſub minori vniuerſalitate. ſcȝ ꝓ vniuer
ſitate tm̄ omniū clericorum ſiue ſacerdotū vt
alij volūt. Scđo eſt notandū: ꝙ ptās clauium
eſt duplex vt in primo lib. diſtinximꝰ: videlicȝ
ptās ordinis q̄ ꝓprie ⁊ imediate vt dicunt do
ctores đr clauis regni celoꝝ: q: imediate extē⸗
dit ſe ad ipſum celū remouendo impedimēta
introitus in celum ꝑ dimiſſionē peccati: vt ſā
ctus Tho. dicit in. iiij. di. xix. in. i. ar. Alia ē po⸗
teſtas iuriſdictionis: ⁊ hec eſt duplex. q̄daȝ in
foro ꝯſciētie. alia in foro exterioris iudicij ſiue
cauſarū. Tertio notandū ꝙ de plenitudine
ptātis poſſumꝰ loq̄ dupliciť. Uno modo ꝓut
plenitudo ptātis includit tam ptāteȝ ordinis
q̄ȝ poteſtatē iuriſdictionis. Alio modo ꝓut ſo
lum includit ptātem iuriſdictionis. Quarto
eſt notandū: ꝙ licet aliqua ſil'itudo ſit corpis
myſtici eccleſie ad corpus naturale hoīs: vide
licet in multitudine membroꝝ ⁊ aliquali vnio
ne eoꝝ adinuicē ⁊ in officioꝝ diuerſitate iuxta
illud Apl'i ad Ro. xij. Sicut in vno corpe mul
ta membra habemus. oīa aūt membra nō eun
dem actum habēt: ita multi ſumꝰ vnū corpus
in xp̄o ſinguli aūt alter alterius mēbra. nihilo
minus multiplex eſt differentia ⁊ diſſil'itudo.
Una quidē eſt vt dicit ſanctꝰ Tho. in. iij. pte:
ꝙ mēbra oīa corporis naturalis ſunt oīa ſimꝉ:
mēbra aūt corporis myſtici nō ſunt oīa ſimul:
nec quantū ad eſſe nature: q: corpꝰ eccleſie cō
ſtituitᷣ ex hominibꝰ qui fuerūt a principio mū
di vſq; in finem eius: nec quantū ad eſſe gra⸗
tie: q: etiam eoꝝ qui ſunt vno tpe quidam gra
tia carent alijs eā iam habētibꝰ. Secūda diffe
rētia eſt: q: mēbra corporis humani conſtituūt
aliquod vnū numero reale totū: quod ſubiecti
ue in ſe toto capax eſt alicuiꝰ forme aut quali⸗
tatis ſiue influxus realis qđ eſt ipſum corpus
humanū. nō autem ſic membra que dicuntᷣ cor
pis myſtici: qm̄ licet fideles fide ſpe ⁊ charita
te vt dicit Aug. vniantᷣ: tn̄ cum diſtinguātur
ꝑſonis ⁊ locis nō dicūtur ꝯſtituere aliqđ rea⸗
le vnū numero totum qđ ſubiectiue in ſe toto
capax ſit alicuiꝰ forme aut qualitatis aut īflu⸗
xus alicuiꝰ effectus realis. vnde qn̄ eccleſia đr
vna vnitate fidei ſpei ⁊ charitatis nō eſt ītel⸗
ligendū ꝙ vnus numero habitꝰ fidei vnꝰ nūe
ro habitꝰ ſpei ⁊ vnꝰ numero habitus charitatꝭ
in toto ipſo corpe ſit: qm̄ ipſum corpus eccl'ie
nō poteſt eſſe taliū formarū ſubiectū. vnde eti
am iuriſte dicūt ꝙ vniuerſitas nō habet aīaȝ
glo. ſuꝑ ca. romana. §. in vniuerſitatē. ſed ſunt
tot numero habitus diſtincti virtutum fidei
ſpei ⁊ charitatis quot nūero ſunt fideles. Nō
ergo đr: vna fides eccleſie vna ſpes vna chari
tas: nō accipitᷣ vnitas ex parte vnius ſubiecti
nūero earū q: nullū tale eſt: ſꝫ ex pte obiecti: q:
videlicet oēs fideles q̄ nūero ⁊ merito ſunt in

eccleſie corpore idem credunt: idem ſperant: idem amant. ſic dicit ſanctus Tho. in. iiij. diſt. xiiij. Per hanc plane cōſideratiōnē euaneſcūt multe fantaſie aduerſarioꝝ nouelloꝝ magroꝝ atqꝫ doctorum canoniſtarū ſicut videbit̄ īfra

Contra cōcluſionē aduerſariorum

Quibus notatis reſtat oſtēdere ꝙ poſitio aduerſarioꝝ falſa ſit: quod vt plenius fiat ponemus aliquas cōcluſiones quas ꝓbādo improbabimus poſitionē ad plenū aduerſarioꝝ.

Cōcluſio prima autoris

Prima cōcluſio ſit iſta. Poteſtas clauium ordinis que ꝓprie dr̄ clauis celi. quia ea ſit remiſſio peccatoꝝ nō eſt data toti corpori eccleſie ſicut ſingulis eius mēbris data ſit. Probatur iſta cōcluſio. Primo auctoritate bti Ambro. lib. de peni. ⁊ habet̄ a magiſtro ſniarū in iiij. di. xix. ⁊ a magiſtro Gratiano de pe. di. i. §. nemo ita dicētis. Jus ligandi ⁊ ſoluēdi ſolis ſacerdotibus ꝑmiſſum eſt. Patet etiam ex eo ꝙ olim ſoli ſacerdotes iudicabāt inter lepraꝫ et nō lepram. vnde Matth. viij. dn̄s inq̄t leproſo. Uade oſ̄nde te ſacerdotibus. ⁊ Lu. xvij. vbi inq̄t etiā decem leproſis. Jte oſ̄ndite vos ſacerdotibus. vbi dicit gl. interli. Qui erant figura ſacerdotij futuri in eccl̄ia. Item patet ex eo ꝙ dn̄s nō niſi apoſtolis ſacerdotibꝰ iam cōſtitutis ait Joh. xx. Quoꝝ remiſeritis peccata remittunt̄ eis. Rōne ſic ꝓbat̄ iuxta ſctm̄ Tho. et Albertū magnū. Gratia q̄ in ſacmētꝫ datur a capite in mēbra deſcēdit. ergo ſolꝰ eſt miniſter ſacramētoꝝ in q̄bus gratia datur q̄ habet miniſteriū ſup corpus xp̄i verum: ſed h̄ eſt ſolius ſacerdotis qui ꝯſecrare eucariſtiā poteſt. ergo ſolus ſacerdos eſt miniſter ſacramenti penitētie ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſolus ip̄e habet poteſtatem ligādi ⁊ ſoluēdi a peccat̄. Non enim eſt opus ad hanc cōcluſionē inducere plures ꝓbationes: qm̄ ita nota eſt ꝙ oppoſitū eiꝰ nō tam eſt hereticū habitū ⁊ cōdēnatū in reprobatione erroꝝ valdeſ̄. qui dicebant om̄s bonos hoīes habere ptātem clauiū ꝙ̄ deriſoriū.

Scd̄a cōcluſio

Secūda cōcluſio. Poteſtas clauiū ordis id eſt ptās ligādi ⁊ ſoluēdi a peccat̄ nō eſt data vniuerſali eccleſie vt vniuerſitati ſiue omnibus eius mēbris cōiunctim. Probatur iſta cōcluſio ex p̄cedentibꝰ ſic. Predicta poteſtas clauium ſolis ſacerdotibus cōuenit. ergo nō cōuenit cōmunitati eccl̄ie vt vniuerſitati ſiue in omnibus mēbris ſuis. ꝯn̄tia patet: quia quod vni ſoli parti vniuerſitat̄ cōuenit nō poteſt dici cōuenire toti vniuerſitati in omnibꝰ mēbris ſuis. Secūdo ſic. Ptās p̄dicta datur in cōſecratione ſacerdotij. vnde cū ordināt̄ur ſacerdotes dicunt̄ eis illa v̄ba que dn̄s dixit aplis. Joh. xx. Accipite ſpm̄ ſctm̄: quoꝝ remiſeritis pctā remittunt̄ eis: ſ̄ cōitas eccl̄ie nō cōſecrat̄ nec inſignit̄ ſacerdotio. ergo nō pōt dici ꝙ vniuerſali eccl̄ie vt vniuerſitati ſint date claues ordinis ſiue poteſtas ligādi ⁊ ſoluēdi a peccatis. Tertio ſic. Nulla vniuerſitas pōt dici cum veritate habere perfecte aut plene aliquā ptātē in cuiꝰ exercitiū nunq̄ ꝑ ſe poteſt exire. Iſtud aſſumptū patet: qm̄ vt inquit Ariſto. de ſomno ⁊ vigilia: cuiꝰ eſt potētia eiꝰ eſt actus. ſed tota cōitas eccleſie nō poteſt exire in actum poteſtatis ligandi ⁊ ſoluēdi a peccatis. Tum qꝛ ſolus ſacerdos eſt miniſter ſacri penitentie: vt in. c. oīs vtriuſqꝫ ſexus. extra de pe. ⁊ remiſ. Tum qꝛ actiones ſuppoſitoꝝ ſunt. ergo concluſio vera. Qd̄ aūt dicit̄ a quibuſdā aduerſarijs: ꝙ licet eccleſia vniuerſalis nō habeat exercitium poteſtatis clauiū abſoluēdo aliquē a peccatis: poteſt tn̄ mandare ꝙ fiat ꝑ aliquē ſacerdotem. nihil valet: qm̄ ex hoc cum ſit imperatiue facere nō elicitiue nō arguitur ꝙ cōitas ipſa haberet poteſtatē ſicut nec ptātem conſecrandi ex hoc ꝙ mandaret alicui celebrare: ſicut nec electus aut archidyaconꝰ nōdum in ſacerdotio cōſtituti: licet poſſint mandare alicui ſacerdoti abſoluere aliquē a peccatis nō propter hoc dicerentur habere poteſtatē clauium de qua loquimur. Non eſt aūt opꝰ hic multiplicare argumēta: qꝛ cōcluſio clariſſima eſt apud theologos. vn̄ Albertꝰ magnꝰ ſanctꝰ Tho. ⁊ dn̄s Bonauēt. in. iiij. di. xix. querentes: vtrū ſoli ſacerdotes habeāt claues: nō ſolū dicūt ꝙ ſoli ſacerdotes habeāt claues qd̄ diximꝰ in prima ꝯcluſione: ſ̄ etiā ꝙ nō ſit poſſibile ꝙ cōueniāt alicui cōitati qd̄ dic̄ iſta ſcd̄a ꝯcluſio nr̄a. Pro hac etiā ꝯcluſione in p̄mo libro aliq̄s rōes induximꝰ. Ex iſtis duabꝰ ꝯcluſionibꝰ ſequūtur aliq̄ correlaria.

Primū correla.

Primū eſt ꝙ predicta ptās clauiū nec ſubiectiue nec formaliter nec radicaliter nec fundamentaliter vt oībus verbis vtamur aduerſarioꝝ pōt eſſe in eccleſia vl̄i nec in vniuerſitate clericoꝝ aut collegio ſacerdotū in quodā ſubiecto cōi. ptꝫ correlariū manifeſte ex dictis.

Secundum

Scd̄m correlariū eſt: ꝙ oēs auc̄tes ſacre ſcripture q̄ de ptāte clauiū ordinis q̄ dr̄ ptās ligandi ⁊ ſoluēdi a peccatis loquūtur: nō pn̄t veraciter exponi de vl̄i eccleſia pro oībus ſuis mēbris ſiue diuiſim: ſiue cōiunctim nec de aliqua alia quacūqꝫ cōitate minꝰ vl̄i. Patet correlariū ex prefatis ꝯcluſionibꝰ: ⁊ per ꝯn̄s nō pōt de eccleſia vniuerſali exponi predicto modo auc̄tas illa Jo. xx. Quoꝝ remiſeritis peccata remittātur eis: cū loquatur de ptāte prefata ordinis. Qd̄ pꝫ: Tum ex glo. interli. que ita hꝫ. i. quos dignos remiſſione iudicaueritis: duabꝰ videlꝫ clauibꝰ ſcꝫ ptātis ⁊ diſcretionis: dimittētur eis. Tum

ex eo ꝙ hm̄oi verba oībus ſacerdotib⁹ dicun
tur dum ab epīs ordinant̄: qbus tamē oībus
Tertium nō cōmittit̄ aliqua ptās iuriſdictiōis. Ter
tiuꝫ corrolariū eſt ꝙ auctēs ſanctoꝝ dicentiū
ꝙ petrus in figura eccl̄ie ſuſceperit hm̄oi po
teſtateꝫ clauiū impoſſibile eſt eas intelligi cū
veritate ad intellectū aduerſarioꝝ ſepe dictū
Quartum pꝫ ex dictis. Quartū correlariū eſt: ꝙ plenitu
do poteſtatis eccl̄iaſtice vt includit ptātem
clauiū ordinis nō poteſt eē in eccl̄ia vl̄i ad in
tellectū dictum aduerſarioꝝ pꝫ ex ſupiorib⁹.

Tertia cōcluſio Tertia cōcluſio. Ptās clauiū iuriſdictōis
eccl̄iaſtice ſiue in foro ꝯſcie ſiue exterioris iu
dicij: nō eſt ſic data vniuerſali eccl̄ie ꝙ ſingu
lis eius mēbris ſit data vt ſingulis. Iſta con
cluſio licet ꝑ ſe nota videat̄: nihilominus ꝓ
batur ſic. Inter eccl̄ie mēbra omnes fideles
tam clerici ꝙ laici: tam viri ꝙ femine includū
tur. Unde apl̄s ad Gal. iij. Quicūqꝫ enim in
xp̄o baptizati eſtis xp̄m induiſtis. Et ait Au
guſtinus ad Bonifaciū. 7 ponit̄ in. c. nulli. de
conſe. di. iiij. in baptiſmate q̄ſqꝫ efficit̄ mēbrū
xp̄i. ſed nō oībus fidelibus eſt data ptās cla
uium iuriſdictionis ſpūalis: patet quia nō fe
minis nec laicis nec clericis omnibus etiā ſa
Quarta cōcluſio cerdotibus vt patꝫ. g̃ cōcluſio vera. Quar
ta cōcluſio. Poteſtas iuriſdictionis eccleſia
ſtice nō eſt data toti eccl̄ie vt vniuerſitati ſi
ue omnibus mēbris eccl̄ie ſimul iūctis. Pro
batur iſta cōcluſio ex ꝓcedēti ſic. Nulla pote
ſtas pōt conuenire alicui vniuerſitati ſiue in
omnibus mēbris eius ſimul ad quā eſt inha
bilis magna ps illius vniuerſitatis. ſed ad po
teſtateꝫ iuriſdictionis eccl̄iaſtice ſiue in foro
conſcie ſiue exterioris iudicij magna pars vni
uerſitatis eccl̄ie eſt inhabilis nec eſt capax il
lius. ergo talis ptās nō poteſt dici conuenire
vniuerſitati eccl̄ie vt ſic. ꝯſequentia eſt bona
maior etiaꝫ nota. 7 poteſt colligi ex. c. cum di
lectus. extra de conſue. 7. c. conſtitut̄. extra de
appel. minor vero patet. Tum ex concluſione
ꝓcedenti. Tum quia cum eccleſia vt inqt Be
da in glo. ſup Luc. 7 etiā dicit hugo de ſācto
victore. lib. de ſacramētis parte. ij. duos com
plectat̄ ordines. ſ. laicos 7 clericos quaſi duo
latera corpis vnius: maior pars. ſ. laicoruꝫ eſt
inhabilis ſiue incapax iuriſdictionis eccleſia
ſtice. vnde in. c. bene quidē. di. xcvi. tota ſyno
dus ꝓteſtat̄ ꝙ laicis pſonis nulla facultas da
ta eſt de diſponēdis eccl̄iaſticis officijs. ideꝫ
in. c. ſequēti. Patet etiaꝫ hoc manifeſtius de
mulieribus que quātacūqꝫ polleāt ſanctitate
inhabiles ſunt ad claues recipiendas. mulier
em̄ nō eſt ſubiectū idoneū ꝓncipatus ſed ma
gis ſubiectionis. Quobrem dicit Apoſtolus
i. ad Corin. xiiij. Mulieres in eccleſia taceāt
nō enim ꝑmittitur glo. ab aliqua aucte eas lo
qui ſed ſubditas eſſe. Etiā dicit in polit̄. Ph̄s
ꝙ corruptio vrbanitatis eſt cum regimen ſiue
dominiū ad mulierē ꝑuenerit. nō videt̄ aūt in
telligibile ꝙ ptās clauium ſit data eccleſie vt
vniuerſitati ſiue in omnibus mēbris eius: 7 ꝙ
excludātur a participatōne predicte poteſta
tis fideles laici viri 7 mulieres q̄ ſunt nō mo
do vera mēbra corporis xp̄i quod eſt eccleſia: ſ
etiam in maiori numero ſiue maior pars. Se
cūdo ꝓbatur ſic prefata ꝯcluſio. In qualibet
vniuerſitate cui data ē aliqua ptās vt vniuer
uerſitati: oēs de illa vniuerſitate equaliter ſe
habent ad ius illius ptātis. patet: qr canonici
oēs equaliter ſe habēt in actu cuiuſlibet pote
ſtatis quā habēt vt collegiuꝫ. ſed nō oēs fide
les imo nec oēs clerici imo nec oēs ſacerdotes
qui includūtur intra ambitū corporis eccleſie
eq̄lr̄ ſe hn̄t ad ius ptāt̄ clauiū vt pꝫ manifeſte
qm̄ al̄s nō fuiſſet diſtinctio ptātis iter apoſto
los nec fuiſſet diſtinctio inter ſacerdotes ma
iores 7 minores nec petr⁹ fuiſſet magis caput
eccleſie ꝙ aliquis ceteroꝝ. Que oīa nedū fal
ſa ſunt ſed etiam tanꝙ heretica ꝑ eccleſiā cō
dēnata. ergo ſequitur ꝙ vniuerſali eccleſie vt
tali id eſt vt in omnib⁹ mēbris ſuis ſimul non
ſit data poteſtas talis clauiū a xp̄o. ꝯña eſt bo
na 7 formalis. Tertio ſic. Q̄ncunqꝫ alicui vni
uerſitati in cōmuni vt vniuerſitati ē data ali
qua poteſtas ſiue aliqua clauſula nō pn̄t qui
cūqꝫ ill⁹ vniuerſitatis exire in actū ſiue in exe
cutionē ptātis niſi ſimul oībus ꝯcurrentibus
aut ſaltē vocatis aut nullo contēpto ex oībus
illius vniuerſitatis mēbris. hoc videt̄ manife
ſtum vt colligit̄ ex. c. qr ꝓpter: 7. c. coram. ex̄ de
elec. ſed ſi vniuerſali eccleſie in cōmuni vt vni
uerſitati data eſſet poteſtas clauiū iuriſdictio
nis ſeq̄ret̄ ꝙ nec papa nec eccl̄ie p̄lati poſſint
exire in actum ſiue exercitiū eiuſdē poteſtatis
niſi ad min⁹ conuocatis oībus fidelibus tam
laicis ꝙ clericis. ſed hoc eſt falſuꝫ vt patet: cū
hoc nō obſeruetur in eccleſia nec etiam ad vni
uerſalia concilia oēs fideles vocātur nec oēs
clerici nec etiam oēs ſacerdotes: nec tñ repu
tātur contēpti ſi nō vocātur. nec etiam papa
requirit quorūcunqꝫ conſenſum ad executōeꝫ
poteſtatis ſibi date nec etiā alij prelati. ergo
falſum eſt ꝙ toti eccleſie in cōmuni aut toti
collegio clericoꝝ aut ſacerdotum data ſit po
teſtas clauiū vt vniuerſitati. Quarto ſic. Q̄n
cunqꝫ oībus mēbris alicuius vniuerſitatis eſt
data ptās aliqua vt vniuerſitati: cū oēs ad ius
ptātis equaliter ſe habeāt regulariter: maior
pars cōitatis ꝓponit̄ minori in iudicio. Arg.

ex.c.quia ꝓpter.extra de elec.⁊.c.cū in cūctis
extra de his que fiunt a maio.par.c. ſi ḡ corpo
ri vniuerſalis eccľie data eſſet ptās clauium
hmōi aut collegio oīm clericoꝝ ſiue ſacerdo-
tum in cōmuni:ſequeret̄ ꝙ ad maiorē partem
huius vniuerſitatis que eſt pars laicoꝝ vel
ad minores ſacerdotes ſeu clericos q̄ ſunt ma
ior pars collegij eoꝝ:tandem poſſet deuolui
regimen ⁊ ptās iudicij totius eccleſie quod ē
abſurdum iuxta.c.cū inferior.⁊.c.deniq̃.di.
Quinta cōcluſio xxi. Quinta cōcluſio. Plenitudo poteſtatꝭ
clauiū iuriſdictiōis nō eſt data vniuerſali ec-
cleſie vt vniuerſitati ſiue in omnibus ei⁹ mē-
bris coiunctim. Hec concluſio licet pateat ex
ꝓcedenti:quia ꝓbato ꝙ eccleſie vniuerſali vt
cōmunitati nō ſit data ptās clauiū: probatū
relinquit̄ ꝙ nec plenitudo poteſtatis clauiū
illo modo ſit data illi: nihilominus probatur
multiplr̄. Primo ſic. Regimen eccľie ē a deo
inſtitutū monarchicū ſicut ſupra ſepe ꝓbatū
eſt.patet:qm̄ hoc regimē eſt nobilius reputa-
tum tam a phīs vt pꝫ.viij. Ethi.⁊.iij.poliť.ꝙ
a theologis.⁊ credēdū eſt ꝙ deus inſtituerit
regimē eccleſie ſue in nobiliori ſpecie regimi
nis:ſed in principatu monarchico plenitudo
poteſtatis nō eſt apud oms ſiue apud cōmu-
nitatem ſicut eſt in regimine politico ꝫ ſoluꝫ
apud vnū.ſ.apud ꝑncipem qui ſolus ꝑncipa
tur.ergo ſequit̄ ꝙ ex inſtitutōe xp̄i plenitudo
poteſtatis nō ſit data vniuerſitati eccleſie in
omnibus mēbꝛis eius ſed tm̄ in vno.ſ. romano
pontificē qui ꝑnceps eccľie a xp̄o inſtitut⁹
eſt vt ſupra oſtēdimus. Secūdo ſic cōfirman
do rōnem factā. Si plenitudo ptātis eſt apō
vniuerſalē eccľiam totam ſequit̄ ꝙ nō eſt apō
papam.ꝯſequēs eſt falſum.cum ſit cōtra ap-
tiſſima teſtimonia ſanctoꝝ patrū.vt ſupra vi-
ſum eſt.ergo antecedēs eſt falſum: cū ex vero
nō ſequat̄ niſi verū. Probat̄ ꝯſequētia.quia
ſi apud totā multitudinē populi xp̄iani q̄ dr̄
eccleſia vniuerſalis que eſt collectio omnium
fideliū reſideat:ſequit̄ ꝙ ꝑncipatus eccľie ſit
politicus ⁊ nō monarchicus. ⁊ ꝑ cōſequēs in
nullo ꝙ in ipſa tota cōmunitate eſt ponenda
poteſtatis plenitudo. Hec aūt differētia po-
nitur ab Ariſto.viij.Ethi.⁊.iij.politi.int̄ tres
ſpēs ꝑncipatus quas ponit.videlicꝫ monar-
chicam que dr̄ a monos quod eſt vn⁹ ⁊ archos
quod eſt ꝑncipatus:quaſi ꝑncipatus vnius:
in quo ſolo reſidet plenitudo ptātis. Secūda
dicit̄ ariſtocratya:que dr̄ ab aris quod eſt vir
tus ⁊ cratos quod eſt poteſtas quaſi poteſtas
ſiue principatus plurium ſcḋm virtutem impe-
rantiūꝫ ita ꝙ nullius. Tertia ſpecies cōmuni
nomine dicta politia in qua multi vt popul⁹
principant̄:ita ꝙ apud nulluꝫ reſidet plenitu
do poteſtatis:ſed apud oēs vt ibidem dicitur
⁊ ſic patet ꝯñtia. Tertio ſic. Nulli cōmunita-
ti cuius cura regimen ⁊ gubernatio a ſuperio
ri ſuo eſt cōmiſſa alicui particulari eſt data po
teſtas regiminis ſui ⁊ gubernationis. iſta vi-
detur nota.ſed regimen vniuerſalis eccleſie ē
cōmiſſum romano pon.vt tota clamat ſancto
rum patrū doctrina. ait enim beat⁹ Greg. ad
imperatorē Mauritiū ſcribens. Cūctis euā-
gelium ſcientib⁹ liquet ꝙ voce dn̄ica ſancto ⁊
omniū apoſtoloꝝ principi petro apľo toti⁹ ec
cleſie cura cōmiſſa eſt:ipſi quippe dicit̄: petre
amas me paſce oues meas. ergo videt̄ ꝙ vni-
uerſali eccleſie vt cōmunitati nō ſit data pote
ſtas vniuerſalis regiminis totius eccleſie:ſed
tm̄ petro ⁊ ſucceſſoribus eius. Quarto confir
mando hanc rōem arguitur ſic. Illi ſoli videt̄
data poteſtatis plenitudo qui ſolus eſt paſtor
totius gregis dn̄ici. ſed ſolus petr⁹ eſt paſtor
totius gregis dn̄ici ⁊ null⁹ alius:nec ipſa cōi-
tas eccľie q̄ eſt ipſe grex paſcēd⁹ ⁊ gubernād⁹
ergo videt̄ ꝙ ſolus petrus ⁊ ita ſolus ro. pon.
ſit vocatus a xp̄o in plenitudinem ptātis cla-
uium. Quinto ſic. Impoſſibile eſt ꝙ in aliqua
vna vniuerſitate prelatus ⁊ ſubditi habeāt ea
dem plenitudinē ptātis.patet: qm̄ non capit
ratio ꝙ illud per quod quis cōſtituit̄ ſuperior
⁊ prelatus aliorum ſit cōmune prelato ⁊ ſubdi
tis in eadē plenitudine.ſed in tota vniuerſita
te xp̄iana Ro.pon. eſt prelatus ⁊ ceteri omēs
alij fideles ſunt ſubditi vt in ſuperiorib⁹ eſt de
monſtratum.ergo concluſio vera. Sexto ꝯfir-
mando precedentē rationē arguit̄ ſic. Pleni-
tudo poteſtatis que ponitur in eccľia aut eſt
vna ⁊ eadem numero cū ea que ponitur in pa
pa aut eſt alia.ſed nō poteſt dici ꝙ ſit alia: q̄a
ſic eſſent due ſupreme poteſtates ſiue plenitu
dines ptātis quod eſſe nō poteſt. Tū qr̄ qđ ꝑ
ſuperabundantiam dicitur in vnoquoq̄ gene
re vnū tm̄ eſt. Tum quia pluralitas principa
tuū nō eſt bona.xij.methaphy. Tum quia du-
as ſupremas poteſtates nō patitur vnitas ec-
cleſie. Non poteſt etiam dici ꝙ ſit vna ⁊ eadē
numero plenitudo poteſtatis: quia ſi ſic tunc
neq̄ papa eſſet ſuperior ⁊ prelat⁹ eccleſie nec
eccleſia poſſet dici ſuperior poteſtate ipſo ro-
mano pon.quod tamen aduerſarij volunt. pa
tet:quia ſi par in parem imperium non habet
multominus vbi eſt idētitas poteſtatꝭ. Reſpō
ſio autem quam ad hanc rationem dant qui-
dam aduerſarioꝝ dicentes ꝙ licet ſit eadeꝫ
qr̄ tm̄ vt dicunt illa ptās eſt excellētiori modo
in eccleſia.ſ.inuariabiliter ⁊ inobliquabiliter
quo modo nō eſt i papa: eccľia habet iuriſdi-

ctionem ſupra papā: nō valet aliquid. Tū primo: quia ꝑſupponit falſū: quia vt iam ꝓbauimus talis ptātis plenitudo nō poteſt eē ſubiectiue ⁊ formaliter in vniuerſitate eccl'ie ſed ſolū in romano pōtifice. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſicut ſuperius circa. c. vij. eſt ꝓbatū nō poteſt eſſe excellentiori modo in vniuerſitate eccleſie ꝙ̄ in romano pōtifice. Tum ſecūdo: q2 etiam dato ꝙ eſſet. ſ. vna et eadē numero poteſtas eccl'ie in vtroq; ſicut in vno ſubiecto eſt impoſſibile intelligere ꝙ eccleſia habeat iuriſdictionem ſup romanū pontificē: nec econuerſo: nec pōt circa vnam ⁊ eandē ptātem numero in vno ⁊ eodē ſubiecto ꝓ eodē tempore attendi talis comparatio vt in vno dicat̃ eſſe excellentiori modo ꝙ̄ in alio. Preterea dato etiā ꝙ ſit: cum talis differētia puta eſſe inuariabilr̃ ⁊ variabiliter nō augeat nec minuat ptātē ipām: nō poteſt ex tali differētia argui ꝙ vnus habeat iuriſdictionē ſup aliū. al's qui ſanctior eēt aut diuturniorē haberet ptātem in eccleſia diceret̃ iuriſdictionē maiorē habere quod eſt falſum. immo iter errores Johānes hus ⁊ wicleff cōdemnatū. Septimo arguit̃ ſic. Ex tota ſcriptura ſancta nō poteſt hoc haberi ꝙ vniuerſali eccleſie in cōmuni ſiue in omnibus mēbris eius ſimul ſit data plenitudo poteſtatis: ſed magis contrariū. ergo hoc nō videt̃ aſſerēdū conſequētia patet: qm̄ vt ait Hieronym⁹ qđ de ſacra ſcriptura firmitatē nō habet eadem facilitate cōtemnit̃ qua ꝓbatur. antecedens patet: qm̄ ſi aliqua ſcriptura talis eſſet ꝑ aduerſarios eſſet inducta. M autē nulla earum quas inducūt faciat ad ꝓpoſitum poſitionis eorum nos oſtēdemus. j. cū ad argumēta eorū reſpondebimus. Ex his cōcluſionibus ſequūtur aliqua correlaria. Primū ꝙ auctoritates ſanctoꝝ patrum que vident̃ attribuere toti eccleſie in cōmuni poteſtatē clauiū aut auctoritatē iudicij aut magiſterij nō ſunt accipiende ſic ꝙ omnibus fidelibus nec oībus clericis aut vt ſingulis aut in vnū ſimul coniunctis vt vniuerſitati tal' auctoritas aut poteſtas diuina ordinatione data ſit. Patꝫ: qm̄ vt ꝓbauimus multipliciter hoc nō modo falſum eſt ſed etiā vt videt̃ erroneū cum contra euangeliū chriſti. ⁊ ſanctoꝝ patrum doctrinā videatur negare beatū petrū fuiſſe caput vniuerſalis eccleſie. videat̃ etiam negare principatum eccleſiaſticū eſſe monarchicū. Item videat̃ negare principatū eccleſie eſſe hierarchice diſpoſitū ⁊ roma. ponti. poteſtatis plenitudinē habere. M etiā ſit poſitio illa qua ſi impoſſibilis partim oſtēdimus ſupra: et infra in reſpōſione argumētorum clarius videbitur.

Primū correla.

Secundū correlariū eſt: ꝙ auctoritates ſacre ſcripture ⁊ ſanctoꝝ quas aduerſarij inducunt intelligētes modo prefato puerſe ⁊ aliter ꝙ̄ ſpūſſanctus efflagitat illas interpretari vident̃: patet ex dictis ⁊ plenius ex dicendis in reſponſiōe ad argumēta. Tertiū correlariū eſt: ꝙ falſum eſt ꝙ aduerſarij in ſecunda parte concluſionis eorū dicūt. videlꝫ ꝙ poteſtat̃ plenitudo ꝑncipalius ſit in eccleſia vniuerſali ꝙ̄ in ſummo pontifice. Patet. Tum ex dictis. Tum ſic. Poteſtatis plenitudo clauium nō eſt in vniuerſali eccleſia ad intellectum eorum: vt ꝓbatum eſt. ergo nec eſt in ea ꝑncipaliter nec minus principaliter ad intellectū eorū: videlicꝫ in omnibus mēbris eccleſie ſimul. Preterea falſitas illius maniſeſtiſſima patet ex forma abſolutionis qua ſacerdos quilibet vtit̃ in eccleſia in abſolutiōe ſacramētali. ait enim ſic. Auctoritate omnipotentis dei ⁊ beatorum apoſtoloꝝ Petri et pauli. nō autem dicit auctoritate eccleſie vniuerſalis. et tamen fiendum neceſſario eſſet ſi poteſtas clauiū eſſet ꝑncipalius in vniuerſali eccleſia ad intellectū aduerſariorū ꝙ̄ in Petro ſiue eius ſucceſſore. Et hec de primo principali. Circa ſecūdum in quo impugnāda eſt reſponſio aduerſariorū quam dant ad auctoritates ſanctoꝝ patrum dicentiū: ꝙ ſolus romanus pōtifex vocatus ſit in plenitudinē poteſtatis aut ꝙ nulli alteri ſit data plenitudo poteſtatis a chriſto eſt ſciendū: ꝙ reſpōſio eoꝝ ſtat in hoc ꝙ per ly ſolus nō fiat excluſio cōmunitatis eccleſie ſed particulariū ꝑſonarum ſiue ſinguloꝝ membroꝝ de eccleſia. et ſimiliter ꝙ cum dicit̃ ꝙ nulli niſi petro ſit data plenitudo poteſtatis. ly nulli diſtribuat ꝓ ſingulis particularibus: non aūt ꝓ cōmunitate. Sed ꝙ iſta reſponſio nulla ſit ⁊ ſit contraria mētibus ſanctoꝝ patrum quoꝝ auctoritates inducte ſunt patet. Tum ꝑmo: quia preſupponit ꝙ poteſtatis clauiū plenitudo poſſit eſſe ſubiectiue et formaliter ac diſpenſatiue in ipſa vniuerſali eccleſia ſiue in omnibus mēbris eius ſimul: quod ſuperius eſt improbatū ſufficienter. Tum ſecundo: quia doctores prefati dicētes ſoli petro datam eſſe plenitudinē poteſtatis: ponūt eccleſie principatum eſſe monarchicum iuxta euangeliū chriſti. de ratōne autem ꝑncipatus monarchici vt ſepe ē repetitū eſt ꝙ plenitudo poteſtatis reſideat apud vnum ſcilicet principem ⁊ non apud omnes. Tum tertio quia ꝑfati doctores ponūt ꝙ petrus ſit ꝑnceps paſtor ⁊ caput totius eccleſie vniuerſalis: cum quibus nō poteſt ſtare ꝙ in ipſa vniuerſali eccleſia cui ipe ꝑſidet ſit eadē

Secundum

Tertium

Circa ſecundum principale

plenitudo poteſtatis cū eo: ⁊ maxime cuȝ ad
ditione iſta et ꝑncipalius ꝙ in eo. Unde ſan-
ctiſſimus Leo papa. i. c. ita dominus. diſt. xix.
aptiſſima luce dicit: ꝙ ita dn̄s huiuſmodi mu
neris ſacramentū ad omniū apoſtoloꝝ offici-
um ptinere voluit. vt in beatiſſimo petro apo
ſtolorum omniū ſummo ꝑncipaliter colloca-
ret vt ab ipo quaſi a quodam capite dona ſua
velut in corpus om̄e diffunderet: hec ille. Er-
go ex intētione illoꝝ patrū eſt: ꝙ p ly ſolus et
per ly nullus nō ſolum excludunt alij particu
lares: ſed etiam ipſa cōmunitas ad intellectū
aduerſarioꝝ. Et ita patet ꝙ reſpōſio aduerſa
riorum nulla ſit.

Cap. lxxij. In quo datur vera intelligentia huius quod a ſanctis patrib⁹ dicitur ꝙ eccleſie vniuerſali ſint claues date

Cap. LXXII tractans tertium principale

**Approbata ſuf-**
ficiēter ꝑut nobis viſum eſt ad-
uerſarioꝝ intelligētia huius qđ
dicit ꝙ vniuerſali eccl'ie claues
date ſint. iam reſtat explicare que ſit vera in-
telligētia huius. Pro quo notādū ꝙ huius ꝓ
poſitionis eccleſie vniuerſali date ſūt claues
triplex poteſt eſſe intellect⁹. Unus eſt ꝙ cla-
ues date ſint eccl'ie in ſingulis ſuis membris
diuiſim. Et iſte intellectus eſt falſus et erro-
neus et iam condemnatus inter errores val-
denſium. qui dicebant ſingulos bonos hoīes
habere claues ſiue poteſtatem abſoluēdi ⁊ li
gandi. Secundus eſt ꝙ vniuerſali eccleſie in
omnibus membris ſuis cōiunctim ſiue ſimul
date ſint claues ſicut dicit̄ de ꝑncipatu poli-
tico in quo poteſtas ſiue ꝑncipatus dicit̄ eē
apud cōmunitatē. ſed iſte intellectus qui vi-
detur eſſe aduerſarioꝝ iam eſt improbat⁹ non
modo tanꝙ falſus ſed etiā quodammodo im
poſſibilis. nam oſtēſum eſt clariſſime ꝙ ſit im
poſſibile ꝙ alicui cōmunitati ſiue cōgregati-
oni fidelium ſimul ſiue omniū clericoruȝ ſiue
etiam omniū ſacerdotū collegio cōueniat ha
bere claues regni celorū quibus peccatorum
ſit remiſſio: quoniā oſtēſum eſt nullam cōmu
nitatē vt ſic poſſe eſſe ſubiectū talis poteſtatꝭ
Item oſtenſum eſt ꝙ nec cōmunitati vniuer
ſalis eccleſie ſiue vniuerſitati oīm clericorum
nec oīm ſacerdotū collegio vt cōmunitati ſi-
ue ſimul in oībus mēbris date ſint claues iu
riſdictōnis ⁊ minus plenitudo ptātis. Terti
us itellectus eſt ꝙ vniuerſali eccl'ie date ſint
claues nō oībus mēbris eius ſed in aliqbus
mēbris eius tm̄ et plenitudo poteſtatis data
ſit illi in vno membro tm̄. ſ. ꝑncipali quod eſt
caput in corpe: quod eſt roma. ponti. Et iſte ē
verus ⁊ catholicus ſenſus ⁊ quē habēt ſancti
doctores cū dicunt claues datas eſſe vlī eccle
ſie. Unde de poteſtate ligandi ⁊ ſoluēdi a pec
catis dicit beat⁹ Amb. lib. de pnīa: ꝙ ius ligā
di ⁊ ſoluendi ſolis ſacerdotib⁹ eſt pmiſſum. Et
beat⁹ Hiero. ⁊ habetur in glo. Mat. xvi. ꝙ da
te ſūt claues omni eccleſie in epīs ⁊ pbr̄is. De
ptāte v° plenitudine dicūt ſancti doctores
quos ſupra induxim⁹ ꝙ ſoli petro data ſit ⁊ in
eo Romano pōtifici ei⁹ ſucceſſori. Pro cui⁹
intellect⁹ plenior notitia eſt ſciendū ꝙ ptās
clauium vt colligitur ex Aplo tam. i. ad Cori.
xij. ꝙ ad Ephe. iiij. ponitur iter grās gratiſda-
tas quas xp̄s dedit corpori eccleſie. vnde ait.
Dedit quoſdā paſtores ⁊c. gratie autē gratiſ-
date nō ſunt ita date corpori eccleſie ꝙ omni-
bus eccleſie mēbris ſint diſtribute ſed quibuſ
dam tm̄ alique ⁊ alijs alie. vnde ait apl's. i. Co
rin. xij. Diuiſiones gratiarū ſunt: idem aūt ſpi-
ritus. vbi dicit glo. gratias hic appellat diuer
ſos grad⁹ ⁊ ordines qui ſunt in officijs eccleſie.
Et. ſ. inqt Apl's. Poſuit quidē deus quoſdaȝ
in eccleſia primū apoſtolos. ſecūdo ꝓphetas.
tertio doctores. deinde virtutes ⁊ exinde gra
tias curationū opitulationes gubernationes
genera linguarū. nunqđ em̄ oēs apoſtoli. nun
quid oēs ꝓphete. nunquid oēs doctores. nun-
quid oēs virtutes. nunqđ oēs habent gratiaȝ
curationū. nunquid oēs linguis loquūtur. nū
quid oēs interpretant̄. Hec Apl's. q. d. nō. Et
ad Ro. xij. poſtꝙ dixit: multi vnū corpus ſum⁹
in xp̄o ſinguli aūt alter alterius membra. Se
quitur. Habētes donationes ſm gratiā q̄ da-
ta eſt nobis differētes ſiue ꝓphetia ſm ratio-
nem fidei ſiue miniſteriū. glo. eccleſiaſticū. ha
bentes in miniſtrādo. glo. aſſidue: ſiue qui do-
cet in doctrina ⁊c. Ex quibus verbis apoſtoli
manifeſtū habetur. Primo ꝙ hmōi gratie nō
infunduntur nec ſunt ſingulis membris eccle
ſie corporis cōmunes. Secundo ꝙ huiuſmodi
gratie infunduntur ſingularibus mēbris cor-
poris particulariter nō autem vniuerſitati aut
cōmunitati membrorum. nullus enim doctus
ignorat ꝙ talium gratiaruȝ ſubiectum capax
eſſe nō poteſt ipſa cōmunitas. Preterea no-
tandum eſt: ꝙ propter vnitatem ipſorum mē-
brorum in ipſo corpore eccleſie ipſum corpus
eccleſie dicitur ſepe recipere: habere et exer-
cere ſiue operari que officialia membra ſua vel
aliquod etiam vnum membrorum recipit ha-
bet aut operatur: licet illud tale conuenire
non poſſit toti vniuerſitati membrorum nec
etiam proprie veraciter poſſet dici de ea: ſed
tantum per figuram Synodochen denomi-
nando totum a parte. ſicut etiam in corpore

naturali hoīs exemplū eſt manifeſtum: homo criſpus dicit̄ vel caluus licʒ caluities ⁊ criſpitudo vni tm̄ mēbro hominis. ſ. capiti īterſint. ita ſimiliter reperit̄ in corpibus ꝑ ſilitudineʒ dictis. plura nāqꝫ attribuunt̄ vni populo licʒ toti nō cōueniant ſed tm̄ aliquibus illius populi. Unde glo. ordinaria ſup illud Apoſtoli ꝑme ad Corinth. x. Sedit populus mā̄ducare dicit ſic. Populus. i. q̄dam de populo totū ꝓ parte ponit. ſic in ꝓpoſito ꝓpter vnitatem in corpore eccl̄ie multa que q̄buſdā tm̄ conueniunt attributa legunt̄ ipſi toti corpori eccleſie vt ptās miniſterialis clauiū ligādi ⁊ ſoluēdi a peccatis q ſolis ſacerdotibus cōuenit et in q̄bus ſubiectiue ⁊ diſpēſatiue eſſe poteſt dicitur eccleſie data cuius mēbra ſunt ipſi ſacerdotes. Unde Ambro. vbi ſupra. Jus ligandi et ſoluēdi habet eccl̄ia que veros hʒ ſacerdotes. ⁊ ſimiliter de alijs actibus. Unde Archidyaconus ſup illud. Eccl̄ie charitas. de cōſe. di. iiij. dicit. Eccl̄ia dꝫ facere quod eius miſtri faciūt ꝯm inſtituta: puta paruulos baptiſmo offerre. baptizare. peccata dimittere: hec ille. Propter ꝑfatam etiā vnitatē corpis myſtici nō ſolum dꝫ eccl̄ia habere illud qd̄ ſingularit̄ ꝑlati in eccl̄ia hn̄t ſicut claues ⁊ plenitudinē ptātis quā ſolus papa habet ſed etiā ꝙ xp̄us ꝑncipale ipſius eccl̄ie caput hʒ. Unde btūs Aug. tractās illud Apo. ij. Qui vicerit et ſeruat opa mea vſqꝫ in fineʒ dabo ptātem ei ſup gentes ⁊ reget eos in virga ferrea ⁊ vt vas figuli cōminuent̄ ſicut et ego accepi a pr̄e meo dicit. ſic in xp̄o habet eccl̄ia hanc poteſtatem ſicut dicit apl̄s. cū illo omnia nobis donauit Ubi cōſiderandū multū vtiliter venit ad vitandos multos errores: ꝙ cū aliqua legantur attributa eccl̄ie eſt aduertēdū reſpectu quorum vel reſpectu cuius illa talia attribuātur ei cum nō omnia omnibus cōueniant ſed quedam q̄buſdam quedā alijs ⁊ quedam vni: al̄s faciliter q̄s poſſet errare. Cuius ꝯſideratiōis defectus videt̄ nobis ꝙ fuerit cauſa aduerſarijs multoꝝ erroꝝ. vnde valde cōuenient̄ venit in hoc loco notāda illa regula que ponit̄ i glo. ps. xvij. que originaliter eſt beati Augu. dicētis. Attēde regulā vnitatis capit̄ et corporis: quaſi em̄ vna pſona eſt caput ⁊ corpus. ideo oꝫ vna voce vtit̄ caput cum membris: lʒ ea que dicunt̄ ad diuerſa referant̄. quedā em̄ ſoli capiti cōueniunt: quedam ſolis membris quedā capiti ⁊ mēbris. Jtem que mēbris conueniunt quedā pteritis quedā pn̄tibus quedam futuris quedā pfectis quedā impfectis cōueniunt. ⁊ tamen in tanta diuerſitate vna vox eſt ⁊ quaſi vna pſona loqui videt̄: hec gl.

Ex quibus omnibus manifeſte patet qualit̄ intelligēde veniāt omnes auctoritates ſcōꝝ dicentes ꝙ eccl̄ie catholice date ſunt claues: quia nō quidē in ipa tota cōmunitate ſiue mltitudine membroꝝ: ſed in aliq̄bus tm̄. ſ. in ꝑncipalibus. ſ. in epīs ⁊ pſbyteris: vt ait. Hiero. et in iſtis vt ſingularibus nō vt collegio: qm̄ ſicut aptiſſime mōſtratū eſt in cōmunitate ſiue vniuerſitate nō pōt eſſe ſubiectiue nec diſpenſatiue poteſtas ligandi ⁊ ſoluēdi a pctis: de qua auctoritates ſanctoꝝ maxime loquūt̄ vt patet ex ipa littera.

Cap. lxxiij. Jn quo reſpondet̄ ad rōnes fundatas in prima ſuppoſitione.

Cap. LXXIII Aggrediēs quartū principale notatū. ca. lxxi.

Expoſita verita te intelligētie ſub qua accipiende ſunt auctoritates ſanctorum patrū dicētes claues eſſe datas eccl̄ie vniuerſali: iam reſtat reſpōdere ad obiecta aduerſarioꝝ et iuxta numerū ſuppōnuʒ illarū q̄bus veluti fundamētis vſi ſunt arguēdo tot capitula ſubiūgemus reſpōdendo rationibus coꝝ. Jn pmis ergo reſpondētes ad primū pſuppoſitum dicimus ꝙ falſum eſt quod dicūt. videlʒ ꝙ oīa dicta petro ⁊ apoſtolis trahēda ſunt ad eccl̄iam ad intellectuʒ quē aduerſarij ptendūt. videlʒ ꝙ cōueniāt cōmunitati eccleſie: qm̄ multa ſunt q̄ dicta ſunt a xp̄o petro ⁊ apoſtolis que nullo modo cōuenire poſſunt ipſi cōmunitati eccl̄ie nec etiā ſingulis fidelibus. nō em̄ poteſt vniuerſali eccleſie aut alijs fidelibus cōuenire illud quod xp̄s ait petro. Matth. xvi. Btūs es Symon bariona: quia caro ⁊ ſanguis nō reuelauit ⁊c. vt eſt manifeſtū. Jtem nec pōt trahi ad eccleſiam illud Luc. xxij. Tu cōuerſus cōfirma fr̄es tuos ⁊c. Jtem nec illud Joh. vlt. pōt trahi ad eccl̄iam. Symō io. paſce oues meas ⁊c. eccleſia em̄ grex eſt nō paſtor. Jtem nec pōt referri ad eccl̄iam illud Matth. v. quod dictum eſt apl̄is. Uos eſtis ſal terre qd̄ ⁊c. vbi vt inquit Hylarius ⁊ habet̄ in glo. cōti. aploꝝ deſignatur officiū. Unde gl. ait. Sūt apoſtoli ſal terre. i. hoīm terrenoꝝ qui amādo terrā terra vocant̄. et Hiero. Sal dicunt̄ apoſtoli: quia per illos vniuerſum hominū condit̄ genus. Jtem nec poteſt referri ad eccl̄iam illud Mat. xix. Amen dico vobis vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos iudicātes duodecim tribus iſrael. vbi lʒ vt dicit Augu. xx. de ciui. dei. ꝑ numerū duodenariū ſignificetur vniuerſa multitudo iudicātiū: hmōi tamē non ſunt omnes fideles: ſed vt idem Auguſti.

Ad primā ſuppoſitionē poſitā ſupra. ca. lxx.

dicit: illi intelligunt qui ꝓpter euangeliū ſua
omnia diuiſerūt ⁊ ſecuti ſunt xp̄m. Item nec
poteſt referri ad vniuerſam eccl'iaȝ illud. Ve
nite poſt me ⁊ faciā vos fieri piſcatores hoim
vt patet. Item nec illud poteſt cōuenire com
munitati eccleſie. Luce. xxij. Hoc facite in me
am cōmemoratione̅. p quod verbum apoſtoli
dicunt effecti ſacerdotes. Item nec pōt toti
cōmunitati eccleſie cōuenire illud. Ioh. xx. c.
Quoꝝ remiſeritis peccata remittunt eis: qm̄
ſicut ſupra ſufficiēter oſtenſum eſt. Poteſtas
ligandi ⁊ ſoluēdi a peccatis nec omnib⁹ fide-
libus nec ipſi cōmunitati eccl'ie modo predi-
cto data eſt. Item nec illud Mat. xviij. Que
cunq; alligaueritis ⁊c. qm̄ ptās hec non data
eſt eccl'ie in omnibus mēbris eius: ſed vt inq̊t
glo. in ep̄is et p̄ſbyteris. ⁊ ita non pōt referri
ad ipſam cōmunitatem eccl'ie modo predicto.
Item nec poteſt ad cōmunitatē eccl'ie refer-
ri illud Math. vltimo. Euntes docete om̄s
gentes ⁊c. Clariſſimū autem eſt ꝙ officiū do-
cendi ⁊ baptizādi nō committit toti eccleſie
nec iſti ſunt actus q̊ omnibus fidelibus cōue
niant. Item nec illud Ioh. xx. Sicut miſit me
pater ⁊ ego mitto vos. lȝ em̄ hoc apl'is dictuȝ
ſit ⁊ ſucceſſoribus qui dicunt fungi legatōne
xp̄i. deriſoriū tamen videret ad cōmunitateȝ
eccl'ie eſſe hoc referendū: ita ꝙ xp̄s vniuerſa-
lem eccl'iaȝ miſerit ad p̄dicandū. ⁊ ſic de mul
tis alijs. in ſequēti ꝟo. c. oſtendet hoc ideȝ de
eis que dicta ſpāliter legunt petro. Patet ḡ
falſitas ſuppoſitionis aduerſarioꝝ dicentiuȝ

Ad ꝓbatiōeȝ pri mam

ꝙ oia que dicta ſunt apl'is referēda ſint ad ec
cleſiam tanq̄ toti cōmunitati cōueniētia. Et
ad ꝓbationem p̄mā quādo dicit ꝙ que dicta
ſunt apoſtolis opȝ intelligere de ſucceſſorib⁹
cōcedimus hoc maxime de ꝑtinētibus vel ad
officiū apoſtolatus vel ad doctrinā veritatis
vel ad tolerantiā paſſionū. Quod ꝟo dicunt
ꝯñter ꝙ illud. Ego aūt ſum vobiſcum vſq; ad
cōſummationē ſeculi: ꝓmiſſum eſſe vniuerſe
eccl'ie nullus ambigat: cōcedimus. ſed ex hoc
nō ſequit ꝙ ea que dicta ſunt apl'is ꝑtinētia
ad poteſtatē ſiue ad officiū apoſtolicū ſint cō
munia ipſi toti cōmunitati ſiue vniuerſitati
eccl'ie ſiue omnibus fidelibus ſimul iunctis.

Ad ſcd̄am

Ad ſcd̄am ꝓbationē cū dicit ꝙ ea que dcā
ſunt petro nō habēt illuſtrē intellectū niſi cū
referant ad eccl'iam. r̄ndet ꝙ hoc nō eſt ſic ac
cipienduȝ ꝙ talia dicta petro ad auctoritatē
ſiue ptātem clauiū ſpectātia ipſi cōmunitati
eccl'ie cōueniant in cōmuni. vt aduerſarij pre
tendūt: quia vt ſupra oſtendimus hoc non eſt
poſſibile. ſed intelligendū eſt ſic ꝙ illa q̄ dcā
ſunt petro importātia auctem aut ptātem nō
habent illuſtrē intellectū niſi etiā ad eius ſuc
ceſſores p totū eccl'ie decurſum referant. ⁊ h
veriſſimū eſſe ſupra oſtēdimus. Ex quibus pȝ

Ad rōnem

ꝙ ratio aduerſarioꝝ que fundabat ſuper ſup-
poſitione predicta nulla ſit cum falſo funda-
mento innitatur.

Cap. lxxiiij. In quo ponit r̄ſio ad rōnes fundatas in ſecunda ſuppoſitione.

# Vacuatis argu

Cap. LXXIIII

E

mētis aduerſarioꝝ fundatis in
ſuppōne p̄ma. r̄ndeamus ad ea
que ſup ſcd̄a ſuppoſitōe fundāt

Ad ſecundā ſuppoſitionē poſitaȝ ſupra. c. lxx.

In primis dicimus ꝙ ſuppoſitio ipſa ſcd̄a i
qua aduerſarij dicūt ꝙ omnia dicta petro im
portātia aut deſignātia auctem ſiue ptātem
ſint etiā dicta alijs apl'is ⁊ in illis toti eccl'ie
falſa ſit vt pȝ exemplariter de multis. Et pri-
mo de illa que ponit Ioh. i. Tu vocaberis ce-
phas: qd̊ ſm ſctōs Anacletū ⁊ Iſidoꝝ caput
ſonat. manifeſtū eſt aūt ꝙ hoc nec alijs apl'is
nec ipſi toti eccl'ie dictū ē. Itē nec illd̊ Mat.
xvi. Btūs es ſymō bariona q2 caro ⁊ ſanguis
nō reuelauit tibi ſed pater meus q̊ eſt in celis
et ego dico tibi q2 tu es petrus ⁊ ſup hanc pe
tram edificabo eccl'iam meā. hoc aūt ſoli pe-
tro dictum eſt ⁊ nō alijs apl'is nec ipſi cōitati
eccl'ie que ſup petrā aut petri ꝯfeſſionē funda
ri dr̄. vnde btūs Chriſo. ait. Vide qualit xp̄us
reducit petrū ad excelſam de ipſo intelligētiā
hec em̄ ei ꝓmittit ſe daturū q̄ ſunt ꝓpa dei ſo-
lius. ſ. pctā ſoluere ⁊ eccl'iam immutabilē fa-
cere inter tot ꝑſecutionū ⁊ tētationū ꝓcellas
Iteȝ btūs Auguſtinus in ſmone quodā apo
ſtoloꝝ petri ⁊ pauli ita ꝓpoſitū noſtrū aptiſſi
me cōfirmat dicēs. Hic eſt petrus in illa cele
ſtium diſcipuloꝝ ſcbola precipuus ac primus
idoneus qui verba vite ex xp̄i ore ſuſcipiens
interpres legis aſſertor gratie deſtructor ſy-
nagoge eccleſie reparator: ⁊ ideo ſolus inter
apoſtolos meruit audire. Amē dico tibi quia
tu es petrus ⁊ ſuper hanc petram ⁊c. Quod
vero aduerſarij dicunt ꝙ petrus pro om̄ibus
reſpondit. dicit ꝙ verum eſt. quoniam vt ait
beatus Ambroſius licet ceteri apoſtoli ſilue
runt. Petrus tamen reſpondit pro omnibus
Unde Chriſoſtomus ſuper Mattheum ita
inquit. Quando vero dominus de plebis opi
nione interrogat omnes reſpondent. ſed de
omnibus diſcipulis interrogatus Petrus tā
q̄ os apoſtolorum et caput pro omnibus re-
ſpondet. vnde ſequitur. Et reſpondens Sy-
mon petrus ⁊c. Quod vero aduerſarij ſubiū-
gunt ꝙ non ſolum pro ſe ſed etiam pro alijs di
ctum ſit petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ.

reſpondet ꝙ hoc eſt verum ſed differēter: quia petro date ſunt ſeu ꝓmiſſe claues immediate ⁊ in plenitudine ſiue in excellētia. alijs vero mediante petro ſiue in ordine ad eū ⁊ iuxta menſuraꝫ diſpenſationis fiende ꝑ eum. Sicut enim ꝓncipalior fuit in cōfeſſione: ita principalior fuit in remuneratione. licet enim receperit pro omnibus nihilominus etiā pre omnibus: vnde glo. ſuper hunc locuꝫ ita inquit. Quia pre ceteris cōfeſſus eſt pre ceteris collatis clauibus donatus eſt. Hoc etiā manifeſte patet ex dictis ſanctorum que inducūt ꝓ ſe ſi nō truncaretur moris eſt coꝝ ſed integre recitent. Patꝫ de Leone papa qui in ſmone tertio conſecrationis ſue ita loquit. Primus eſt in cōfeſſiōe domini qui ꝓmus eſt in apoſtolica dignitate ꝓpter quod dicit beatiſſimo petro. Tibi dabo claues regni celorum ⁊c. tranſiuit quidem in alios apoſtolos ius poteſtatis iſtius ⁊ ad omnes eccleſie ꝓncipes decreti huiuſmodi conſtitutio commeauit: ſed nō fruſtra vni cōmendatur quod oībus intimet. Petro enim hoc ſingulariter credit: quia cunctis eccleſie rectoribus petri forma preponit: hec ibi. Iteꝫ patet de Rabano queꝫ inducūt ſi integre ducat in medium: ait enim vt in glo. conti. habet. Hec aūt poteſtas ligādi ⁊ ſoluendi quāuis ſoli petro videat data a dn̄o: tamen ceteris apoſtolis datur necnō nūc in epīs ⁊ pſbyteris oīm eccleſie: ſed ideo petrus ſpāliter claues regni celorum ⁊ ꝓncipatum iudiciarie poteſtatis accepit vt omnes ꝑ orbem intelligāt ꝙ quicūꝙ ab vnitate fidei vel ſocietate eius quemodolibet ſeipſos ſegregāt tales nec vinculis peccatorum abſolui nec ianuā regni celeſtis ingredi poſſūt. Ecce ꝙ dicta ſanctorū iducta ꝑ aduerſarios cuꝫ integre deducunt in mediū manifeſte cōfirmant ꝓpoſitum noſtrū. videlꝫ ꝙ ſingularit et ſpāliter petro dictuꝫ ſit. Tibi dabo claues regni celorum. Quod etiā aptiſſime oſtendit ex eo ꝙ ſolus inter apoſtolos cū clauibus depingitur. Item de ſolo eo cātat eccleſia. Deus qui beato petro apoſtolo tuo collatis clauib⁹ regni celeſtis ligādi ⁊ abſoluēdi pontificiū tradidiſti ⁊c. Preterea ꝙ ſuppoſitio aduerſariorum videlꝫ ꝙ dicta petro importātia poteſtatem ſint etiā dicta alijs apoſtolis ⁊ in illis toti eccleſie ſit falſiſſima patet de illo quod xp̄s ait petro. Symon iohannis diligis me plus his paſce oues meas. Planiſſimū eſt autē ꝙ iſta verba ſoli petro dicunt: quod etiā manifeſte ſancti patres atteſtant. vnde btūs Chriſoſtomus ſup ioh. tractans verbū hoc ita inqt. Alios preteriēs ⁊ tranſcurrēs huic de talibus loquit: eximius apoſtolorum erat petrus et os diſcipulorum ⁊ vertex collegij: hec Chriſo. Ecce clariſſimū teſtimoniū ꝙ ſoli petro illud dictū fuerit a xp̄o. Preterea btūs Bernardus hoc idem teſtat ſic ad Eugeniū libro. ij. de cōſideratione ſcribēs. Tu es cui tradite ſunt claues regni celorum: cui oues credite ſunt. ſunt quidem et alij celi ianitores ⁊ gregū paſtores: ſed tu tanto glorioſius quāto ⁊ differētius vtrunꝙ pre ceteris nomen hereditaſti: habēt alij aſſignatos greges: ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti ſunt vnus vni nō modo ouiū ſed et paſtorū tu vnus oīm paſtor. vnde id ꝓbem queris? ex verbo dn̄i. cui enim nō dico epōrum ſed etiaꝫ apl̄orū ſic abſolute ⁊ indiſtincte tote cōmiſſe ſunt oues? ſi me inquit amas paſce oues meas ⁊c. Quod vero aduerſarij inducūt de btō Aug. libro de agone xp̄iano ꝙ eccleſie claues date ſunt cū petro date ſunt: dicimus ꝙ verum eſt ſed vt diximus ſupra ⁊ habet in glo. Matth. xvi. in epīs ⁊ pſbyteris nō aūt in tota cōmunitate eccleſie. Et ſimiliter id quod ꝯnter dicit Auguſtinus: ꝙ cū petro dr̄ ad oms̄ dr̄. Amas me paſce oues meas nō eſt intelligēdū ꝙ tūc ꝑ ſe ⁊ immediate ad oms̄ apl̄os xp̄s dixerit verbū illud. cū dicat btūs Chriſo. vt viſuꝫ eſt ꝙ alios apoſtolos ꝑteriens xp̄us petro fuerit locut⁹. Et dicit btūs bernardus ꝙ nulli apoſtolorum ꝙ̄ petro ita abſolute ⁊ indiſtiſcte oues cōmiſit. Tum quia ſi xp̄us omnibus apoſtolis illud dixiſſet tūc plures paſtores vniuerſalis eccleſie cōſtituiſſet cōtra illud Joh. x. Erit vnū ouile ⁊ vnus paſtor. Preterea deriſoriū eſſꝫ ꝙ verbū illud intelligat referri ad omnes fideles cū conſtet non oms̄ poſitos eſſe paſtores. Inquit enim apl̄s ad Ephe. iiij. Quoſdam poſuit paſtores. quoſdā dixit nō dixit oms̄. Nec etiam poteſt referri ad totā cōmunitatē fidelium ſicut ſupra oſtēdimus: ipſa enim nō paſtor ſed grex dn̄i dicit. cuius cura petro commiſſa eſt vt inquit Gregorius. ſed Auguſtini dictū eſt ſic accipiendū iuxta eiuſdē ſancti doctoris ſniam: ꝙ illud quod tūc ſoli petro dictum eſt in perſona ꝓpria dictū ſit etiam in figura omnium aliorum apoſtolorum et futurorū prelatorum quibus datas claues eſſe dicebat in eccleſia. ſm ꝓportionē tamen ſollicitudinis ad quam vocandi eſſent per petrum. Unde ideꝫ Auguſtinus in ſermone quodā apoſtolorum petri ⁊ pauli qui incipit. Apoſtolū petrū primū oīꝫ apoſtolorum ⁊c. tractās illud verbū Joh. vl. Petre amas me paſce oues meas: dicit ſic. Per ſingula dicebat Petro dominus Jeſus dicenti Amo te: paſce agnos meos paſce ouiculas meas: in petro figurabatur vnitas omnium paſtorum. Hoc etiā vult dicere beatus

Ambroſius in pͥncipio paſtoralis cum ait: ꝙ oues nō ſolum tūc ſuſcepit petrus ſꝫ nobiſcū eas ſuſcepit ⁊ nos cū eo. loquiť de paſtoribus cuiuſmodi erat ipſe Ambroſius. vnde liber ille paſtoralis diciť. cum eñ chriſto fuerit cura de ouibus ſuis nō ſolum ꝑ tempore Petri ſed etiam ꝑ toto diſcurſu temporis vſqꝫ ad finem ſeculi certum eſt ꝙ cum petro cōmiſerit oues ſuas in eo etiā omibus alijs eius ſucceſſoribꝰ et ꝑlatis in partem ſollicitudinis ſue euocandis intelligiť commiſiſſe. ⁊ ꝑ conſequēs verū eſt ꝙ petrus cum oues paſcēdas ſuſcepit cuꝫ alijs et alij cum eo ſuſcepiſſe dicunť: ſed cum hoc ſtat ꝙ petrus ꝑ tempore ſuo oues chriſti vniuerſas ſolus ipſe abſolute ⁊ indiſtincte: ſicut ait beatus Bernardus. paſcēdas ſuſceperit. Ceterum ꝙ ſuppoſitio ꝑfata aduerſariorū etiam falſa ſit patet in eo qđ Luc. xxij. dictum eſt petro a chriſto. Tu aliquādo conuerſus cōfirma fratres tuos. hoc autēꝫ ſoli petro dictū eſt nō alijs apoſtolis vt eſt manifeſtuꝫ ex ipſa littera: ⁊ tamen in hoc plurimū auctoritatis datum eſt petro. quod patet ex illo beati Ambro. in. c. fidelior. di. l. ſſidelior factus eſt Petrus poſtꝙ̄ fidem ſe ꝑdidiſſe defleuit ac ideo maiorē grām repperit vt qui ſibi ā te infirmꝰ fuerat fieret omnibus firmamentū: vt qui ſe interrogatiōis tētatione mutauerat ceteros fidei ſtabilitate fundaret. hec Ambroſiꝰ. Amplius ꝙ falſa ſit ſuppoſitio prefata aduerſariorum patet in eo quod petro legiť dictū. Lu. qnto. Duc in altum. Quod aūt hoc non ſit dictum apoſtolis ſed ſoli petro expreſſe glo. teſtatur ita dicēs. Unde etſi alijs imperatur vt laxent retia. ſoli petro diciť duc in altum. i. in ꝑfundum diſputationū. Et idem teſtať beatus Ambroſius in. c. eſt aliđ. xxiiij. q. i. Ex quibus manifeſte patet falſitas ſuppoſitionis prefate aduerſariorum. et per conſequēs rationes in eadem fundatas nullius eē roboris vel momenti.

Cap. lxxv. In quo rñdeť. ad rōnes fundatas in ſuppoſitione tertia: vbi de multiplici modo quo aliqđ dr̄ figurare aut repñtare pſonam alterius etiā habeť.

Cap. LXXV ridens ad tertiā ſuppōnē poſitaꝫ ca. lxx.

Ceterū videndū venit quid veritatis habeat ſuppoſitio tertia aduerſariorum dicentium ꝙ dicta petro deſignātia auctoritatē aut ptātem aliquam ſint ei dicta in figura eccleſie. Et quoniā hec ſuppoſitio poteſt eſſe vera in vno ſenſu ⁊ in alio ſenſu non modo falſa ſed etiam erronea ⁊ heretica opus eſt diſcernere in quo ſenſu vera ſit et in quo non. Pro quo notanduꝫ ꝙ multipliciter reperiť aliquis figurare aut repreſentare perſonam alterius. Uno modo ſimilitudine aut idētitate eiuſdē nature. Hoc modo filius dicitur figura patris. filius enim vt ait Chriſoſtomus ſuper Matth. diciť ꝙ ſit vt ille ſcilicet pater. ⁊ ideo diciť eccleſiaſtici. xxx. Mortuus eſt pater eius et quaſi nō eſt mortuus: ſimileꝫ eñ reliquit poſt ſe: vbi glo. interli. dicit. Qui eum dictis ⁊ factis repñtat: de filio etiaꝫ dei diciť ad Hebreos pmo. Qui cum ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtātie eius glo. id eſt patris Secundo modo diciť aliquid figurare aliud cōuenientia aut ſimilitudine alicuius ꝓprietatis. ſicut dicit Auguſtinus ſuper pſal. cxxx. tractans illud. Potabunt omnes beſtie agri id eſt gentes que figura beſtiarū intelligūtur vt patet ex archa Noe in qua omnes beſtie fuerunt que figurat eccl'iam: in cuius compaginis vnitate omnes gentes colliguntur: hec Auguſtinus. Ecce ꝙ beſtias gentes ⁊ archam eccleſiam figuraſſe dicit. Hoc modo figuratōis multa in ſacra ſcriptura ⁊ in dictis ſanctoruꝫ reperimus figurare ſiue ſignificare. ſicut Geneſ. xx. habet glo. ꝙ Abraham in multis ſignificauit xp̄m et Sara eccl'iam. Et hoc mō vnū ⁊ idem poteſt plura ſignificare diuerſis reſpectibus. Tertio modo diciť aliquis figurare ſiue repñtare alium: cuius ſcꝫ poteſtate ſiue auctoritate aliquid facit: ſicut miniſtri in eccleſia dicunť repñtare ſiue figurare xp̄um cuius auctoritate funguntur. Hinc apoſtolus inquit ij. Corinth. v. Pro chriſto legatōne fungimur et. ij. Colo. ij. Si quid donaui in pſona xp̄i donaui. diciť eñ de peni. di. iij. §. ſi quem. Quem ſacerdos iudicat: deus iudicat cuius pſonam in eccleſia gerit. Hoc modo repñtationis dicitur vicarius repñtare ep̄m: legatus papam cuius vices gerit. vt in. c. ſane. de offi. delega. et ita papa xp̄m in tantū vt dicit Hoſtiē. in. c. quāto. extra de tranſla. prela. ꝙ pape ⁊ chriſti idem dicať eſſe conſiſtoriū. Et idem ſatis apte colligitur ex illo quod ait Origenes ⁊ inducitur in glo. conti. ſuper Mattheū. xvi. capi. Uide quantā ptātem habeat petra ſup quaꝫ fundatur eccleſia vt eius iudicia maneāt firma quaſi deo iudicante per eam. Hoc autem modo repreſentationis ſiue figurationis non poteſt dici ſine errore ꝙ Petrus ſignificauerit eccleſiam: quoniam ipſe cum non ab eccleſia poteſtatem acceperit: ſed a chriſto immediate: vt ſupra monſtratum eſt et habetur in. c. ſacroſancta. diſtinctione. xxij. non eccleſie ſꝫ chriſti vices gerit: et non eccleſie ſed chriſti legatione fungitur: non eccleſie ſed chriſti vicarius eſt ſicut cuius auctoritate fungitur. Et ideo hoc modo figurationis non eccleſie ſed

xp̄i in eccl̄ia romanus pōtifex repreſentat ꝑ
ſonam. Quarto modo dr̄ quis alium repreſen
tare cuius nomine aliquid accipit aut agit: ſi
cut ꝓcurator in contrahēdo matrimoniū per
verba de pn̄ti rep̄ntat ꝑſonam domini cuius
nomine cōtrahit. vt in. c. vlti. de ꝓcura. li. vi.
vnde is dicit̄ agere cuius nomine agit̄. Item
canonicus dicit̄ rep̄ntare ꝑſonam canonici q̄
intereſſe nō potuit in cauſa electionis et ſibi
commiſit vicem ſuam in eligēdo. In quo ca
ſu iſte poterit eligere vnū ex ꝑſona ſua ⁊ aliū
ex perſona mandantis quā repreſentat. Hoc
autem modo rep̄ntationis aut figurationis
non poteſt dici ſine graui errore ꝙ beatus pe
trus quādo claues accepit eccl̄iam ſanctaꝫ ſi
gnificauit quo tamen errore multi aduerſari
orum inuoluūtur. Illud tamen patet manife
ſte ex eo: quia cum qui ꝓcuratorio ſolū nomie
agit aut accipit nihil auctoritatis aut digni
tatis ſibi acquirat ſed tm̄ illius cuius nomie
aut accipit vel agit. ſequeret̄ ꝙ beatus petrꝰ
ex collatione clauiū ſibi facta non ſolum pre
ceteris apoſtolis nihil habuiſſet auctoritat̄:
ſed ꝙ nullum penitus ius poteſtatis ſibi eſſꝫ
acquiſitum ſed tantū eccleſie quam figuraſſe
dicit̄. Item nec ex collatione clauiū aliquod
dignitatis nomen vt ꝙ eſſet caput eccl̄ie aut
princeps ac paſtor ſiue papa eſſet ſibi acqui
ſitum: ſed tantū eccleſie cuius nomine dicit̄
claues accepiſſe. Que omnia eē heretica ma
nifeſtum eſt cum ſint cōtra ſacrā ſcripturam
expreſſe et fidem ſanctoruꝫ patrum ac ſacras
canonū diffinitiones ſicut ex ſuperioribus pꝫ
Quinto dicit̄ aliq̄d aliud figurare quod non
habet veritatem illius ſed ſimilitudinē ſolaꝫ
ſicut dicit̄ ꝙ agnus paſchalis ⁊ māna fuerūt
figura corporis chriſti vt inquit apoſtolus. i.
Corinth. xi. c. Et multa alia que in veteri te
ſtamento figura fuerūt eorū que in nouo per
xp̄ꝫ ſunt adimpleta. ſm̄ illd̄. i. Corinth. x. Hec
oīa in figura contingebant illis. Hoc autem
modo figurationis dici nō poteſt ſine errore
maximo ꝙ beatus Petrus claues ſuſceperit
in figura. quia cum figura diſtinguat̄ hoc mo
do contra veritatē ſicut vmbra cōtra corpus
ſequeret̄ ex illo ꝙ petrus nō vere ſed figurat̄r
claues recepiſſet. Quod nō modo falſum eſt
ſ; etiā hereticū cum manifeſte ſit contra illud
Matth. xvi. Tibi dabo claues regni celoruꝫ
et quodcūqꝫ ligaueris ⁊c. Sexto dicit̄ aliq̄s
in receptione alicuius beneficij gratie aut au
ctoritatis alium vel alios figurare in quē vel
in quos deriuanda eſt ex intētione donantis
talis gratia aut auctoritas: ſicut qui a rege ac
cipit caſtrū ꝓ ſe et ab eo deſcendētibus dicit̄
in receptione caſtri figuraſſe oēs ab eo deſcē
dentes. Hic aūt figurationis aut repreſenta
tionis modus cōuenit beato petro in clauiuꝫ
receptione. Nam cum dn̄s vt ſupra dictū eſt
claues quas petro dedit voluerit in eccleſia
vſqꝫ in finē ſeculi ꝑmanere. manifeſtuꝫ eſt ꝙ
petrus nō tantū ꝓ ſe ſed etiam ꝓ omnibus in
quos eēt deriuāda clauiū poteſtas claues ac
cepit. Unde beatus Ambroſius dicit ꝙ oēs
ſacerdotes in petro claues ſuſcepimus. ⁊ Au
guſtinus in ſermone ꝙ in vno petro figura
batur vnitas omniū paſtoꝝ. Hoc etiā modo
figurationis eſt intelligendum. c. quodcunqꝫ
xxiiij. q. i. vbi dicit Auguſtinus ꝙ beatus pe
trus quādo claues accepit eccl̄iam ſanctam
figurauit nō quidē tamen in omnibus mem
bris ſed vt inquit glo. videlicꝫ in epiſcopis et
preſbyteris. Hoc etiā modo eſt accipiendum
quod Archidyaconus ſuꝑ illud. c. quodcūqꝫ
dicit: ꝙ nomine ⁊ ſigno eccl̄ie petrus claues
accepit: quia non tm̄ accepit nomine ſuo ſed
omniū eorum in quos per totam eccleſie po
ſteritatem eſſet clauiuꝫ poteſtas deriuanda.
Septimo dicit̄ aliquis alium figurare ſiue re
preſentare in cuius honore ſuccedit pariter ⁊
dignitate. Hoc modo epiſcopi dicunt̄ figurā
gerere apoſtoloꝝ. ⁊ preſbyteri. lxxij. diſcipulo
rum. iuxta glo. Luce. x. ⁊ iuxta. c. in nouo. diſt.
xxi. vnde ſucceſſor intelligit̄ vna ꝑſona cum
predeceſſore. vt in. c. quoniā abbas. in glo. ſu
per verbo ſubſtitutū de offi. dele. Hoc autem
modo figuratōnis nullo modo dicendū eſt ꝙ
petrus ſignificauerit eccl̄iam ſed xp̄m cuius
locum tenuit ⁊ vices geſſit in terris. ſic roma
nus pontifex repreſentare dicit̄ et xp̄m cuius
vicarius eſt et petrū cui in honore ⁊ ꝑncipatu
ſuccedit. Hinc beatꝰ Bernardus ad Eugeni
um papam ſcribens inter alia dicit. Tu pote
ſtate Petrus: vnctione chriſtus. Octauo di
citur princeps repreſentare prouinciam. rex
regnū. caput corpus. et epiſcopus eccleſiam.
dicūtur autem principes continere populos
quibus preſunt. vnde Sapientie. vi. dicitur.
Audite reges. glo. interli. prelati: intelligite
iudices finium terre: prebete aures vos qui
continetis multitudines. vnde ⁊ beatus Au
guſtinus libro queſtionū veteris ⁊ noui teſta
mēti dicit de beato petro ꝙ ſicut in xp̄o oēs
erant cauſe magiſterij ita poſt ſaluatorē om
nes in petro continētur ip̄m enim conſtituit
caput vt paſtor eſſet gregis dominici: hec Au
guſtinꝰ. Hinc etiaꝫ dicit beatus Ambroſius
ꝙ nomine ſenioris vnde ceteri pendent tota
domus intelligitur. Hac etiam ratione vt di
citur nono Ethicorum: quod rector ciuitatis

facit dicit̃ tota ciuitas facere. Et ſimili ratio- ne q̄d papa facit dr̄ eccleſia facere: vt in.c.pia extra de except̃.li.vi. Hac etiā ratione cū pa- pa ⁊ prelati maiores eccleſie cōgregant̃ dicit̃ vniuerſalis eccleſia cōgregari: ⁊ que ibi ſtabi lita ſunt vniuerſali conſenſu dicūtur firmata: iuxta.c.ſicut.di.xv. Nono aliquis dicit̃ aliū fi- gurare ſicut concilium ciuitatis dicitur repre ſentare totum populū: vt ſenatus populū ro- manū ſic habet glo.iuris ciuilis ſup rubrica: q̄ ſit lon.conſue. Hoc autem modo figuratōnis ſiue repſentationis conſiſtorium dominorum cardinaliū quod eſt quaſi ſenatus vniuerſalis eccleſie: iuxta.c.eccleſia.xvi.q.i.dicitur repre- ſentare vlem eccleſiam. Decimo dicit̃ aliq̄s repreſentare alios ſicut capitulū perſonā epi ſede vacante in oibus caſibus notatis in.c.in his.⁊ in.c.cum olim de maiori.⁊ obe.⁊ in.cap̄. eps̄.⁊ in.c.vlt. Hoc modo dominoꝝ cardina- liū collegiū dicit̃ repreſentare papam ſede va cante in aliq̄b⁹: vt in.c.in nomine dn̄i.di.xxiij. ⁊ in.c.ne Romani.extra de elec.in clemen. et in caſu in neceſſarijs quoꝝ expeditio ſine grā di piculo expectare nō poſſet creationez ſum- mi pontificis vt notant doctores ibidē. His notatis facilis patet reſpōſio ad ſingulas au- ctoritates inductas per aduerſarios ⁊ ad oēs eis ſimiles vt patet per ſingulas diſcurrendo

Ad primā aucto ritatem

Ad primam ergo que eſt beati Aug. ſuper Joh.⁊ ponitur in.c.q̄dcunq̄.xxiiij.q.i. dicim⁹ q̄ hmōi dicti Auguſtini non eſt intelligentia quā aduerſarij ptendūt ⁊ in qua pro maiori p- te fundāt ſomnia ſua: quoniā ſicut ſepe repeti tum eſt beatus Petrus nō ita nomine aut ſi- gno eccleſie dicit̃ claues ſuſcepiſſe tanq̄ pcu rator aut ſindicus eius cū ipſe pre ceteris om nibus tanq̄ caput plenius ea ſuſceperit: nec etiam cum claues ſuſcepit ſignificaſſe eccleſi- am in omnibus membris eius: quia hoc eſt de riſorium: ſed tm̄ in principalioribus: videlicet epis ⁊ pbris vt ſupra cōmemorauimus. Sed vera ⁊ ſana intelligētia illi⁹ dicti iuxta catho licam fidē hec eſt: q̄ data eſt Petro poteſtas clauium nō tm̄ pro ſe ſed etiā vt ſignificāti et figuranti vniuerſos eccleſie prelatos in quos eius poteſtas deriuāda eſſet: queādmodū qui ſuſcipit a rege caſtrum aut aliquam poteſtatē in aliqua ciuitate pro ſe ⁊ ab eo in recta linea deſcendentib⁹ dicit̃ in figura omniū taliuz ca ſtrum aut poteſtatem ſuſcepiſſe. Ita in ppoſi to: quia Petrus p ſe ⁊ omnibus eius ſucceſſo ribus legitime intrantibus atq̄ prelatis futu ris in eccleſia claues accepit. Petrus cuz cla- ues accepit dr̄ eccleſiam ſignificaſſe ſiue noie aut ſigno eccleſie in principalioribus ſcz eius membris epis ⁊ pſbyteris. Q vero hec ſit in telligētia Auguſtini colligere poſſumus ex multis. Primo ex ipā lrā Aug. integre dedu- cta. dicit em̄ btūs Aug. ſup Joh. ſmone. xlix. ſup illo v̄bo. Me aūt nō ſemp habebitis. ſic intelligendū eſt. me aūt nō ſemp habebit̃ no- li expaueſcere Jude dictuz eſt. quare nō dixit habes ſed habebit̃: q2 nō vnus eſt iudas: vn⁹ malus corpus maloꝝ ſignificat: quō petr⁹ cor pus bonoꝝ corpus eccleſie. in vno corpus ec- cleſie ſed in bonis. nam ſi in petro nō eſſet ec- cleſie sacr̄m nō ei diceret dn̄s. Tibi tradā cla- ues regni celoꝝ quecūq̄ ſolueris in terra ſolu luta erūt in celo: ⁊ que ligaueris in terra liga- ta erūt ⁊ in celo. ſi hoc petro tm̄ dictum eſt nō hoc facit eccl̄ia. ſi aūt ⁊ in eccl̄ia fit vt que in terra ligant̃ ligent̃ ⁊ in celo: ⁊ que ſoluunt̃ in terra ſoluant̃ in celo: quia cū excōicat ecc̄leſia in celo ligat̃ excōicatus. ⁊ cuz reconciliat̃ ab eccl̄ia in celo ſoluit̃ excōicatus: ſi ḡ in eccl̄ia fit: petrus quādo claues accepit eccl̄iam ſan ctam ſignificabat: ſi in petri perſona ſignati ſunt in eccleſia boni. in iude pſona ſignati ſūt in eccl̄ia mali: ipis dictū eſt. Me aūt nō ſem- per habebitis: hec Augu. Ex q̄bus manifeſte colligit̃ q̄ intētio Aug. nō ſit quaz aduerſarij interp̄tant̃ ſed ea quā nos explicauimus. Se cundo hoc idem pz ex eo q̄ idem btūs Augu. dicit in homelia. xiij. de v̄bis dn̄i tractās illd̄. Abſit a te dn̄e ne fiat iſtud. vbi ita inquit. In eo q̄d dixit petrus. Tu es xp̄us filius dei viui: firmos ſignificat. in eo q̄ trepidat ⁊ titubat ⁊ xp̄m pati nō vult mortē timendo vitaz nō co gnoſcendo infirmos eccleſie ſignificat. In il- lo ergo vno apoſtolo. i. petro in ordine aploꝝ̄ pmo ⁊ pcipuo in quo figurabat̃ eccl̄ia: vtrūq̄ genus ſignificandū fuit firmi ⁊ infirmi: quia ſine vtroq̄ nō eſt eccleſia: hec Aug. Ex quib⁹ verbis clariſſime colligit̃ q̄ petrus ſignificā do eccl̄iam aliquādo figurabat eaz quo ad ali quos tm̄ nō quo ad om̄s. ⁊ ita in ppoſito Pe- trus quādo claues accepit eccl̄iam ſanctaz ſi gnificauit nō quo ad oēs de eccl̄ia ſed quo ad aliquos tm̄: videlz ſucceſſores eius ⁊ alios p- latos in eccl̄ia ſancta futuros in quos ab co deriuāda erat ipſa clauiū ptās. Tertio q̄ hec fuerit ſnīa Aug. ptz p Archi. q̄ exponēs illud verbū. Si hoc tm̄ petro dictū eſt. ita dicit. Id eſt vt eius pſonā nō tranſgrediat̃ non h̄ facit eccl̄ia: i. eius auctoritas: hec ille. Plane hec ē argumētatio beati Aug. vt iſte exponit: ſi po teſtas data petro ſoli ei data fuiſſet ita q̄ ei⁹ pſonam non tranſgrederet̃. pfecto poteſtas ligandi et ſoluendi in eccleſia non eſſet cuz ḡ in eccleſia ſit: quia continue per prelatos ſit

ligatio et abſolutio. ſequit manifeſte ꝙ petr⁹ qñ claues ſuſcepit ecclıam ſanctã in prelatis ſuis ſignificauit. Ex qbus oibus pꝫ ꝙ auctas illa nõ fauet aduerſarijs. Ad ſcðam aucte que eſt eiuſdẽ beati Augu. in ſmone quodam apoſtolorũ petri ⁊ pauli. rñdet ꝙ bene intellecta in nullo fauet aduerſarijs. Nam quod in pmis dicit ꝙ ſolus petrus vniuerſalis eccłie geſtabat pſonã. verũ eſt qm̃ cum ipe ſolus int apoſtolos eſſet pnceps et caput ordinatus a xpo totius eccleſie: ipſius ſolius erat vniuerſalis eccleſie geſtare perſonã: ſicut ſupra expoſuimus in octauo modo repñtatõnis. Et ex h magna excellẽtia cõmendat beati petri vt infra dicet. Quod vero pnter dicit ꝙ claues nõ vnus homo ſed vnitas acceperit eccłie: verũ dicit ad hunc intellectũ: qm̃ petrus nõ ſingulariter p ſe tm̃ claues accepit quod deſignat verbum: nõ homo vnus ſed etiã p oibus futuris platis intra tñ vnitateꝫ eccłie cõſtitutis: quod deſignat verbum: ſed vnitas accepit eccleſie: vt infra plenius declarabit. Quod vo ſubiũgit: hinc petri excellẽtia cõmendat: qa ipſius vnitatis et vlis eccleſie figuraꝫ geſſit: qñ ei dictũ eſt. Tibi dabo claues regni celoꝝ. quod omnibus traditũ eſt verũ dicit ad intelligentiã dataꝫ: videlꝫ in ſucceſſoribus ⁊ alijs platis eccleſie. Quod aũt ſubinfert ꝙ eccłia ſuſcepit claues qñ dixit dñs apoſtolis. Quorum remiſeritis ⁊c. verũ eſt ad intellectũ datum: nõ ſcꝫ in omnibus mẽbris ſuis. s in illis et eoꝝ ſucceſſoribus quib⁹ dictũ eſt. Quoꝝ remiſeritis pctã ⁊c. Clariſſimũ eſt autẽ ꝙ illud nõ poteſt cũ veritate intelligi dictuꝫ omnib⁹ fidelib⁹ diuiſim aut cõiunctim pſideratis: s tm̃ diſcipulis xpi: ſicut ſupra plene oſtenſum eſt. Et lꝫ iſta ſufficiãt p auctoritate pfata: nihilomin⁹ p plenıori intelligẽtia mẽtis beati Auguſtini in illa aucte ⁊ ſimilib⁹ eſt ſcienduꝫ ꝙ duo errores pncipales circa claues eccłie pnicioſiſſimi fuerũt quos btũs Auguſtin⁹ in multis libris ſuis ſummo ſtudio confutare et eradicare curauit. Unus error fuit Nouatianorum qui vt dicit ſanctus Thomas in tertia parte. q. lxxxiij. ar. x. negabant pniam poſt baptiſmũ dicẽtes nullaꝫ apud ſacerdotes facultatem eſſe abſoluẽdi a peccatis. Iſtum errorẽ tangit btũs Auguſtinus ⁊ impugnat viriliť libro pmo de peni. vbi in pncipio. ij. c. ita dic. Sunt quidã qui credũt vſqꝫ in baptiſmũ proficere poſtea peccãtibus caſſam perſeuerare. Item in pncipio. iij. c. dicit ſic. Adhuc ſunt q reclamant non eſſe peccatorum remiſſionem baptizatis. Ad quem errorem radicitus eradicandum beatus Auguſtinus vtpote ſubtiliſſimus argumẽtator niſus eſt oñdere ꝙ non ſoli pſone petri claues date ſint ſed in Petro etiam date ſint toti poſteritati eccleſie in prelatis ipſius eccleſie. vnde in. c. xl. prefati libri dicit ſic. Scimus aũt ⁊ pmos patres ⁊ in omni tempore eccleſiã dei ſemp vſqꝫ ſeptuagieſſeptıes quod eſt ſemp peccata dimittere: quaꝫ poteſtatẽ iſti ab ecłia auferre conant. Ceterũ de errore iſtoꝝ in fine. lib. ij. de agone xpiano ſic dicit. Nec nos audiamus qui negãt eccleſiam dei omnia peccata poſſe dimittere: itaqꝫ miſeri dum in petro petrã nõ intelligãt ⁊ nolunt credere claues regni celoꝝ eſſe datas eccleſie ipſi eas de manibus amiſerũt: h Augu. Hoc tñ ſicut ſepe repetitũ eſt nõ eſt ſic accipiendum ꝙ ipa vniuerſalis eccleſia que dicit omniũ fidelium collectio in alijs membris ꝙ in ſacerdotibus hanc habeat poteſtatem dimittẽdi peccata. ſed ita ꝙ toti poſteritati eccleſie in ſacerdotibus date ſint claues eccłie. Secũdus error fuit eoꝝ qui in hereſi ⁊ ſciſmate cõſtitutos ⁊ ita ab vnitate eccleſie diuiſos dicunt ligare et abſoluere poſſe a peccať. qui error eſt cõmunit omniũ ſciſmaticorũ. Cõtra quem erroreꝫ beatus Auguſtinus in prefato tractatu de penitẽtia oſtẽdere volẽs neceſſariam eſſe vnitateꝫ eccleſie tam ad vſum ꝙ ad fructum conſequẽdum clauiũ ita inquit. Nemo penitere digne poteſt quem nõ ſuſtineat vnitas eccleſie: iõqꝫ non petat ſacerdotes ab vnitate eccleſie diuiſos: hec ille. Ad deſtruendum ergo errorẽ primũ dicentẽ nullã in eccleſia apud ſacerdotes facultatẽ eſſe remittẽdi peccata dicit Auguſtinus. Petrus quando ſuſcepit claues vniuerſitatis eccleſie in prelatis. ſcꝫ ⁊ ſacerdotibus figurã geſſit. Ad excludendum vero ſecundũ errorẽ dicentem apud diuiſos ab eccleſie vnitate claues eſſe eccłie dixit beatus Auguſtin⁹ ꝙ petrus quãdo claues accepit etiã geſſit figurã vnitatis eccłie. Et ita patet que fuerit intelligẽtia beati Auguſtini in dictis ſuis. Or aũt illa fuerit etiam oſtendit ex pceſſu quo beatus Ambro. vſus ẽ in cõfutatione pfatorum errorum in libro ſuo de penitẽtia. vbi in. c. ij. ita dicit. Sed aiũt. ſ. Nouatiani ſe dño deferre reuerentiaꝫ cui ſoli remittendoꝝ criminũ prãtem reſeruãt. immo nulli maiorẽ iniuriã faciunt ꝙ qui eius volũt mãdata reſcindere caſſum munus reſundere id eſt euacuare. Nam ipſe cũ in euangelio ſuo dixerit. Accipite ſpm̃ſanctũ ⁊ cui dimiſeritis peccata dimittunt ei ⁊ cui retinueritis detẽta ſunt. quis magis hoc honorat vtrũ q mandatis obtemperat an qui reſiſtit: eccleſia in vtroqꝫ obſeruat obedientiam vt peccatum ⁊

alliget et relaxet: hereſis in altero immitis in altero iobediēs vult ligare quod nō reſoluat nō vult ſoluere quod ligauit: in quo ſe ſuamqȝ damnat ſniam: dn̄s em̄ par ius et ſoluēdi eſſe voluit et ligādi qui vtrūqȝ pari rōne permiſit ergo qui ſoluēdi ius nō habet nec ligandi habet. Ita iſtoꝝ aſſertio ſeipam ſtrāgulat: ⁊ q̄a ſoluēdi ſibi ius negāt negare debeāt ⁊ ligādi quomodo poteſt alterū licere et nō licere alterum. q̄bus vtrūqȝ datur vtrūqȝ licere manifeſtum eſt aut vtrūqȝ nō licere certū eſt. eccl'ie autem vtrūqȝ licet: hereſi aūt vtrūqȝ nō licet: ius em̄ hoc ſolis ꝑmiſſum eſt ſacerdotib⁹. Recte ergo eccl'ia vtrūqȝ vendicat que veros ſacerdotes habet: hereſis vēdicare nō poteſt q̄ ſacerdotes dei nō habet: hec Ambroſius. Ex quibus omnibus patet tam que fuerit mens beati Auguſtini in p̄fatis auctoritatibus q̄ ꝙ p̄fate auctoritates nihil faciūt ad ꝓpoſitū aduerſarioꝝ.

Ad tertiam

Ad tertiā auctem que eſt bti Auguſtini libro de vnico baptiſmo ptȝ rn̄ſio ex dictis: qm̄ omnes ille auctoritates bti Auguſtini eandē intelligentiā habent. pſuadere em̄ intēdit duas cōcluſiones cōtra duos prefatos errores. Prima ꝙ claues ſint apud ſacerdotes in eccleſia et eſſe debeant per totaȝ poſteritatē eccl'ie vſqȝ in fineȝ ſeculi ⁊ hoc cōtra primū errorem. Secūda cōcluſio ſua eſt ꝙ claues nō ſint apud om̄s ſed tm̄ apud conſtitutos in vnitate eccleſie. ⁊ hoc contra ſecūdū errorē. Iſte due cōcluſiones ſequunt̄ ex h̄ q̄d dicit ꝙ apoſtoli quādo eis dictū eſt. Quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c. pſonā eccl'ie geſtabāt quia ſi pſonam eccleſie geſtabant tunc ſequitur ꝑmo ꝙ nō tm̄ ꝓ ſeipſis ſed ꝓ ſuis ſucceſſoribus erat eis dictū a domino. Quoꝝ remiſeritis ⁊c. ⁊ ſic error ꝑmus eliditur. Preterea ſecundo ex hoc ꝙ pſonam geſtare dicūt̄ eccleſie quādo eis dictū eſt. Quorū remiſeritis ⁊c. cum eccleſia ſit vna extra quā nō eſt ſalus: ſequit̄ neceſſario ꝙ claues nō ſint niſi apud in vnitate eccleſie cōſtitutos: ⁊ ſic deſtruitur ſecundus error. Et hoc eſt quod dicit ꝙ cū illis dictum eſt. Quoꝝ remiſeritis ⁊c. ideȝ eſt ac ſi ipi eccleſie diceret̄. Pax eccleſie dimittit peccata ⁊c. Et hoc eſt quod ideȝ Auguſtinus dicit in libro de remiſſione peccatoꝝ. ⁊ habetur in. c. eccleſie charitas. de conſecra. diſtin. xl. ꝙ eccleſie charitas dimittit peccata. Dicit̄ aūt vnitas ſiue charitas eccleſie dimittere peccata: quia nec confitens conſequit̄ fructum clauium nec miniſter habet earum executionem niſi intra vnitatem eccleſie fuerint ambo cōſtituti: vt in. c. dicim⁹. ⁊ in. c. ſciſma. xxiiij. q. i.

Ad quartam

Ad quartā auctoritatem Auguſtini ſuper Ioh. in ſermone vt dicit̄. c. vlt. reſpondetur ſicut ad ſuperiores auctoritates dictū eſt: ꝙ verum eſt ꝙ qn̄ petro dictū ē. Tibi dabo claues ⁊c̄. vniuerſaȝ ſignificabat eccleſiā ad itelligētiam datam ſuperi⁹. ſ. nō in omnibus eius mēbris ſed in principaliorib⁹ ſolū. ſ. epis ⁊ pb̄ris. Et ſi dicatur ꝙ Augu. dicit vniuerſam ſignificabat eccleſiā: ergo in omnibus. Reſpōdetur ⁊ eſt bene notandū in hm̄ōi auctoritatib⁹ bti Auguſtini: ꝙ vniuerſitas importata nomine vniuerſe eccleſie nō eſt vniuerſitas membroꝝ eccleſie vt fiat diſtributio pro ſingl'is mēbris eccleſie aut pro ipſa cōmunitate fidelium: qm̄ vt in ſuperioribus apertiſſime demonſtratuȝ eſt: ipoſſibile eſt ꝙ que petro dicta ſunt de clauibus eccleſie ſiue diuiſim ſiue coniūctim conſideratis cōueniant. ſed eſt vniuerſitas locoꝝ ⁊ ſucceſſionis ſiue decurſus etatis eccl'ie. Unde eſt ſenſus ꝙ quādo petr⁹ claues accepit accepiſſe deſignetur etiā pro omnib⁹ ſucceſſoribus ſuis ⁊ alijs eccleſie prelatis nō tm̄ in vno loco aut ꝓuincia vna aut vno tēpore ſȝ in vniuerſo orbe ⁊ per totam etatē eccleſie. ſ. vſqȝ in finem ſeculi ⁊ hoc eſt vniuerſaȝ figurare eccleſiam. ⁊ hoc modo accipit vniuerſitatem glo. Mat. xvi. cuȝ ait. ꝙ claues date ſunt omni eccleſie in epis ⁊ pb̄ris. De hoc modo vniuerſalitatis loq̄tur idem beat⁹ Aug. homelia. vi. ſuper Apoc. exponēs illud. Stelle ceciderūt in terrā. ita dicēs. Hoc eſt ſtelle eccleſie: ſed a toto pars intelligit̄. nō enim tota eccleſia ſȝ qui mali ſunt in eccleſia ipſi cadunt de celo. Totā aūt dixit: q: in toto orbe terrarum erit perſecutio magna ⁊ tūc qui iuſti fuerint manebūt in eccleſia tanq̄ in celo. Hec ille. Iteȝ ſup. i. can. Ioh. in tractatu quarto inquit. Totus mūd⁹ xp̄ianus eſt ⁊ totus impi⁹: per totum em̄ mūdum impij ⁊ per totū mundū pij. Ecce ꝙ totalitas eccleſie nō accipitur ibi a totalitate ſiue vniuerſitate mēbroꝝ ei⁹ ſȝ a totalitate locorū. Et ita in ꝓpoſito noſtro plane viſuȝ eſt nobis ꝙ iaduertētia hui⁹ diuiſionis vniuerſitatis dedit occaſionē magnā aduerſarijs male intelligendi multa dicta ſctōꝝ patrū ⁊ maxime Augu. de vl'i ſiue de vniuerſa eccleſia loquentiū.

Capitulū. lxxvi. In quo rn̄detur ad auctoritates et rōnes fundatas in quarta ſuppoſitione.

Cap. LXXVI

Conſequenter reſtat videndū de ſuppoſitōe quarta aduerſarioꝝ ⁊ de auctib⁹ q̄s inducunt in fauorē eoꝝ. Suppoſitio quarta eoꝝ eſt ꝙ que dicūtur apud ſctōs doctores eſſe in eccleſia aut data eccleſie vl'i intelligant̄ data eccleſie vt vniuerſitati ſiue in

Ad quartaȝ ſuppoſitionē poſitaȝ ca. lxx.

omnibus eius mēbris ſimul iūctis. Plane ꝙ iſta ſuppoſitio nō ſolū eſt falſa ſed etiā deriſoria ſit: ſatis vnuſquiſq; ex ſupradictis intelliget. maxime vbi improbādo aduerſarioꝝ poſitionē oſtēdimus multa fore que in eccl'ia eē aut eccleſie data dicunt᷑ que nullo modo ipſi cōmunitati eccl'ie in oībus mēbris ſuis cōuenire poſſunt: immo illa cōitati attribuere illo modo eſſet oīno ſtultū. Na3 ſicut in ſuperiorib⁹ diximus quēadmodū in corpe naturali hoīs ad cuius ſimilitudinē eccl'ia corpus noīat᷑ aliq̄ data ſunt corpori ſic in vno mēbro ꝙ non in alio mēbro nec in oībus ſimul: ſicut viſus datus eſt homini in oculo. auditus in aure. odoratus in aurib⁹: ita ꝙ nō in alijs. ita eſt in corpore eccleſie multa data ſunt eccl'ie ſicut ſunt gratie: q̄ grē gratiſdate dicunt᷑ de q̄bus apl's ad Roma. xij. ⁊ .i. ad Corinth. xij. ⁊ ad Ephe. iiij. quas ſupra cōmemorauimus q̄ nō ſunt ita corpori eccl'ie date vt oībus mēbris ei⁹ ſimul cōueniāt ſed tm̄ aliq̄bus alique ⁊ alijs alie. dicente eodē apoſtolo. Diuiſiones gratiarū ſūt vt ſuperius plene oñdimus. Falſa ẽ eſt ſuppoſitio illa aduerſarioꝝ nec ꝓbatio eoꝝ eſt alicuius apparētie cū dicunt ꝙ eccl'ia ſit nomē collectiuū: q: ex hoc nō ſequit᷑ ꝙ quicq̄d dicatur eſſe in eccleſia aut datū eccl'ie ꝙ cōueniat omnibus mēbris eius ſimul collectis. vñ Apl'us ꝑme Corinth. xij. Si totu3 corpus oculus vbi auditus? ſi totū corpus auditus vbi odorat⁹? Ueritas ergo eſt ꝙ multa ſūt data eccl'ie aut in eccl'ia eſſe dicunt᷑ aut ꝙ eccl'ia illa habeat: que tm̄ nō in oībus mēbris ſimul collectis h3: ſed in q̄buſdā tm̄. Quib⁹ habitis dicendū eſt ad ſingulas auc̄tes q̄ ex aduerſo inducunt᷑

Ad primā auctoritatem — Ad primā que eſt de. c. oībus. xxiiij. q. i. rñdetur ꝙ verū eſt ꝙ eccl'ia claues recepit ⁊ hoc nullus xp̄ianus negat: ſed d᷑ ꝙ nō in omnibus eius mēbris ſed tm̄ in q̄buſdā. ſ. epīs ⁊ pb̄ris ſicut ſepe cōmemoratū eſt.

Ad ſcd̄am — Ad ſecundā q̄ eſt Aug. de doctrina xp̄iana: rñdet᷑ eode3 mō cōcedēdo ꝙ xp̄s dedit eccl'ie ſue claues vt q̄ ſoluerct in terra ⁊c. ſ3 iſtas claues dedit ſicut diximus nō in oībus eius mēbris ſed in ꝑncipalioribus. ſ. epīs et pb̄ris.

Ad tertiam — Ad tertia3 que eſt eiuſdē Augu. ſup cañ. Jo. rñdet᷑ eodem modo

tas ſponſe cōuenit etiam pſone pape ſi ſit in amore xpi. Unde ipſe Bernardus in ſmone de nuptijs dicit ſic. Spōſa xpi ipi nos ſumus et omnes ſimul vna ſponſa ⁊ anime ſingulorum ſingule ſponſe: hec Bernardus. Tertio quia ratio huius ſponſalitatis nō arguit ſuperioritatem auctoritatis de qua loquimur. de quo rationem ſupra aſſignauimus in ſuperiori. c. quia hoc reſpicit gratiam gratūfacientē cum ſponſa dicatur ꝓpter dilectionem. Ait enim Bernardus ſup Cant. homelia. lxxvij. Eccleſia dicit̄ ciuitas ꝓpter collectionem: ſponſa ꝓpter dilectionem: oues ꝓpter manſuetudinē; ſuperioritas autem et excellētia auctoritatis innitit̄ dono gratie gratiſdate. Et inde eſt ꝙ eccleſia dicit̄ ſponſa chriſti in omnibus membris que in chriſti amore florent. id eſt in his membris que numero ⁊ merito ſunt xpi membra vnde glo. ſuper illud. ij. Corinth. xi. Deſpōdi enim vos vni viro ⁊c. dicit: ꝙ eccleſia in omnibus veris membris virginitatem mētis ſeruat etſi nō corporis. et. j. Singulariter dicit virginem quia omnes ſunt vna ꝟgo ꝓpter fidei integre vnitatem ſolide ſpei ſincere charitatis Uirgo ſunt: quia a prauitate erroris ⁊ ab ope malo incontaminati. caſta: quia non habent eſtum male volūtatis: hec glo. Et nihilominꝰ eccleſia nō habet in omnibus iſtis poteſtatem clauium. quinimmo habet in multis que nō ſūt inter membra vera ſponſe ſed odiētium deum Eſſe ergo ſponſam chriſti licet arguat fidem per dilectionem operantem. Oſee ij. Sponſabo te mihi in fide. nō tamen arguit auctoritatem iuriſdictionis aut ſuperioritatē principatus. alias pſone ſancte que ſpōſe chriſti ſunt et vocant̄ ſuperiores eſſent ⁊ poteſtate et auctoritate iudicij multis prelatis qui ſunt peccatores: quod eſt error Ualdēſium. pſequētia ergo illa aduerſariorum: vniuerſalis eccl'ia eſt ſponſa chriſti. ergo ſuperior eſt auctoritate romano pontifice nulla eſt. vnde etiam tempore veteris legis eccleſia dicebatur ſponſa: ſicut in multis locis habetur in libro Cantico. et nihilominus Moyſes ſuperior erat auctoritate tota illa multitudine eccleſie: ſicut in ſuperioribus ſepenumero inductum eſt. Et cum dicitur ꝙ maior ſit poteſtas regiminis in ſponſa ꝙ̄ in paranympho: dicimus ꝙ verum eſt niſi ſponſus aliter ordinauerit ſicut factū eſt hic: quoniā ipe ſponſus ſcilicet chriſtus regimen et gubernationem ac curam ſponſe ſue romano pōtifice tanꝙ̄ vicario ſuo plene commiſit. Preterea falſum dicunt ꝙ papa non ſit etiam ſponſus eccleſie: ſicut ſuperius oſtendimus. c. xxvij. Unde Bonifacius in. c. quoniā. extra de imunita. eccl'. libro. vi. dicit. Nos iuſticiam noſtram ⁊ eccleſie ſponſe noſtre nolentes negligere.

Capitulum. xci. In quo reſpōdetur ad obiectionē decimā ſumptā ex eo ꝙ eccleſia errare nō poſſit.

Decimo obijciebatur ſic. Eccl'ia non poteſt errare ⁊ per cōſequens indeuiabilis eſt: papa errare poteſt ⁊ deuiare a rectitudine tam morum ꝙ̄ fidei. ergo eccleſia ē ſuperior pṫate ⁊c. Ad hoc reſpondētes dicimꝰ ꝙ ratio iſta nulla eſt: qm̄ hec argumētatio nullas vires habet: eccleſia vniuerſalis errare nō poteſt in fide papa vero ſic. ergo eccleſia ē maior ⁊ ſuperior poteſtate clauiū aut auctoritate iuriſdictionis romano pontifice. Cum em̄ vt ſupra diximus iſta pertineāt ad diuerſas gratias gratiſdatis: diſtincta nāq; eſt gratia confirmationis a gratia poteſtatis clauium: vna nō arguit aliam vt eſt manifeſtum. alias quicūꝗ eſſet in gratia confirmatus non modo claues haberet ſed etiam in clauiū poteſtate ſuperior eſſet omni non confirmato: quod abſurdum eſt ⁊ a fide vniuerſalis eccleſie alienū vnde iſte pſequētie aduerſariorum nō modo ſūt nulle ſ; etiam vidētur ſapere errorem. De hoc autem quod dictum eſt ꝙ eccleſia vniuerſalis errare nō poteſt in fide licet plura dixerimus libro primo. c. xviij. vbi apertiſſime declarauimus ꝙ in eccl'ia dei fides ſanctitas doctrina prelatio ⁊ ſacramenta vſq; in finem eſſent duratura: nihilominꝰ duximus hoc hic explicandum: qualiter iuxta ſanctorum patrum doctrinā ſit accipiendū: ꝙ eccl'ia errare poſſit. Dicimus autem hoc ꝙ in eccl'ia in fide ⁊ moribus errare nō poſſit ſic accipiendum eſſe: ꝙ deus ita aſſiſtet eccl'ie vſq; ad conſummationē ſeculi: vt nūꝗ̄ vera fides deficiat in ea: nullum em̄ erit tempus vſq; ad finem ſeculi in quo nō ſint aliqui etſi nō omnes qui veram fidē per dilectionem etiam operantē ſiue charitatem formatā nō habeant. Quod pulchre oſtendit Aug. ſup illud. ps. cviij. Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquaq; ſic dicēs. Ex ore ſuo quippe dicit ꝙ vnitas corporis loquitur in cuiꝰ membris etiam illi deputant̄ qui defecerunt ad horam negando: ſed penitēdo poſtea reuixerūt vel etiam martyrij quam perdiderunt palmā reparata confeſſione ſumpſerunt. Non igitur vſq; valde ſed ſicut quidam codices habēt nō vſq;quaq; hoc em̄ non omnimode ex ore petri in quo erat typus eccleſie ꝟbū veritatis ablatum eſt: qui etſi ad horam negauit timore turbatus: tamen flendo eſt reparatus ⁊ confiten

Cap. XCI videt decimo [illegible] Su. facto. c. lxxxi.

do poſtea eſt coronatus. totũ itaq; corpus xp̄i loquit̃.i.eccleſie ſancte vniuerſitas in quo toto corpore ſiue quia negantibus plurimis remanſerunt fortes qui vſq; ad mortem ꝓ veritate certamen certarẽt: ſiue quia ex his qui negauerunt multi reparati ſunt: nõ eſt ablatum ex ore eius verbum veritatis vſq; valde: hec Auguſtinus. De iſto etiam eccleſie priuilegio habet̃ Matth.xvi. vbi Petro xp̄s ita ait. Tu es petrus ⁊ ſuper hanc petrã edificabo eccleſiam meam: ⁊ porte inferi nõ ꝑualebũt aduerſus eam. glo. interli. nõ ſeparabũt eam a charitate mea ⁊ fide. Sup quo ꝟbo dominꝰ Archidyaconus in.c. ita dñs. diſtin.xix. ita dicit. Porte inferi peccata mortalia ſunt que dicũtur porte inferi: quia per ea paratus eſt aditꝰ ad inferos: hec aũt non ꝑualebunt contra eccleſiam ſic ꝙ nõ ſint aliqui boni ſemper in eccleſia. Uel porte inferi dicuntur hereſes ⁊ ſciſmata: q̃a ꝑ ea ſimiliter eſt aditus ad infernuʒ. hec ſimiliter nunq̃ contra eccl̃iam ꝑualebũt ſic vt eaʒ totaliter polluãt.xxiiij.q.i.a recta: h̃ ille. Item eodem modo exponit ſanctus Thomas in.iiij.di.vi. loquẽdo de baptiſmo vtrum poſſit dari ab hereticis: dicẽs ſic. Non requiritur fides ꝑſonalis offerẽtium ad baptiſmuʒ nec alicuius ꝑſone determinate ſed ſolum fides eccleſie militãtis: quaʒ nõ eſt poſſibile deficere totaliter deo ordinãte. qui dicit Mat. vlti. Ego aũt vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationem ſeculi.

Cap̃.xcij. In quo rñdet̃ ad vltimã obiectionẽ fundatam ſup illo Mat.xviij. Dic eccleſie.

Ca. XCII rñdens ad vndecimũ argumẽtuʒ factũ.c.lxxxi.

# r Eliquuz iam reſtat

vt vltime ſatiſfaciamꝰ obiectioni: qua aduerſarij potiſſime fulciunt̃ ad ꝓbandum ꝙ vniuerſalis eccleſia auctoritate et iuriſdictionis poteſtate ſuperior ſit romano pontifice dicentes ꝙ ad vniuerſalem eccleſiam ſicut ad ſupmum iudicem quilibet fidelis. ⁊ per ꝯſequẽs etiam romanus pontifex remittat̃. Ad quam reſpondẽtes dicimus hoc eſſe falſum. Et ad ꝓbationem quam faciunt ex illo Mat.xviij. Dic eccleſie: dicimus ꝙ auctoritas bene ⁊ catholice intellecta nõ facit ꝓ aduerſarijs. Alia nempe eſt intelligentia prefate auctoritatis iuxta ſanctorum ⁊ clariſſimorum doctorum interpretationem q̃ aduerſarij ꝑtendant. Pro cuius declaratione: quia hac auctoritate maxime aduerſarij armantur eſt notandum ꝙ illud dictum chriſti. Dic eccleſie exponitur dupliciter iuxta glo. ordina. ⁊ expoſitores. Primo ſic: dic eccleſie. ſcʒ tanq̃ iudici denũciãdo illi peccatũ fratris corrigẽdũ. Alio modo: dic eccleſie: id eſt coram eccleſia obiurga fratrem delinquentem: vt iuxta Hiero. in glo. ordi. deteſtationi eũ habeat: ⁊ qui non potuit pudore ſaluari ſaluet̃ opprobrijs. Quo notato faciemus q̃nq;. In primo probabimꝰ ꝙ expondo illud. Dic eccleſie: tanq̃ iudici ſc̃m litteralẽ ſenſum: ex quo ſolo efficax argumentum ſumitur vt inquit tam Dyo. q̃ Aug. per eccleſiam non poſſit vniuerſalis eccleſia per orbeʒ diffuſa intelligi. Secũdo probabimus ꝙ etiam per hoc dic eccleſie: nõ poſſit intelligi ad litteraʒ vniuerſalis eccleſia concilialiter cõgregata. Tertio ꝓbabimꝰ ꝙ per eccleſiã in predicta auc̃te ĩtelligatur prelatus. Quarto ſoluemꝰ ratões inductas cõtra hanc intelligentiam. Quinto oſtendemꝰ etiam ꝙ ex ſenſu litterali nõ poſſit recte intelligi illud. dic eccleſie: iuxta ſc̃daʒ expoſitionẽ qua exponit̃: id eſt coram eccl̃ia obiurga de vniuerſali eccleſia ſiue diſꝑſa ſiue ſynodaliter collecta.

Quinq; factur̃ principaliter

Circa primũ principale

Pro deductione omniũ iſtoꝝ preſupponimꝰ cum omnibꝰ ſacre ſcripture doctoribꝰ: ꝙ correctio fraterna de q̃ in p̃fata auctoritate datur generalis doctrina cadit ſub precepto. Qua ſuppoſitione poſita ſit iſta concluſio. Per eccleſiã cui tanq̃ iudici precipitur denũciari cuiuſlibet fratris delinquẽtis peccatum: ex ſenſu litterali aut ex intentione xp̄i nõ poteſt accipi eccleſia vniuerſalis ꝑ orbem diffuſa. Iſta cõcluſio ꝓbatur multipliciter. Et primo ſic. Nullus poteſt intelligi recte aſſignatꝰ ab aliquo ſapiẽte iudex in cauſa aliqua cui eſt impoſſibile vel quaſi: denũciari culpaʒ delinquẽtis. hoc eſt manifeſtũ: q2 talis fruſtra aſſignaret̃ iudex. ſed eccl̃ie vniuerſali diſperſe ꝑ orbem non eſt quaſi poſſibile ſimul denũciari poſſe peccatũ cuiuſlibet fratris delinquẽtis: vt patet. ergo ex intentione xp̄i ſapiẽtiſſimi legiſlatoris nõ poteſt intelligi ꝑ eccleſiam cui tanq̃ iudici eſt denuncianda culpa delinquẽtis fratris vniuerſalis eccleſia ꝑ orbem diſperſa. ꝯñā eſt bona. Et cõfirmatur. Tum q2 de rõne legis eſt ꝙ ſit poſſibilis: vt in.ca. erit aũt lex. di.iiij. dicit Iſid. Tum q2 vt inq̃t Hiero. anathema ſit qui deũ dixerit aliquid ĩpoſſibile precepiſſe. Secũdo ſic. ad nullũ tanq̃ ad iudicẽ ſapiens legiſlator remittit aliquẽ q̃ nõ poteſt exire in actum ſiue exercitiũ iudicij audiẽdo querelas: condẽnando reum: vel abſoluendo innocentẽ: ⁊ iſta videtur manifeſta. ſed vniuerſalis eccleſia per orbem diffuſa nõ poteſt exire in actum iudicij vt eſt manifeſtũ: cuʒ non eſſet in vno loco congregata. ergo legiſlator chriſtus nullum hominem remittit ad eccleſiam vniuerſalem que per orbem diffuſa eſt

tanꝙ̄ ad iudicem. ergo per eccl'iam de q̄ xp̄us
in euāgelio inquit. Dic eccleſie: nō poteſt vere
intelligi eccleſia vniuerſalis. Tertio ſic. vni⸗
uerſali eccleſie que dicit᷑ collectio oīm fideliū
nec in ſingulis mēbris nec in omnibus ſimul
vt vniuerſitati ſunt date claues regni celorū
aut poteſtas eccleſiaſtice iuriſdictiōis vt ma
nifeſta luce oſtēdimus in ſuperioribus. ergo
ad eam vt ad iudicem nullus remittit᷑. ꝯñtia
eſt bona: quoniā cuius nō eſt potētia eius nō
eſt actus: vt dicit Ariſtoteles in li. de ſomno
et vigilia. ergo falſum eſt ꝙ ad eccl'iaꝫ vniuer
ſalem remittat᷑ quis ſicut ad iudicem. Et hec
de ꝑmo. Secundum vero ꝙ per eccleſiam
ad quam vt ad iudicem dicit᷑ remitti quilibꝫ
fidelis non poſſit intelligi ex intētione chriſti
ſiue ex ſenſu litterali vniuerſalis eccleſia cōci
lialiter congregata ꝓbatur ex multiplici ca⸗
pite. Primo ex raritate cōgregationis vniuer
ſalis eccleſie. plane nō eſt credendū ꝙ ſapien
tiſſimus legiſlator eum vniuerſalē iudicem ⁊
ſupremum poneret in eccleſia ad correctionē
peccatorū que quottidie eſt neceſſaria in ec
cleſia quem rariſſime cōtingit ꝓ tribunali ſe⸗
dere ⁊ maxime cum qui ꝑ plures annos nō cō
ueniret ad iudicium. patet: quia ſic periret iu
ſtitia ⁊ correctio nō haberet locum. ſed vniuer
ſalis eccleſia raro congregat᷑: immo quādoqꝫ
plus ꝙ̄ per centum annos nō fuit celebratuꝫ
vniuerſale concilium. ergo nullo modo credē
dum eſt ꝙ ad talem iudicē ſapiētiſſimus xp̄s
fideles ſuos remitti voluit ſiue ordinauerit.
Secundo idem oſtendit᷑: dato etiam ꝙ ſemꝑ
celebraret᷑ ſynodus aliqua vniuerſalis ex eo
ꝙ īſupportabili onere grauaret᷑ populus xp̄i⸗
anus ſi pro adimplēdo ꝑcepto de correctione
fraterna tenerent᷑ fideles venire ad eccl'iam
vniuerſalem actu congregatā. Plane huius
inſupportabilis grauitas repugnat ſuauitati
legis xp̄i. iuxta illud Deuteronomij. xxx. Mā
datum hoc quod ego precipio tibi hodie nō ē
ſupra nec ꝓcul poſitum in celo ſitum vt poſſis
dicere. quis noſtrum ad celum valet conſcen⸗
dere vt deferat illud ad nos vt audiamus et
opere compleamus? nec trans mare poſitum
vt cauſeris ⁊ dicas: quis ex nobis trāſmeare
poterit ⁊ illud ad nos deferre vt poſſimꝰ au⸗
dire ⁊ facere quod ꝑceptum eſt. ſed iuxta eſt
valde: gl. interli. mādata dei temperata ⁊ mo
derata ſunt humanis viribus. et Matth. xi.
dicit ipe legiſlator. Jugum eñ meū ſuaue eſt:
⁊ onus meum leue. plane nō leue eſſet prece⸗
ptum diuine legis de correctione fraterna: ſi
fidelis quilibꝫ illud adimpleturus ad vniuer
ſale concilium actu exiſtens venire teneretur

Circa ſcōm prin
cipale

Ad quod ꝓculdubio obnoxius eſſet venire ſi
per eccleſiam cui denūciandum eſt peccatuꝫ
fratris delinquētis vniuerſalis eccleſia ſyno
daliter congregata ex chriſti intētione veni⸗
ret intelligēda. Quocirca manifeſtum videt᷑
nō eſſe de intentione legiſlatoris chriſti per
eccleſiam in predicta auctoritate deſignare
vniuerſalē eccl'iam ſiue diſperſam ſiue cōgre
gatam. Que ratio maxime ex eo loco diuine
legis confirmat᷑. vbi Deutero. xvij. iudices in
portis eſſe. ⁊ ꝑmi Machabeoꝝ. xiiij. in plate
is ſedere legunt᷑: quod ideo a deo ſtabilitū eē
creditur vt adminiſtratores iuſtitie in prom⸗
ptu ⁊ ſine difficultate haberi poſſent: quod ī
concilijs vniuerſalibus cōtingere nō poteſt.
Tertio ſic: ita femine tenent᷑ ad correctioneꝫ
fraternā quemadmodū viri ⁊ pauperes ſicut
et diuites: hoc eſt manifeſtum. ſed femine nō
remittunt᷑ ad eccl'iam nec diſperſaꝫ nec ſyno
daliter congregatam tanꝙ̄ ad iudicem cui ꝓ
ximi denūcianda eſt culpa cōmiſſa vt patet.
ergo ſequit᷑ ꝙ per illud: dic eccleſie: nō poteſt
recte accipi vniuerſalis eccleſia etiaꝫ actu ſy
nodaliter congregata. ꝯſequētia eſt bona: q̄a
al's femine tenerent᷑ ire ad vniuerſalia conci
lia ad denunciandum delinquētium virorum
aut mulierum culpas ⁊ maleficia. ⁊ ita oēs
fideles ſiue pauperes ſiue diuites: quod ē ab⸗
ſurdum. Quarto nihil quod eſt impeditiuum
iuſtitie perturbatiuum pacis eccleſie occaſio
multorum ſciſmatum ⁊ per quod ratione ap⸗
pellationum que interuenirēt in omni cauſa
ad illum ſup̄mum iudicem: vacarent omnia
tribunalia prelatorum ⁊ iudicum: creditur in
ſtitutum a chriſto qui eſt rex iuſtitie et pacis
amator: ſed omnia iſta mala ſequerent᷑ ſi ec⸗
cleſia vniuerſalis congregata eſſet inſtituta
iudex ad quem cū frater delinquēs non audi⸗
ret fratrem corripiētem eſſet recurrēduꝫ. ptꝫ
quia eccleſia raro congregatur ⁊ congregata
nō diu manet cōgregata nec ad eam poſſent
omnes fideles orbis ꝯcurrere nec etiā mitte⸗
re denūciationes omniū ſimiliū fratrum deli
quētium: vt patꝫ. ergo nullo modo eſt dicen⸗
dū ꝙ ꝑ eccleſiam intelligat᷑ vniuerſalis eccle
ſia congregata etiaꝫ cum dicitur: dic eccleſie
Quinto ſic. conciliū vniuerſale inſtitutioneꝫ
⁊ robur auctoritatis accipit a papa: vt diſtin.
xvij. ꝑ totum. ⁊ extra de elec. c. ſignificaſti. er⸗
go ſequitur ꝙ papa nō remittat᷑ ad conciliuꝫ
vniuerſale ſicut ad iudicē ſuum ſuperiorem.
ꝯſequētia eſt manifeſta. Sexto arguit᷑ ſic. cō⸗
cilia vniuerſalia ſunt humana inſtitutione in
troducta: vt pꝫ in. c. canones. diſti. xvi. ⁊. xvij.
ergo nō poteſt recte intelligi ſm̄ ſenſum litte

ralem ꝑ eccl̃iam cum dicit̃.dic eccleſie. conci
lium vniuerſale:patet ꝯſequētia: q2 al's inſti-
tutio ⁊ celebratio concilij vniuerſalis eſſet di
uina lege ⁊ nō tm̄ humana inſtitutione:quod
nō videtur.ergo manifeſtuȝ eſt ꝙ ꝑ eccleſiam
cui tanꝙ iudici peccatū delinquentis fratris
incorrigibilis denūciandū eſt ex ſenſu littera
li ⁊ ex intētione legiſlatoris xp̄i nō poſſȝ intel
ligi eccleſia vniuerſalis nec diſperſa ꝑ orbem
nec ſynodaliter congregata. Et hec de ſcd̃o.

Circa tertiū prīcipale

Tertium vero ꝙ ſcȝ ꝑ eccl̃iam cui tanꝙ iu
dici denūciandum eſt peccatuȝ fratris delin-
quētis ⁊ incorrigibilis ex intentione xp̄i ſit in
telligēdus p̄latus multiplici ſanctoꝝ et cla-
riſſimoꝝ doctoꝝ teſtimonio ꝓbatur. Primo
ex eo arguitur manifeſte ꝙ xp̄s nō vniuerſali
eccleſie diſperſe aut cōgregate ſed apoſtolis
et eoꝝ ſucceſſoribꝰ eccleſie prelatis ait. Amen
dico vobis quecunqȝ alligaueritis ſuper ter-
ram erunt ligata et in celo. vbi glo. Hieroni-
mi dicit ſic. hic poteſtatem tribuit apoſtolis.
prelati ergo vniuerſitatū ſunt ad quos tanꝙ
ad iudices fideles remittunt̃ ⁊ non ipe vniuer
ſitates. Secūdo hoc idem oſtendit̃ auctorita
te beati Chriſoſtomi qui ſuꝑ Mattheum vt
habetur in glo.cōtinua exponit ſic. dic eccl̃ie
id eſt his qui eccleſie preſunt. Tertio idem ar
guitur ex gl.decreti in.c.ſi peccauit.ij.q.i.que
ita habet.dic eccleſie.i.ſacerdoti. Quarto idē
oſtenditur ex interp̄tatione apoſtolice ſedis i
c.nouit.extra de iudi. vbi ly dic eccleſie:de pa
ſtore ⁊ rectore vniuerſalis eccleſie interp̄tat̃ ⁊
exponit. Quinto oſtendit̃ auctoritate beati
Thome qui tam in.iiij.di.xix.ꝙ in.ij.ij.q.xxiiij.
in materia de correctōe fraterna exponit. dic
eccleſie.i.p̄lato in iudicio p̄ſidenti. Sexto au
ctoritate eiuſdē ſancti Thome in tractatu de
correctione fraterna vbi exponens p̄dictam
auctem dicit.p̄ceptum de correctione poteſt
ꝑtinere ad omnes vel ad p̄latos: ſi ad omnes
cōmuniter tunc eccleſia non vocatur hic con
gregatio ſed prelatus:ſi iſtud ꝑtineat ad pre-
latos tunc ſenſus eſt.dic eccleſie.i congrega-
tioni fidelium ⁊ debet coram ea excōmunica
ri vt ſit diuiſus ab eccleſia ꝑ ſniam excōmuni
cationis: ⁊ donec redeat ab eccleſia debet vi-
tari ⁊ haberi ſicut ethnicꝰ ⁊ publicanus. Ad
idem eſt ſanctus Thomas ſuꝑ Mattheuȝ ſic
dicens.dic eccleſie.i.toti multitudini vt con-
fundat̃ ⁊ qui noluit ſine cōfuſione corripi cuȝ
confuſione corripiat̃.eſt enim confuſio addu-
cens gratiam. Uel dic eccleſie.id eſt iudicibꝰ
vt corrigatur:ꝫȝ illud Deuteronomij.xxij. Si
genuerit homo filium contumacem ⁊ proter-
uū apprehēdet eum ⁊ adducet ad ſeniores ci-
uitatis. Hec ſanctꝰ Tho. Septimo ptȝ ex ſen
tētia dn̄i Altiſiodoreñ. in ſum.ſua.iij.lib. xxxi.
rubrica.quō ſit intelligendū hoc preceptum ſi
peccauerit in te frater ⁊c. cuiꝰ ſententia eſt ea
deȝ quaſi in forma cū illa que poſita eſt ſancti
Tho.in tractatu de correctōe fraterna. Octa
uo ad ideȝ eſt ſententia dn̄i Hug. Cardinalis
primi poſtillatoris biblie:qui iuxta duas glo.
que ponūtur in glo.cōtinua. quarū vna dicit:
dic eccl̃ie:id eſt his qui eccl̃ie preſident. ⁊ alia
dicit:dic eccleſie:id eſt toti eccleſie vt maiorē
erubeſcentiā habeat.dicit ſuper Mat.ſic. Si
priuata perſona corripit ſic exponēdū eſt: dic
eccleſie:id eſt coram prelato eccleſie eum con-
uince per teſtes quos noluit audire corripien
tes. ⁊ hoc iuxta primā glo. Si vero p̄latus cor-
ripit ſenſus eſt:dic eccl̃ie.i.coram eccleſia.ſ.cō
gregatione fideliū excōica. Nono eādem ſen-
tētiā quaſi formaliter ꝓſequitur venerabilis
magiſter Nicolaus gorra ſuꝑ Mat. Decimo
ad idem eſt dn̄s Albertus magnus qui ſuper
Mat.ita exponit:dic eccleſie:id eſt prelato in
conuentu ſiue in ſynodo: ⁊ ſi eccleſiam nō au-
dierit vt ꝫm arbitriuȝ prelati corrigatur: ſit ti
bi tanꝙ ethnicus ⁊ publicanus. Hec Alber-
tus. Undecimo ad idem eſt cōmunis poſtil-
lator Magiſter Nicolaus de Lyra: qui ſuper
Math.ita exponit:dic eccleſie:id eſt prelato.

Duodecimo confirmatur ex practica ⁊ cōſue
tudine obſeruata a ſanctis patribus ⁊ ab vni
uerſitate fidelium ab ipſo naſcētis eccleſie ex
ordio. Manifeſtum eſt aūt ꝙ practica obſer-
uata in eccleſia dei circa obſeruantiam prece-
pti ſiue ordinis de correctōe fraterna ſemꝑ fu-
it ⁊ eſt denūciare prelato ⁊ non vniuerſali ec-
cleſie ſiue diſperſe ſiue congregate fratris de-
linquētis peccatum. Cum ergo cōſuetudo ob
ſeruantie ſit interpres legis: vt dicit Auguſti
nus libro de mendacio:ex factis ſanctorū col-
ligemus quid in ſcripturis ſentire debeamus
Manifeſtum eſt ꝙ verus ⁊ proprius ac prin-
cipalis intellectus prefate auctoritatis ſit: vt
per ly eccleſiam:cui tanꝙ iudici denunciatio
fienda eſt ſiue ad quem fidelis remittit̃: prela
tus eccleſie intelligi debeat ſiue accipiendus
veniat ⁊ nō vl̃is eccl̃ia aut per orbeȝ diſperſa
aut ſynodaliter cōgregata. Quibus teſtimo-
nijs ꝯſideratis valde ridiculū ē ⁊ ſatis abomi
nabile ꝙ aduerſarij contēptis tantorum ſan-
ctoꝝ ac patrū ⁊ doctoꝝ teſtimonijs ⁊ aſſertio
nibus preſumant ſacram ſcripturam ad ꝓpri
am volūtatem exponere:ſimiles illis de quibꝰ
Clemens papa in.c.perlatum.di.xxxvij.loqui
tur dicens. Perlatum nobis eſt ꝙ quidam in
ꝑtibus veſtris commorantes ſanis doctrinis

aduerſant̄ ⁊ ꝑut videt̄ nō ſm̄ traditiones patrum ſed iuxta ſuum ſenſum docere videntur. Et hoc tantum dictum ſit de tertio articulo.

Quarto reſtat reſpondere ad rōnes aduerſariorum. Ad primā cum dicit̄ ꝙ nō poſſit ꝑ eccleſiaʒ intelligi ꝑlatus quia chriſtus loquebatur petro qui futurus erat prelatus eccleſie et nullus ad ſe rem. trat̄ per conſequēs nō prelatus ſed vniuerſalis eccleſia ſit intelligenda eo modo quo haberi poteſt. ſciƷ ſynodaliter. Ad hoc reſpondetur ꝙ ratio nō militat. Pro quo ꝑmo notandum ꝙ hec doctrina de correctiōe fraterna data a chriſto generalis eſt omnes fideles reſpiciens ⁊ nō ſolum petrum licʒ ad ipſum ſpecialiter in figura totius eccleſie directus ſit ſermo in ſignum principatus ſui ad quem a domino erat electus. et ita legiſlator chriſtus tam ſubditos ꝙ̄ ꝑlatos ad obſeruantiam huius ꝑcepti aſtringere voluit. Uerum vt ſuperius commemorauimus ex ſententia beati Thome in tractatu de correctōe fraterna ⁊ Hugonis cardinalis et magiſtri Nicolai Gorre ſuꝑ Matthenʒ exponentis iuxta duas glo. ordina. dupliciter hunc tex. Alia eſt intelligētia huius nominis eccleſia: quando priuata perſona corrigit ⁊ alia quando publica perſona. Nam ſi priuata perſona corrigit tūc eſt ſenſus. dic eccleſie. i. prelato. Si vō publica pſona corrigit tunc eſt ſenſus. dic eccleſie. id eſt coram cōgregatione ſiue multitudine cum obiurga: vt ſic quemadmodū ait glo. maiorem erubeſcentiā patiatur. Uel corā cōgregatione cum excōmunica vt ſic queadmodum ait Hieronymus in glo. multoꝝ deteſtationi habitus opprobriis ſaluetur qui pudore ſaluari nō potuit. Sed cum hoc modo ꝑlatuʒ remitti ad eccleſiam nō ſit remitti ad ſuperiorem ſiue ad iudicem vt de ſe patet: manifeſtū eſt ꝙ ratio aduerſarioꝝ non ꝓbat intentum. Preterea ſecūdo rō ꝑfata nō ꝓcedit: qm̄ non videt̄ incōueniēs ꝙ quis remittat̄ ad ſeipſuʒ ſm̄ aliam ⁊ aliam habitudinē conſideratum. Prelatus em̄ vt ait ſanctus Thomas in. iiij. di. xix. q. ij. dupliciť poteſt conſiderari: aut ſm̄ ꝙ in iudicio preſidet ⁊ ſic dicere ꝑlato inquit eſt dicere eccleſie ꝑ quē modū pſona in ꝑlatione conſtituta poteſt a ſe vt eſt ꝑuata perſona remitti ad ſe vt eſt pſona publica. ⁊ tūc dicere ecclīe nihil aliud eſt ꝙ̄ exire in actū iudicij puniēdo ⁊ corrigēdo fratrē delinquētem qui denūciatus eſt. Qđ beatus Grego. ſcribens Johāni patriarche Cōſtantinopolitano ſuꝑ vſurpatione vocabuli vniuerſalis. epl̄a. cclxv oſtendit ſic dicens. Nos quidem in q̄bus tal̄ tantaqꝫ ꝑ auſum nephariū culpa committit̄: ſeruamus quod ꝑcipit veritas dicens. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te ⁊ ipm̄: ſi aūt te nō audierit dic eccleſie. ſi vero eccleſiaʒ nō audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Ego itaqꝫ ꝑ reſpōſales meos ſemel ⁊ bis verbis hūilibus hoc quod in tota eccleſia peccat̄ corripere ſtudui: ꝑ me ſcribo q̄cq̄đ humiliter facere debui nō omiſi: ſi in mea correctione deſpiciar reſtat vt eccleſiam debeaʒ adhibere: hec Gregorius. Ubi ecclīam adire vel adhibere eſt cenſuram eccleſiaſticā apponere ſicut fecit nō cōuocādo ſuꝑ hoc aliquod conciliuʒ vniuerſale. Preterea hoc modo ait Nicolaus papa in. c. precipue: vbi ita dicit regi Lothario. Ceterum caue ne quādo nobis ſm̄ preceptum dn̄i duos vel tres teſtes adhibeamus. immo vero hoc ſancte eccleſie dicamus: et quod non optamus decetero cunctis ſias ethnicus et publicanus. Quod vō ibi ꝑ ecclīam nō alium iudiceʒ ꝙ̄ ſeipm̄ intelligat patet ex glo. que in eo loco dicit ſic. Ergo in cauſa denūciationis idem poteſt eſſe iudex et accuſator ⁊ teſtis: vt extra de ſimo. c. licet. Ceterum ipe beatus Petrus in cuius pſona hec cōſtitutio diuina ꝑmo emanauit abſqꝫ hoc ꝙ vniuerſali eccleſie diceret aut vniuerſale concilium cōuocaret Ananiam ⁊ Saphirā eius cōiugem ſua auctoritate damnauit. Nimium plane foret periculoſum aſſerere btm̄ petrum alioſqꝫ ſanctos patres trangreſſores eſſe diuini ꝑcepti q̄ ad correctionē peccatoꝝ abſqꝫ denunciando vniuerſali eccleſie ſua auctoritate ꝓceſſerunt. Et hec ad primā ratōnem dixiſſe ſufficiat. Ad ſecundā rōnem cum dicit ꝙ nomen eccleſie ſit collectiuū. ⁊ per ꝯſequēs non poſſit per ecclīam intelligi prelatus ſed vniuerſitas. Reſpondet̄ ꝙ ratio nulla eſt: quoniā ſepe nomine cōmunitatis exprimit̄ ⁊ intelligitur prelatus aut ꝑnceps eius. Et ratio eſt: qm̄ vt inquit Ariſt. ix. Ethi. Ciuitas eſt id qđ ꝑncipaliſſimū eſt in ea. vnde qđ facit ꝑlatus đr facere eccleſia. Adde ꝙ itelligit̄ de ea pte vniuerſitatis que iuriſdictionis eſt capax nō de tota que nō eſt capax. Uel de tota eccleſia intelligi poteſt ꝓut eccleſie ſententia iudicis denunciat̄. Ad tertiaʒ rōnem cum dicit ꝙ glo. ordina. dicit. dic eccleſie. id eſt toti eccleſie. ⁊ ita per conſequēs non eſt exponēda illa littera de prelato. reſpondet̄ ꝙ ratio illa non militat. quoniā glo. illa non fauet ꝓpoſito aduerſariorum ſed magis eorum intentioneʒ infirmat. ſi glo. illa more eorum qui nō contentionibus: ſed inquiſitioni veritatis ſtudent integre legatur. gloſa autem illa ita habet: Dic toti eccleſie: vt maiorem erubeſcenti-

Ad ſcđam

Ad tertiam

om patiatur. in quo verbo nihil auctoritatis
attribuit̄ cōmunitati. vnde ſequit̄ in glo. hec
omnia ſequat̄ excōmunicatio que fieri debet
per os eccleſie. i. per ſacerdotem. vbi manife-
ſte innuit ꝙ nō per cōmunitatē illam eccleſie
ſed apud ꝑlatuz qui os ⁊ vertex eſt eccleſie ſit
auctoritas iudicij: quo excōmunicāte ſiue pu-
niēte tota illa eccleſia que eſt corpus eius cu-
ius aſſenſu et approbatione in contumacem
fratrem condēnationis ſentētiam ꝓfert dici
tur cum eo operari. Et ita patet ꝙ illa glo. nō
intēdit dicere ꝙ quādo cōmunitati eccl'ie pre
cipitur denunciari fratris delinquētis pecca
tum ꝙ denunciet̄ ei ſicut iudici: ſed ſicut co-
ram quo frater ipſe cōtumax obiurgādus aut
excōmunicādus veniret. Qualiter aūt etiam
intelligēda veniat illa totalitas eccleſie de q̄
glo. loquit̄ cum ait. dic eccleſie. i. toti eccleſie
infra in ſequēti articulo explicabimus. et hec
Circa q̄ntū principale. de quarto. Reſtat iam declarare qd̄ quito
loco polliciti ſumus: videlicet ꝓbare ꝙ ex ſen
ſu litterali illud. dic eccleſie. i. coram eccleſia
obiurga ſiue excōmunica: nō poſſ; recte intel
ligi de vniuerſali eccleſia diſꝑſa ſiue ſynodali
ter collecta. Quod faciliter oſtēdimus ex ra-
tionibus quibus ꝓbauimus ꝙ etiam iuxta ex
poſitionem primam non poterat vniuerſalis
eccleſia accipi nomine eccleſie cum dicit̄. dic
eccleſie: ſcilicet iudici. Primo ex impoſſibili-
tate denūciandi aut obiurgandi aliquem co-
ram tota vniuerſali eccleſia per orbe; diſper-
ſa. fidelibus eīn in diuerſis regionibus orbis
conſtitutis hec adimplere nō eſſet poſſibile.
Secūdo ex inſupportabili onere quo grauā-
retur populus xp̄ianus ⁊ etiam prelatorum ſi
fideles tenerent̄ venire ad vniuerſalem eccle
ſiam congregatam ad obiurgādum quēlibet
fratrem cōtumacem aut ſinguli prelati ad ex
cōmunicādum illu;. plane hoc eſſet inſuppor
tabile onus quod nō patitur ſuauitas diuine
legis: ſicut ſuperius oſtēdimus. Tertio: quia
ex huiuſmodi difficultatibus periret iuſtitia
et omnis diſciplina a repu. chriſtiana cum ra
ro poſſet fieri iuſtitie executio. nō eſt ergo illa
totalitas eccleſie de qua dicit̄ in gloſa ꝑfata
dic eccleſie. accipiēda ita vniuerſaliter vt ꝑ
totam eccl'iam intelligat̄ vniuerſalis eccl'ia:
ſed eſt accipiēda ſtricte. videl; quādoq; ꝓ col
legio dominoꝝ cardinalium. quādoq; ꝓ ꝯgre
gatione vna cōuētuali: quādoq; ꝓ congrega-
tione vnius cōmunitatis vnius populi. quā-
doq; ꝓ congregatione vnius familie. Hoc eīn
modo accommodata locutione ſepenumero
ſacra ſcriptura vtitur nomine vniuerſalis ec-
cleſie ſicut Apoſtolus ad Roma. vltimo. ait.
Salutat vos Gaius hoſpes meus ⁊ vniuerſa
eccleſia vbi per vniuerſam eccleſiam ſolam ꝓ
uinciam Gai intelligit vt ait glo. Et hoc de
quinto articulo. ⁊ per conſequēs de reſponſio
ne ad auctoritatem illam Mathei. xviij. ca.
Dic eccleſie.

Cap. xciij. ꝙ romanus pontifex extra caſum hereſis
nō habeat iudicē ſupiorem in terris. Cap. XCIII

# Elucidata in ſu

perioribus amplitudine ⁊ ſupio
ritate primatus romani pontifi
cis luce clariſſima pat;: ꝙ roma
nus pontifex verus ⁊ indubitatus extra caſū
hereſis ꝓ ſublimitate ꝑncipatus ſui iudicem
non habeat ſuperiorem in terris. Que conclu
ſio l; in ſuperioribus apertiſſima ſequela ha-
beatur: nihilominus pro ampliori illuſtratōe
veritatis multiplici via demonſtrat̄. Primo
ratōnibus. Secūdo ſacre ſcripture exemplis
Tertio ſanctoꝝ patrū auctoritatibꝰ. Quarto
ſacrorum conciliorum diffinitionibus. Quin
to apoſtolice ſedis determinatiōe. Sexto cla-
riſſimorum doctorū ſentētia ⁊ doctrina. Cir
ca ꝑmam viam. ſcilc; per rationes arguitur. Prima via argumētandi
Primo ſic: ille qui eſt omnibus ſuperior in ter
ris nō habet iudicem ſuperiore; in terris. iſta
ꝓpō patet: quoniā idem non poteſt reſpectu
eiuſdem vel eorundem eſſe ſuperior ⁊ inferior
ſed papa eſt omnibus catholicis ſuperior cu;
ſit princeps ⁊ caput eorum vt ſuperius ta; ex
ſacre ſcripture ꝙ̄ ſanctorū patrū teſtimonijs
oſtendimus. ergo romanus pōtifex nō habet
iudicem ſuperiorem in terris. vnde glo. ſuper
illud ꝑs. Tibi ſoli peccaui: inquit: quia rex eſt
omnibus ſuperior. ideo a deo tātū qui eſt ma-
ior eo puniēdus eſt ſi quis de popl'o errauerit
et deo peccat ⁊ regi. Rex vero nō habet homi
nem qui ſua facta dijudicet. ⁊ ideo ait. tibi ſo
li peccaui. Confirmatur iſta ratio. Si papa
haberet iudicem aliquem in terris extra ca-
ſum hereſis ſuperiorem. iſte iudex aut eſſet po
teſtas alicuius ſecularis principis aut pote-
ſtas concilij vniuerſalis: hoc videtur manife
ſtū a ſufficienti diuiſione. Non poteſtas ſecu
laris vt patet et aperta luce colligitur ex mul
tis: vt ex. c. ſuſcipitis. diſtinctione decima qd̄
eſt Gregorij Nazanzeni. ⁊ ex. c. diffinimus. qd̄
eſt octaue ſynodi vniuerſalis. Non poteſt eti
am dici ꝙ ſit concilium vniuerſale patet: quia
concilium non habet poteſtatem ſuperiorem
poteſtate pape: immo poteſtas ipſa concilij
cum ſit a poteſtate pape: vt in capl'o ſignifica
ſti. de elec. ⁊ diſtinctione decimaſeptima per
totum. vna ⁊ eadem eſt cū illa vnitate ordinis

et dependētie ſicut de lumine ſtellarū ⁊ ſolis
dicimus. ⁊ ꝑ ꝯſequēs conciliū vniuerſale non
poteſt eſſe iudex pape veri ⁊ indubitati. cū or-
dinarium iudiciū nō habeat fieri niſi per po-
teſtatem ſuperiorē: vt in. c. inferior. diſtin. xxi.
Secūdo ſic. in omnibus ordinatis adinuicē
ꝑma agunt in poſteriora ⁊ nō econuerſo. ſꝫ ro-
manus pontifex eſt primus ⁊ ſuꝑmus in toto
ordine eccleſie. ergo ipſius eſt corrigere ⁊ iudi
care alios ⁊ nō econuerſo. ꝯſequētia eſt mani
feſta. ⁊ antecedēs patet. Tertio ſic ꝯfirman
do eandē rōnem. ſicut in ordine totius vniuer
ſitatis quo ad eſſe nature in genere mobiliū
⁊ mouētium nō eſt ꝓceſſus in infinitū nec or-
dinis retrogradatio: vt Ariſtoteles demon-
ſtrat ſed deuenit̄ ad vnū quod ſic omnia mo-
uet ꝙ a nullo alio mouetur in genere illo. ita
videt̄ dicēdum in ordine vniuerſitatis eccle-
ſiaſtice quo ad eſſe diſcipline ꝙ ſit deuenien-
dum ad vnū qui omnes habet corrigere ⁊ iu-
dicare ⁊ a nemie in ordine iſto iudicari poſſit
ꝯſequētia videt̄ nota: q̄m non minus reſplen
det pulchritudo diuine ſapiētie in genere gra
tie q̄ꝫ in genere nature. hic autē eſt romanus
pōtifex qui in genere rectoꝝ ⁊ iudicū habet
ſuꝑmū locum vtpote totius eccleſie ꝑnceps
et rector. ergo in terris nō habet iudicē ſupe-
riorem. Quarto ſic. ille cuius auctoritate ma-
ius nō eſt iudicium in terris nō habet iudicē
ſupiorē in terris. iſta eſt manifeſta de ſe ⁊ colli
gitur apte ex. c. cū inferior. di. xix. ſꝫ romanus
pontifex eſt hic. dicit em̄ Nicolaus papa in. c.
patet. ix. q. iij. Patet ꝓfecto ſedis apoſtolice
cuiꝰ auctoritate maius nō eſt iudiciū a nemi
ne fore retractādū nec cuiq̄ꝫ liceat de eiꝰ iudi-
cio iudicare. ergo ſequit̄ ꝙ romanus pontifex
nō habet iudicem ſupiorem in terris. Quito
ſic. ille qui ſolius dei reſeruatus eſt iudicio nō
habet iudicem in terris cuius iudicio ſit ſub-
iectus. ſed cauſe pape ſunt ſingulariter reſer-
uate diuo iudicio. ergo q̄ꝫdiu manet papa ſo-
lum deū habet iudicē. ꝯſequētia eſt nota. ma
ior patꝫ. minor habet̄ in. c. aliorum. ix. q. iij. vbi
ſic ait Symachus papa. Alioꝝ hominū cau-
ſas deus voluit per homines terminari. ſed ſe
dis iſtius ꝑſulē ſuo ſine queſtione reſeruauit
arbitrio voluit beati Petri apoſtoli ſucceſſo-
res celo tm̄ debere innocētiā. i. rōnem de ſua
innocētia vt exponit Archidyaconus. Sexto
ſic. Romanus pontifex eſt primus ⁊ ſuꝑmus
vicarius chriſti vices eius gerens in eccleſia
vt ſuperius oñſū eſt. ⁊ ita poteſtas ſua nō eſt
primaria ſed delegata ſeu vicaria. ſed talis po
teſtas nō habet ſupra ſe niſi poteſtatem prin
cipalem eius a quo inſtituta eſt niſi principa
lis illam alteri ſubmiſerit. ſed non reperit̄ ꝙ
xp̄s qui ꝑncipalis eſt eccl'ie rector ⁊ paſtor ro
manū pontificē vicarium ſuū alicui perſone
aut cōmunitati ſubmiſerit. ſed vt ſancti p̄res
dicunt vt in. c. alioꝝ. iam inducto. ⁊ in. c. facta
ſubditoꝝ: deus reſeruauit ſibi iudiciū illius:
ergo ſequit̄ idem quod ꝑus. Septimo ſic: ille
a quo nō licet appellare nō habet ſuperiorē
in terris. Patet: quia ab inferiori ad ſupiorē
eſt licitū appellare. ij. q. vij. placuit. ſed a papa
appellare nō licet. ix. q. iij. c. ipſi ſunt. ⁊. c. cun-
cta. ergo papa nō habet iudicem ſupiorem in
terris. Secūda via. videlꝫ ſacre ſcripture Secunda via
auctoritate ſiue exemplis patet eadē ꝯcluſio
dicit̄ em̄ Exo. xix. Beſtia que tetigerit montē
lapidabit̄. ⁊. ij. Regū. vi. habetur: ꝙ Oza per
cuſſus eſt a domino quia archā tetigit. Per
archam ⁊ montē intelligit̄ ꝑlatus: ꝑ beſtiam
aūt ⁊ Ozam deſignant̄ ſubditi: vt notat̄. ij. q.
vij. §. ex his. vbi manifeſte ex ip̄a animaduerſi
one inſtruimur grauiter eos diuinā maieſta-
tem offendere ſiue diſperſos ſiue cōgregatos
qui prelatum ſuum tactu correptionis tange-
re preſumūt. Preterea hocipſum nos docet re
gum hyſtoria. ꝑmi Regum. xxiiij. vbi habetur
ꝙ licet Saul iam a domino reprobatus eſſet
⁊ ex inuidia dauid electum quereret ad ꝑden-
dum: nihilominus dauid grauiter dolēs per-
cuſſit cor ſuum ꝙ oram chlamidis preſcidiſſet
illius: dixitq̄ꝫ ad viros qui Saul extinguere
moliebant̄: ꝓpitius ſit mihi dominꝰ ne faciā
hanc rem domino meo xp̄o domini vt mittā
manum meā in eū: quia xp̄s domini eſt. viuit
deus, quia niſi dn̄s ꝑcuſſerit eum aut dies eiꝰ
venerit, vt moriat̄ aut deſcendēs in prelio ꝑie
rit nō mittā manū meā in xp̄m domini. Per
Saul vt dicit Gratianus in loco ꝑnominato
prelati intelligunt̄: ꝑ dauid ſubditi. Chlami-
dem vero regis preſcidit qui prelatum ſuū ſen
tentia damnatiōis ferit: quod minime ſubdi-
tis licet: quia facta paſtoris gladio ferien-
da nō ſunt q̄ꝫq̄ꝫ reꝑhendēda recte videant̄: vt
in. c. oues. ij. q. vij. quod inferiꝰ inducet̄. Que
hyſtoria maxime ꝓpoſito noſtro ſeruire cenſe
bitur ſi auguſtinū audiamus libro primo que-
ſtionum noui ⁊ veteris teſtamēti ita queren-
tem ⁊ reſpondētem: qua ratione dauid Saul
poſtq̄ꝫ deus ab eo receſſit xp̄um domini vocat
⁊ defert ei nō neſcius dauid diuinam eſſe tra
ditionē in officio ordīs regalis: idcirco Saul
in eadem adhuc traditione poſitum honori-
ficat ne deo iniuriā facere videretur qui his
ordinibus honorem decreuit. Dei em̄ ymagi-
nem habet rex ſicut et epiſcopus chriſti. q̄ꝫ-
diu ergo in ea traditione eſt honorandus eſt

ſi non ꝓpter ſe vel ꝓpter ordinē. Unde Apoſtolus omībus inquit poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote: nō eſt eñ poteſtas niſi a deo. Que aūt ſunt a deo ordinata ſunt. Ceterum hoc cōfirmat̄ ex illo Luce.xij. vbi ait ſaluator. Quiſputas eſt fidelis diſpenſator ⁊ prudens quem cōſtituit dominus ſuper familiā ſuam.glo.interli.i.eccliam. vt det illis in tempore tritici menſurā: beatus ille ſeruus quem cum venerit dominus ⁊c. Et ſequitur. Si dixerit ſeruus ille in corde ſuo: morām facit dominus meus venire ⁊ ceperit pcutere pueros ⁊ ancillas ⁊ edere ⁊ bibere ⁊ inebriari. Et ſequit̄. Ueniet domin⁹ ſerui illius in die qua nō ſperat ⁊ hora quā neſcit: glo.iudicij vel mortis ⁊ diuidet eum: glo. a cōſortio fideliū partē q̄ ei⁹ cū īfidelibus ponet: hec ibi. Ecce ꝙ ſaluator iudicium ſibi reſeruat ſerui delinquētis. ſ. ſummi pontificis quem ſup familiam ſuam.i. eccleſiam paſtorem conſtituit atq̄ rectorem.

Tertia via Tertia via videlꝫ ſanctoꝝ patrum ⁊ romanorum pontificū auctoritatibus ſic p̄fata cōcluſio demōſtrat̄. Eſt in p̄mis ad hoc beatus Anacletus papa ⁊ chriſti martyr. qui vt habetur in canone electionē.diſtin. lxxix.ita dicit. Electionē ſummoꝝ pontificum ſibi dominus reſeruauit.licet electionē eorum bonis ſacerdotibus ⁊ ſpūalibus populis conceſſiſſet. vbi inquit glo. ⁊ ita fallit regula ad quā ſpectat inſtitutio ⁊ deſtitutio.xvi.q.ij.viſis. Secūdo ad hoc expreſſe eſt auctoritas beati Bonifacij pape ⁊ martyris qui vt in.c. ſi papa habetur: dicit. Huius.ſ.romani pōtificis culpas redarguere preſumit nullus: quia cūctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicādus niſi deprehēdatur a fide deuius. Ad id vero quod dicit h̄ gl. reſpondebit̄ infra. Tertio ad idem eſt auctoritas Innocētij qui i.c.nemo.ix.q.iij.ſic dicit. Nemo iudicabit primā ſedem iuſtitiā temperare deſiderantē. neq̄ enim ab Auguſto nec ab omni clero nec a regibus nec a populo iudex iudicabit̄. Que verba veniūt intelligenda diuiſim ⁊ cōiunctim. Unde gl.hic ait. Argumētum ꝙ conciliū nō poteſt papam iudicare. vt extra de elec.ſignificaſti. Quarto ad idem eſt Gelaſius papa ea.cau.⁊.q.in.c.ipſi.ſunt. vbi ita inquit. Ipſi ſunt canones qui appellationes totius eccleſie ad huius ſedis examen voluerunt deferre: ab ipſa vero nuſq̄ prorſus appellare debere ſanxerūt: ac p hoc illam de tota eccleſia iudicare.ipſamq̄ ad nullius cōmeare iudicium nec de eius vnq̄ p̄ceperūt iudicio iudicari.ſnīamq̄ eius cōſtituerūt nec oportere diſſolui cuius potius ſeqnēda decreta mandarunt. Ex quibus manifeſte dat̄ intelligi ꝙ romanus pōtifex ſupior ſit omnibus et iudex totius eccleſie ⁊ nō ecōuerſo. Quinto ad idē eſt papa Gelaſius ea.cau.⁊.q.in.c. cūcta.vbi ſic ait omnibus epīs ſcribēs. Cuncta p mundum nouit eccleſia ꝙ ſacroſancta romana eccleſia de omnibus pbas habet iudicandi nec cuiq̄ de eius liceat iudicare iudicio. Ex q̄bus verbis habet̄ idem quod prius: vbi tamen ſingulariter ponderandū eſt illud quod ait: cuncta p mundū nouit eccleſia. Ex quo manifeſte colligit̄: ꝙ aduerſarioꝝ doctrina ſit contra antiquam vniuerſalis eccleſie fidem ⁊ doctrinā. Sexto hoc colligit̄ ex allocutiōe tertia pape Adriani in cōcilio roma. que lecta fuit etiam in octaua ſynodo. vbi ita inquit. Siq̄dem romanū pontificē de omniū eccleſiarū preſulibus iudicaſſe legimus: de eo vero quēq̄ iudicaſſe nō legimus.lꝫ enī Honorio ab orīetalib⁹ poſt mortē anathema dictū ſit. ſciendū tamē eſt quia ſup hereſi fuerat accuſatus ꝓpt̄ quā ſolam licitū eſt minoribus maioꝝ ſuorum motibus reſiſtendi vel prauos ſenſus eoꝝ libere reſpuēdi: hec ille. Nota tn̄ qd̄ dicit ꝙ ab orīetalibus ⁊ poſt mortē: qm̄ Honorius ille nunq̄ nec dum viueret nec poſt mortem repertus fuit poſuiſſe in xp̄o vnam tm̄ voluntatē ⁊ vnā operationē. vnde nec ab apoſtolica ſede nec a patribus occidētalibus talis iudicatus eſt. imo Agatho papa ſub quo ſexta ſynodus illa celebrata eſt cū condēnauit ponētes vnā volūtatem tm̄ in xp̄o ⁊ vnā operationē. videlꝫ Sergium. Pyrum Paulum ⁊ Cytum nullā mentionem fecit de illo Honorio quē orīetales dicunt fauiſſe erroribus Sergij. vnde credit̄ ꝙ hoc fecerint orientales ex mala ⁊ falſa ac ſiniſtra informatiōe de prefato Honorio decepti Unde Emanuel caletus ⁊ grecus vir magne ſapientie frater ordinis p̄dicatorum in tractatu ſuo cōtra grecos dicit: ꝙ btūs Maximus qui fuit eo tempore quo ſexta ſynodus congregata eſt in diſputationibus aduerſus Pyrū Cōſtantinopolitanū patriarcham qui in eadem ſynodo damnatus fuerat Honorium p̄fatū quem aliqui vt hereticum cauſabant̄ purgat cum hereticus pyrus conſtantinopolitanam tunc eccleſiam regeret ⁊ munimen erroris ſui Honorium proferret. ei vero iſte reſpōdit. Honorium pietatem colere: ſibiq̄ ipſi in his que dixit illius ſenſum congruere: ſimulq̄ ⁊ illius Pyro verba propoſuit quoſdam aſſerens illius ſenſum ignorantes ſiue etiam calūniātes falſam de illo deſeminaſſe famam: hec ille. Septimo idem teſtatur Innocentius tertius qui in ſmone conſecratiōis romani pontificis qui incipit. Quiſputas fidelis eſt ſeru⁹:

defendit honorium a bto maximo

ita inquit. Intantũ mihi fides eſt neceſſaria
vt cum de ceteris peccatis deũ iudicẽ habeã
ꝓpter ſolum pctm̃ quod in fide committitur
poſſem ab eccleſia iudicari: nam qui non cre
dit iam iudicatus eſt: hec ille. Octauo teſtaẗ
idem dominus Innocentius in ſermone alio
eiuſdem ſolẽnitatis cuius ꝓncipium eſt. Qui
habet ſponſam ſpõſus eſt. vbi ita inquit. Pro
pter ſolam fornicationẽ nõ dico carnalez ſed
ſpũalem: quia nõ eſt carnale ſed ſpũale coniu
gium. i. ꝓpter infidelitatis errorem: quoniaꝫ
qui non credit iam iudicatus eſt. ⁊ h̃ intelligi
tur in euãgelio quod audiſtis vos eſtis ſal ter
re quod ſi ⁊c. hec ille. Nono teſtaẗ hoc idem
ſanctus Euſebius papa qui in. c. oues. ij. q. vij
ita inquit. Oues que ſuo paſtori cõmiſſe ſunt
eum nec rep̃hendere niſi a fide exorbitauerit
nullatenus accuſare poſſũt: quia facta paſto
ris gladio ferienda nõ ſunt q̃ꝙ̃ rep̃hendẽda
recte videanẗ. Ex quibus manifeſte patet ꝙ
q̃diu romanus pontifex a fide nõ exorbitaue
rit a nullis fidelibus q̃tuncũqꝫ ſimul congre
gatis cũ omnes ſint oues cure ſue cõmiſſe po
teſt iudicari. Conſequẽter p̃fata concluſio

Quarta via

oſtendiẗ quarta via. ſcꝫ ſacrorum conciliorꝫ
diffinitionibus. Primo quidẽ patet h̃ ex diffi
nitione cõcilij vniuerſalis romani: in quo btõ
Silueſtro p̃ſidente ita legiẗ diffinitum et eſt
canon vltimus eiuſdem concilij. Nemo iudi
cabit ꝓmam ſedeꝫ: quoniã omnes a ꝓma ſede
iuſtitiã deſiderant temperari: quoniã nec ab
omni clero nec ab omni populo iudex iudica
bitur ⁊ ſubſcripſerũt. cclxxxiiij. epi ⁊. xlij. pbri
et. v. dyaconi ⁊ Auguſtus Conſtãtinus ⁊ ma
ter eius Helena. Secũdo hec eadeꝫ ſentẽtia
colligiẗ ex ꝓfeſſione ſynodi que occaſione bti
Marcellini pape qui mortis timore ydolis
thurificaſſet Rome copioſa cõuenerat. De q̃
in. c. nũc autem. diſtin. xxi. vbi papa reatũ ſuũ
confitẽte ⁊ ſe offerente paratum ſuſcipere q̃c
quid patres concilij ſibi voluiſſent imponere
ſynodus nõ eſt in eum auſa ꝓferre ſentẽtiam
Et rõnem aſſignans ait: quoniã prima ſedes
non iudicatur a quoq̃. vbi Archidyacon⁹ ait
niſi de hereſi. diſtin. xl. c. ſi papa. Tertio eadeꝫ
confirmaẗ ex Calcedoneñ. concilio in ſenten
tia contra Dyoſcor. in qua ſancti patres gra
uiſſime notarunt Dioſcori p̃ſumptioneꝫ qua
auſus fuit in ſecunda ſynodo dare excõmuni
cationem in Leonem papam de qua in. c. tm̃.
diſt n xxi. Quarto hec eadem ſentẽtia robora
tur ꝓfeſſione ſynodi illius que ſuper obiectis
contra Symachum papam mandato regis
Theodorici ſtetit rome cõgregata: in qua cuꝫ
prefatus rex iuberet vt ſancta ſynodus iudi
caret de his que venerabili Symacho ab ad
uerſarijs ĩpingebanẗ: concorditer ſynodus ip
ſa reſpõdit apoſtolice ſedis antiſtitem mino
rũ nõ ſubiacere iudicio. de quo in. §. hinc eti
am. diſt. xvij. vbi dicit Hug. ſuper verbo ſub
iacere niſi in crimine hereſeos. vt. diſtin. xl. ſi
papa. Quinto hec eadem ſententia confir
matur diffinitione ſynodi illius que ſuper cri
minibus que quidam mali homines obijcere
contra Sixtum papam tẽtarunt Rome legiẗ
conueniſſe vbi cum preſens imperator Valen
tinianus audiſſet ſynodum dicentem nõ lice
re aduerſus romanum pontificem ſententiaꝫ
dare ſurrexit ⁊ in arbitrio prefati ãtiſtitis tri
buit iudicare iudiciũ ſuum. de quo in. §. predi
cto nũc autem. diſtin. xxi. Sexto hec eadem
ſententia ſynodaliter diffinita habetur ex ſy
nodo romana. cclxx. epiſcoporũ p̃ſidente ſan
ctiſſimo papa Symacho temporibus Theo
dorici regis vbi ita habeẗ. Non eſt neceſſe ſu
per his noua condere ſed vetera recitare atqꝫ
firmare. Eſt enim a multis ex noſtris anteceſ
ſoribus ſynodaliter decretum atqꝫ firmatũ vt
oues que paſtori ſuo commiſſe fuerunt cũ nec
rep̃hendere niſi a recta fide exorbitauerit pre
ſumant. Septimo hec eadeꝫ ſententia robo
ratur diffinitione octaue ſynodi vniuerſalis
conſtantinopolitane: in qua inter alia ita le
gitur diffinitum. Porro ſi ſynodus vniuerſa
lis fuerit congregata ⁊ facta fuerit de ſancta
romanorꝫ eccleſia queuis ambiguitas opor
tet venerabiliter et cum conuenienti reueren
tia de propoſita queſtione ſciſcitari ⁊ ſolutio
nem accipere et proficere vel profectum face
re: non tamen audacter ſententiam dare con
tra ſummos ſeniores rome põtifices. Ubi no
tanda ſunt verba huius ſancte ſynodi. Dicit
enim ꝙ non ſit audendũ ſiue p̃ſumendum da
re ſniam contra romanũ põtificẽ. ⁊ hec rõna
biliter valde dicit qm̃ ſi romanus põtifex ab
alio q̃ a xp̃o extra caſum hereſis iudicandus
veniret iam nõ ſummus põtifex nec ſummus
et gñalis xp̃i vicarius eſſet cũ ſuperiorẽ iudiceꝫ
haberet in terris. Octauo eadem ſnia colli
gitur ex ꝯcilio illo vniuerſali lateranẽſi. i quo
Alexãder tertius vt in. c. licet. extra de ele. ita
ĩquit. In eccleſia romana aliquid ſpãliter cõ
ſtituitur: quia nõ poteſt ad ſuperioreꝫ haberi re
curſus. vbi glo. Hoſti. quia nulla ſuperior eſt: ſꝫ
ipa ſup omnes eſt. Et idem Jo. an. addens. iõ
iudicio dei relinquiẗ. ix q. iij. Nono hec eadẽ
ſnia habeẗ ex diffinitiõe habita in cõcilio Cõ
ſtantienſi per omnes patres vtriuſqꝫ obedi
entie et confirmata per papam Martinum:
in qua vt habetur in epiſtola quam prefatus

Martinus edidit habet̃ tanq̄ ꝓ articulo fidei habēdo. q̄ papa canonice electus habeat ſupremam auctoritatem in eccleſia dei. Ex qua determinatione clariſſime habet̃ q̄ romanus pontifex extra caſum hereſis in quo a papatu decidit nullius poteſtatis q̄ ſolius dei ſubiaceret iudicio. alr̃s nō eſſet ſuprema poteſtas eccleſie in eo ſed in alio cuius iudicio ſubijceret̃ qm̄ vt habet̃ in.c.inferior.di.xxi. Sola potior ſedes inferiorē cōuenienter abſoluit: nec pōt quiſq̄ qui minoris auctoritatis eſt eū qui maioris poteſtatis ē iudicijs adijcere aut ꝓprijs diffinitionibus ſubijcere: hec ibi. Quinta via: videlʒ apoſtolice ſedis determinatione ꝓbatur eadem veritas: papa nāq̄ Bonifacius octauus in epiſtola ſua decretali extrauagante que incipit. Unam ſanctā: inter alia diffiniens ita inquit. Si deuiat terrena poteſtas iudicatur a ſpūali: ſi deuiat ſpūalis iudicatur minor a ſuperiori. ſi vero ſuprema a ſolo deo ⁊ nō ab homine poteſt iudicari: hec ibi. De ſanctionibus autem apoſtolice ſedis dicit Agatho papa in.c.ſic.di.xix. q̄ ſic omnes apoſtolice ſedis ſanctiones accipiēde ſunt tanq̄ ipſiꝰ diuina voce Petri firmate. Amplius via ſexta. videlʒ clariſſimoꝝ doctorum doctrina ⁊ aptiſſimis ſententijs et determinationibus. Ait eīn in ps. venerabilis Hugo de ſancto victore litteris ⁊ religione clariſſimus ſecunda parte de ſacramētis ſic. Poteſtas ſummi pōtificis a deo ꝑmū inſtituta eſt ⁊ cum deuiat a ſolo deo iudicari poteſt. Eandem ſententiaʒ ſequunt̃ alij clariſſimi ⁊ ꝑcipue in theologica facultate magiſtri. vt dn̄s Albertus. ſanctus Thomas.in.iiij.di.xix. Alexāder de Alis i.iij. dn̄s Bonauentura cardinalis in.iiij. Petrus de Tarentaſia. Innocētius q̄ntus in.iiij. dn̄s Ulricus in ſumma ſua. dn̄s Richardus de altavilla in.iiij. dominus Petrus de palude patriarcha hieroſolymitanus in tractatu ſuo de poteſtate eccleſiaſtica. magiſter Herueus in tractatu ſuo de eccleſiaſtica poteſtate. magiſter Auguſtinus de Anchona in ſumma ſua d̄ eccleſiaſtica poteſtate. frater Alexander de alpidio in tractatu ſuo de eccleſiaſtica poteſtate. Qui omnes aptiſſime tradūt ⁊ atteſtātur romanū pontificē verum ⁊ indubitatum extra caſum hereſis ſtricte ſumpte nullum in terris iudicem habere ſuperiorem: ſed tm̄ deum in celis cuius vices gerit in terris. Sunt preterea huius cōcluſionis omnes ꝑcipui doctores iuris canonici. vt Hoſtieñ. Iohāes and. Guido. Archidyaco. Innocētius in diuerſis paſſibus ⁊ etiā dn̄s Aluarus in libro de ſtatu ⁊ planctu eccleſie. Qua ſn̄ia tantis ⁊ tam irrefragabilibꝰ teſtimonijs ſirmata manifeſte cōuincit̃ aduerſarioꝝ pſumptuoſa aſſertio: qua contra rōnes manifeſtas cōtra ſanctoꝝ prm̄ traditiones contra ſanctoꝝ concilioꝝ ⁊ apoſtolice ſedis diffinitiones necnō contra clariſſimorum doctoꝝ ac ꝑcipuorūʒ in tota dei eccleſia ſentētias dogmatiʒare non ſunt veriti romanum pontificem verum ⁊ indubitatum extra caſum hereſis ꝓ quocunq̄ peccato mortali de quo incorrigibilis apparet hominū ſubiacere iudicio.

*Quinta via* (margin)

*Sexta via* (margin)

### Cap.xciiij. In quo obijcit̃ cōtra ꝑdicta, ⁊ primo q̄ imperator ſit iudex ordinarius pape. — Cap. XCIIII

Veritatis aduerſarij multiplici via nitunt̃ infringere cōcluſionē ꝑdictā: quorum quidaʒ pre ceteris magis a fidei veritate exorbitātes aſſerunt q̄ imperator vl̃ ꝑnceps ſecularis aut populus ſit iudex ordinarius ſummi pontificis. Quoꝝ rōnes ſunt que ſequunt̃. Prima. papa nō eſt magis exemptus a iuriſdictione imꝑatoris q̄ fuerit xp̄us inq̄tum homo mortalis fuit. ſed xp̄s inq̄tum homo mortalis fuit ſubiectus iuriſdictiōi imperatoris. ergo ⁊ ꝑ ꝯſequēs imꝑator eſt iudex ordinarius pape. ꝯſequētia videt̃ bōa. maior etiā patet. qm̄ vicarius nō eſt maior eo cuius eſt vicarius. minor vero ꝓbat̃ auctoritate xp̄i dicētis pilato. Ioh.xix. Non haberes ꝑtātem aduerſus me vllam niſi eſſet tibi datū deſup. ⁊c. Ex quibus verbis manifeſte colligit̃ q̄ pilatus iuriſdictionē habuit coactiuā ſup xp̄m. — *Argu. primū qd̄ ſoluet̃ cū ſequētibus ca.xcvi.*

Scd̄o ſic. ille eſt iudex ordinariꝰ pape a quo papa habet ſup alias ecc̄ias ꝑncipatū: ſꝫ papa ab imꝑatore videt̃ habere hm̄ōi ꝑncipatū ſcʒ ꝑ ꝑuilegium Conſtantini imꝑatoris conceſſum romano pōtifici. de quo habetur.xcvi. c.Conſtantinus.§ ⁊c. — *Secundum* Tertio ſic. Imꝑator fuit ordinarius iudex ſancti petri. ergo imꝑator eſt iudex ordinarius pape. ꝯſequētia videtur euidēs: quia papa nō videt̃ magis exēptꝰ q̄ fuit beatus petrus. ātecedēs ꝓbatur: quia omnes apoſtoli q̄tuʒ ad hoc q̄ eſſent ſubiecti vel nō ſubiecti iuriſdictōni imꝑatoris fuerūt pares. ſed btūs paulus fuit ſubiectus iuriſdictioni imꝑatoris: q̄ȝ ad ceſarem tanq̄ ad ſuperiorem appellauit. ergo ⁊ btūs petrus fuit ſubiectus eidem. — *Tertium* Quarto ſic. ſicut in nouo teſtamento poteſtas ſummi ſacerdotis pēdet immediate a deo: ſic etiā in veteri teſtamēto preeminentia ſummi ſacerdotis fuit a deo inſtituta. ſicut patet Exo.xviij. ſed nō obſtāte predicta eminētia ſummus ſacerdos in veteri lege potuit ab homine iudicari immo ⁊ deponi — *Quartum*

ſicut patet de Abiathar qui erat verus ⁊ legitimus ſummus ſacerdos ⁊ tamē fuit depoſitus ⁊ eiectus de ſummo ſacerdotio per Salomonē nō ꝑpter crimē hereſis: ſed quia conſpirauerat cum adonia. vt pꝫ. iij. Reg. i. ⁊ ij. ergo ſimiliter ī nouo teſtamēto ſummus ſacerdos ſubiectus erit in caſibus criminalibus poteſtati ſeculari. Quinto arguit̄ ex illo quod Leo papa ſcribit īpatori Ludouico i. c. nos. ij. q. vij. vbi ita inquit. Nos ſi incōpetēter aliquid agimus ⁊ in ſubditis iuſte legis tramitē nō ſeruauimus veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio. vbi papa miſſorum ab imperatore voluit ſubire iudiciū ergo videtur ꝙ papa ſubdatur iudicio poteſtatis ſecularis.

Quintum

Cap. xcv. In quo prefatus error dicentium ꝙ imperator aut ſecularis poteſtas ſit iudex ordinarius pape confutatur.

Cap. XCV

Licet luce clariſſima ex ſuperioribus tam in primo li. circa. c. xc. ꝙ in hoc ſecundo libro circa. c. xxxviij. ⁊ māifeſte appareat ꝑfati erroris ſtultitia vt nō ſit opus ad illius improbationē alia inducere: maxime cū iam cōdemnatus ſit ꝑ apoſtolicam ſedem in extrauagāte. Joh. xxij. que incipit. Licꝫ iuxta doctrinam apoſtoli: nihilominus ꝓ ampliori veritatis illuſtratione aliquibus auctoritatibus ⁊ rōnibus paucis tamē illum improbare curabimus. Primo occurrit nobis diffinitō octaue ſynodi vniuerſalis. que vt in. c. diffinimus. diſtinctione. xxij. habet̄ ita ait. Diffinimus neminē prorſus potentum quēꝙ eorum qui patriarchalibus ſedibus ꝑſunt inhonorare aut amouere a ꝓprio throno tētare ꝑcipue quidem ſanctiſſimū papam ſenioris rome ⁊c. Ex qua diffinitione manifeſte colligit̄: ꝙ ordinarius iudex pape nō ſit imperator aut poteſtas ſecularis. Secūdo ad ideꝫ eſt beatus Gregorius nazāzenus qui ſcribens īpatoribus conſtātinopolitanis ita inquit: vt habetur in. c. ſuſcipitis. diſt. x. Suſcipitis ne libertatem verbi dei libēter: accipitis ꝙ lex chriſti ſacerdotali vos ſubijcit poteſtati atꝗ iſtis tribunalibus ſubdit. dedit eīm ⁊ nobis ptātē dedit ꝑncipatum multo pfectiorē ꝑncipatibus veſtris. Ex quibus manifeſte patet ꝑfati erroris ſtultitia: qm̄ ſi lege xp̄i ꝑncipatus ſecularis ſpūali poteſtati ſubijcit̄ impoſſibile eſt ꝙ poteſtas ſecularis ſit iudex ordinarius poteſtatis ſpūalis. Tertio ad idem eſt quod in. c. continua. xi. q. i. legitur de Conſtantino: qui cuꝫ in ſancta ſynodo que apud Nicenā congregata eſt querelam quorūdam clericorū conſpiceret coram ſe deferendā ait. Uos aūt a nemine diiudicari poteſtis ꝗ ad ſolius dei iudiciū reſeruamini. Eadem etiā hyſtoria ponitur in. c. ſacerdotibus. xi. q. i. Ex quibus manifeſte patꝫ ꝙ Conſtantinus imperator chriſtianiſſimus non fuit illius opinionis ꝙ imperator eſſet iudex ordinarius pape aut clericoꝝ. Ex qua ratione cōcludit Nicolaus papa in. c. ſatis. diſ. xcvi. Satis euidens ē a ſeculari poteſtate nō ſolui prorſus nec ligari pontificem quem conſtat a pio ꝑncipe Conſtantino queꝫ longe ſuperius nominauimus deum appellatum cuꝫ nec poſſe deum ab hominibus iudicari manifeſtum ſit: hec ille. Quarto contra prefatum errorem ſunt omnes auctoritates ſanctorum patrum ⁊ ſacroꝝ conciliorum que ponunt̄. xi. qōne ꝑma. que ſunt plures quibꝰ ſtrictiſſime prohibet̄ epiſcopos aut reliquos clericos in ſacris conſtitutos apud iudicē ſecularē ptrahi aut accuſari. vnde in. c. placuit. xi. q. i. expſſe canon concilij aphricani dicit. Placuit vt quicūꝗ clericus ab imperatore cognitionem publicoruꝫ iudiciorum petierit honore ꝓprio priuet̄. Que ꝓhibitio iuſta ⁊ rationabilis cuꝫ a ſanctis patribus edita ſit manifeſte oſtendit ſtultitiam erroris prefati dicentium imperatorem aut poteſtatem ſecularem iudicē eſſe ordinarium pape ⁊ clericorum. Quinto contra prefatum errorem eſt. c. ſi imperator. diſti. xcvi. vbi papa Johannes ita inquit. Si imperator catholicus eſt: quod ſalua pace ipſius dicimus: filius eſt non preſul eccleſie. quod ad religionem competit: diſcere ei competit nō docere. Ex quibus etiam manifeſte patet prefati erroris ſtultitia: quia ſi imperator catholicus eſt filius pape non poteſt eſſe iudex ordinarius patris ſui. filius enim patrem non corrigit. ſed econtra. Erubeſcit eniꝫ lex filios correctores parentum in auct. de nupt. §. ſi vero Quocirca beatus Gregorius ad Hermānum epiſcopuꝫ Metenſem ſcribens in. c. quis dubitat. diſtin. xcvi. ad propoſitum dicit. Quis dubitat ſacerdotes chriſti regum et ꝑncipum omniūꝗ fideliuꝫ patres ⁊ magiſtros cenſeri: nonne enim mirabilis inſanie eſſe cognoſcit̄: ſi filius patrem ſi diſcipulus magiſtruꝫ conet̄ ſubiugare ⁊ iniquis obligationibus illuꝫ ſue poteſtati ſubijcere a quo credit non ſolum in terra ſed et in celis ſe ligari poſſe et ſolui: hec Grego. Sexto fatuitatē ꝑfati erroris aperꝑtiſſime ac ſapienter confutat Innocētius in c. ſolite. extra de maio. ⁊ obe. vbi ſcribens conſtantinopolitano imperatori poſt multa ita ſubiungit. Preterea noſſe debueras ꝙ fecit

deus duo magna luminaria in firmamēto celi: luminare maius vt preeſſet diei ⁊ luminare minus vt preeſſet nocti: vtrunq̄ magnuʒ ſed alteruʒ maius. Ad firmamentū ergo celi hoc eſt vniuerſalis eccleſie fecit deus duo luminaria: id eſt duas inſtituit dignitates que ſunt pōtificalis auctoꝛitas ⁊ regalis poteſtas. ſed illa que preeſt diebus. id eſt ſpūalibus eſt maioꝛ: que vero nocti: id eſt carnalibus minoꝛ eſt vt quanta eſt inter ſolem ⁊ lunaʒ tanta inter pontifices ⁊ reges differentia cognoſcatur. hec ille. Septimo rōne ſic argui poteſt contra prefatuʒ erroꝛem: inferioꝛ non eſt iudex oꝛdinarius ſuperioꝛis ſui. ſed papa eſt ſuperioꝛ imperatoꝛe ⁊ omi ſeculari poteſtate. ergo imperatoꝛ ſiue poteſtas ſecularis nō poteſt eſſe iudex oꝛdinarius pape. cōſequentia eſt bona. maioꝛ eſt manifeſta. dicit em̄ papa Nicolaus in. c. inferioꝛ. di. xxi. Sole clarius exhibuimus nō poſſe quenq̄ qui minoꝛis auctoꝛitatis eſt eum qui maioꝛis eſt poteſtatis iudicijs ſuis adijcere aut ꝑprijs diffinitionibus ſubiugare. minoꝛ etiam patʒ ex capitulis ſupra inductis maxime ex ca. ſi imperatoꝛ. ⁊. c. duo ſunt. diſtinc. xcvi. ⁊ in ca. ſolite. extra de ma. ⁊ obe.

Octauo ſic. poteſtas ſpūalis habet iudicare terrenam poteſtatem ſi bona non fuerit. ergo terrena poteſtas non eſt iudex oꝛdinarius pape in quo ſpūalis poteſtas in plenitudine reſidet. cōſequentia eſt bona. antecedens patet in. c. duo. ⁊ in. c. ſi imperatoꝛ. diſ. xcvi. ⁊ in ca. alius. xv. q. i. Iterum patet auctoꝛitate venerabilis Hugonis de ſctō vict. lib. ij. de ſacramētis ita dicentis. Spūalis ptās iudicat terrenā ſi bona non fuerit: ipſa vero ſpūalis a deo primo inſtituta eſt: ⁊ cū deuiat a ſolo deo iudicari habet ⁊ poteſt ſicut ſcriptū eſt infra i. Coꝛinth. ij. Spūalis homo om̄ia iudicat et ipſe a nemine iudicaṫ. Nono. ſicut papa nō eſt de foꝛo imperatoꝛis nec rōne papatus quē non tenet ab imperio ſed a ſolo deo. Ioh. vlt. Paſce oues meas. ⁊ diſ. xxi. in nouo. nec rōne alicuiꝰ rei terrene quā ab imperatoꝛe teneat. Nam ⁊ ſi imperatoꝛ donationem fecit eccl'ie de tempoꝛalibus ipſam tamen donationem liberam eam fecit nec fecit papam feudatarium aut emphiteotam aut vaſallum vt eſt expreſſum. diſtinct. lxiij. ego Ludouicus. diſtin. xcvi. Conſtantinus. Si ergo papa non eſt de foꝛo imperatoꝛis falſum eſt ꝙ imperatoꝛ ſit iudex oꝛdinarius eius. extra de foꝛo competē. per totum.

## Capitulum. xcvi. In quo rn̄detur obiectionibus aduerſarioꝛum dicentium ꝙ imperatoꝛ aut ſecularis poteſtas non ſit iudex oꝛdinarius pape.

Cap. XCVI

Improbato ſufficienter prefato aduerſarioꝝ erroꝛe: reliquū eſt reſpondere obiectionibus eoꝝ. Ad primā cuʒ dicitꝰ ꝙ xp̄s ſubiectus fuerit iuriſdictioni Pilati ⁊ ceſaris reſpondetur dupliciter. Primo negādo ꝯñam. Tum primo. qꝛ ſubiectio illa q̄ xp̄s ſubfuit iuriſdictioni ceſaris non fuit oꝛdinaria ſed voluntarie aſſumpta. ex ſumma em̄ charitate ⁊ humilitate xp̄s ei ſubijci voluit vt in hoc oſtenderet quantā ad humanū genus charitatem habuit: qꝛ a nō ſuo iudice iudicari voluit ⁊ abſq̄ cauſa moꝛte turpiſſima cōdēnari. vnde Eſa. liij. dicitꝰ. Oblatus eſt qꝛ ipſe voluit. Simile habetꝰ circa obſeruantiā legaliuʒ quibꝰ volūtarie ſubijci voluit vt alios ab hoꝝ onere liberaret dicēte Apl'o ad Gal. iiij. Ubi venit plenitudo tēpoꝛis miſit deus filium ſuū factū de muliere factū ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret. Clarū eſt autē ꝙ ex ope ſuperogationis nō arguitꝰ debitū in eo nec in eiꝰ vicario aut eiꝰ diſcipulis. Scd̄o: ratio illa nō procedit: qm̄ vt dn̄s Aluarus in libꝛo de heresibus pte quinta reſpondet. Pilatus nō iudicauit xp̄m vt perſonā publicā aut dignitate preeminentem ſed tanq̄ perſonā priuatam accuſatam ſibi a principibus ſynagoge ⁊ a populo iudeoꝛum tanq̄ malefactoꝛem: qꝛ in hoc erat de foꝛo Ceſaris ⁊ Pilati quia preſes erat in iudea pꝛo imperatoꝛe. vnde ipſe Pilatꝰ ait Luc. xxiij. Obtuliſtis mihi hunc hominē: hūc inq̄tum hominē quaſi priuatū ⁊ non pontificem: nō in dignitate conſtitutum: tūc enim vt dicit dn̄s Aluarus xp̄s non gerebat perſonaʒ pape ſed ſimpliciter hominis coꝛam ſuo iudice accuſari: nec in hoc papa chꝛiſto ſuccedit aut vices eius gerit: ſed in pontificatu ⁊ in potentia in auctoꝛitate: nō autem in maligna accuſatione facta de eo. Cū ergo xp̄s nec coꝛam ſuo iudice fuerit vt ſacerdos vel vt pōtifex accuſatus nec a iudice ſuo vt talis iudicatus: in iſto exemplo nihil poteſt cōcludi de ſubiectione pape aut cleri ptāte Ceſaris aut principatus ſecularis. ſicut ſi laicus iudex ferat ſententiam moꝛtis contra clericū putans eū nō eſſe clericum vtputa in quo nulla clericalis diſcipline veſtigia apparent nō poteſt ex hoc actu acquirere in clericos aliquaʒ iuriſdictionem. Scd̄o poteſt rn̄deri ad predictam obiectionē negando minoꝛem: videlicet ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo moꝛtalis fuerit oꝛdinaria ſubiectōe ſubiectus iuriſdictioni iperatoꝛis. xp̄s em̄ ab inſtāte conceptionis conſtitutus eſt iudex vl'is viuoꝛum ⁊ moꝛtuoꝛum. vnde Act. x. dicitꝰ de eo.

Ad primum argu. ca. xciiij.

Hic eſt qui conſtitutus eſt iudex viuoꝝ ⁊ moꝛ
tuoꝝ. Et Math. vlti. dicit ipſe. Data eſt mi-
hi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. hoc autem
licet poſt reſurrectionē xp̄s dixerit qꝛ tūc eiꝰ
ptās manifeſtata eſt ⁊ notificata: nihilomi-
nus poteſtatem ipſam ab inſtante cōceptio-
nis in quo erat homo moꝛtalis auctoꝛitatē ha
buit. vt tam magiſter ſniaruꝫ ꝙ̄ ſanctus Tho
mas in. iij. dicunt. Quocirca manifeſtū vide-
tur falſum eſſe qꝺ aduerſarij dicūt xp̄m ſubie
ctum fuiſſe iuriſdictioni ceſaris tanꝙ̄ ſui iu-
dicis oꝛdinarij. Hoc etiam manifeſte videtur
colligi ex Math. c. xvij. vbi xp̄s oñdit ⁊ ꝓbat
ſe non eſſe obnoxium ſiue obligatum ad ſol-
uendū tributa ceſari: ad qꝺ tamē videret̄ fuiſ
ſe obnoxius ſi ceſar eius oꝛdinariꝰ iudex fuiſ-
ſet. cenſus em̄ ſignū eſt ſubiectionis. extra de
cenſi. omnis anima. ait autem ſic xp̄us petro.
Quid tibi videt̄ Simon? Reges terre a qui-
bus accipiunt tributū vel cenſum a filijs ſuis
an ab alienis. At ille dixit: ab alienis. Dixit il
li ieſus: ergo liberi ſunt filij. vt aūt nō ſcanda
lizemus eos ⁊c̄. vbi glo. ita inquit. Dominus
noſter ⁊c̄. ſm carnem filius regis erat ex Da-
uid natus ⁊ om̄ipotentis verbum. ergo vt fi-
lius regū tributa non debebat ſed ꝓ humili-
tate carnis: decet em̄ implere oēm iuſticiam.
hec ibi. Et ad ꝓbationem aduerſarioꝝ quaꝫ
inducūt ex illo. Joh. xix. Non haberes pote-
ſtatem aduerſus me ⁊c̄. rn̄detur ꝙ ex hoc loco
nō habet̄ ꝙ Pylatus aut Ceſar fuerit iudex
xp̄i oꝛdinariꝰ: qm̄ lꝫ Pylato dicēti. Mihi nō
loq̄ris q̊ ptātē habeo crucifigere te ⁊ ptātem
hēo dimittere te: xp̄s rn̄dit. Nō hēres ptāteꝫ
aduerſus me vllam niſi eſſet tibi datum deſu
per: puta a ceſare cuius erat vicarius in iudea
vel a deo permiſſiue. nō ſequit̄ ex hoc ꝙ ceſar
fuerit xp̄i iudex oꝛdinarius: ſicut nec alij impe
ratoꝛes nec iudices ſeculares per hoc ꝙ ꝑmiſ
ſi ſunt a deo perimere multos martyres ſequi
tur ꝙ fuerunt oꝛdinarij iudices ſanctoꝝ mar-
tyrū. Et ita in ꝓpoſito: qm̄ ꝯceſſio illa ptātis
a deo intelligenda eſt per ꝑmiſſionem. vt di-
cit Cryſo. ⁊ habet̄ in glo. cōtinua: niſi tibi de
ſuper datum eſſet. i. conceſſum: ac ſi diceret. ꝑ
miſit hoc fieri. hec Cryſoſto. Nec facit ad pꝛo
poſitum aduerſarioꝝ qꝺ inducūt de Bernar
do ad archiep̄m Senoneñ. qm̄ dato ꝙ ita di-
cat beatus Bernardus. magna differētia eſt
inter oꝛdinatū ⁊ oꝛdinariū: cū em̄ oīa que a
deo fiant aut fieri permittant̄ neceſſe eſt oīa
eſſe oꝛdinata: nihilominꝰ tamē non oīa dicun
tur oꝛdinaria. Dicit̄ em̄ oꝛdinariū non tm̄ qꝺ
ſit oꝛdinatū ſed qꝺ ſit oꝛdinatū ſm cōmunē le
gem aut oꝛdinem inſtitutū in repub. Clarum
eſt autem ꝙ tali lege aut oꝛdine vniuerſitatis
xp̄us in cuius femoꝛe ſcriptum eſt. Rex reguꝫ
⁊ dn̄s dn̄antiū. Apocal. xix. nō fuit ſubiectus
ceſari ſed deo patri. de quo ait. Joh. xiiij. Pa-
ter maioꝛ me: ſcꝫ hoīe: eſt vt inquit glo. Ad Ad ſecundum
ſecūdaꝫ obiectionē de priuilegio Conſtātini:
rn̄detur negando minoꝛē. Romanus em̄ pon
tifex pꝛimatū ſuū non habet a conſtātino ſed
a xp̄o qui beato petro ⁊ in petro ſuis ſucceſſo
ribus ait. Joh. vlti. Paſce oues meas. Et ad
ꝓbatione de. c. cōſtantinus. di. xcvi. rn̄detur
ꝙ in toto. c. non habet̄ ꝙ Romanus pontifex
habuerit pꝛimatū a Conſtātino: imo cōſtan-
tinus aſſerit ꝙ btūs petrus cui ſuccedit Ro-
manus pontifex habuit a xp̄o pꝛimatū. vn̄ ait
ſic. Sicut beatus petrꝰ in terris vicarius filij
dei dicit̄ eſſe cōſtitutus ⁊c̄. vnde ipſe non de-
dit priuilegium pꝛimatus ſed id qꝺ a xp̄o cre-
didit donatū eſſe romano pontifici pꝛecepit
obſeruari ⁊ venerari ꝑ oēs oꝛbis eccl'ias. ⁊ ita
non fuit inſtitutoꝛ pꝛimatus ſed magis execu
toꝛ legis ⁊ oꝛdinationis xp̄i: ꝓut etiā dictum
eſt ſupꝛa circa. c. xlij. Ad tertiā rn̄det̄ negan Ad tertium
do aſſumptū: videlicet ꝙ imperatoꝛ fuerit iu-
dex oꝛdinarius beati petri. Et ad ꝓbationeꝫ
rn̄detur dupliciter. Pꝛimo negādo aſſumptū
in quo dicit̄ ꝙ omēs apl'i fuerunt quo ad ſub-
iectionem pares. Dicimus em̄ ꝙ beatus Pe-
trus in quo erat ſumma poteſtas ſpūalis ⁊ vi
carius xp̄i magis repugnabat ſibi eſſe ſubie-
ctum iuriſdictioni imperatoꝛis ꝙ̄ ceteris a-
poſtolis q̊ non erant aſſumpti ad vniuerſaleꝫ
pꝛincipatū ⁊ generalem xp̄i regis regū vica-
riatū. Et ita non eſt ſimile de petro ⁊ de alijs
apl'is. Secūdo rn̄detur negādo ꝙ paulus fue
rit ſubiectꝰ iuriſdictioni imperatoꝛis ſicut iu-
dicis oꝛdinarij. Et cū dicit̄ ꝙ ad ceſarem ap-
pellauit tanꝙ̄ ad ſuperioꝛem: dicimꝰ ꝙ appel
lauit cōtra iniuriam ſibi factam ad ceſarē tā-
ꝙ̄ ad ſuperioꝛem oꝛdinariū non ſuuꝫ ſed iudi-
cis illius a quo appellauit a quo patiebat̄ in-
iuriā. ⁊ ita ratio non ꝓcedit. Poſſet tertio rn̄
deri negando ꝯſequētiam: qm̄ ſi cōſequentia
illa eſſet bona ſequeret̄ ꝙ ptātibus ſiue pꝛin-
cipibus infidelibus cuiuſmodi fuerūt Ceſar
⁊ Pylatus: taꝫ papa ꝙ̄ totus clerus ſubiectꝰ
eſſet qꝺ eſt fatuū dicere: licet em̄ vt dicit ſan-
ctus Tho. in. ij. ij. q. x. art. x. in pꝛincipio. Ante
pꝛefectam diuiſionē fideliū ab infidelibus ce-
ſaris ⁊ alioꝝ infideliuꝫ pꝛelatio non ceſſaſſet
in totū ꝓpter cōuerſionē aliquoꝝ cōuerſoꝛuꝫ
ad fidem: nihilominus poſt aucta multitudi-
ne fideliū non ſequit̄ ꝙ idem ſit. vn̄. i. ad Coꝛ.
vi. in pꝛincipio repꝛehendit Apl'us fideles co
rinthios ꝙ auderēt ꝓuocare ꝓximos ſuos co

ram iudicibus infidelibus dicens. Audet aliquis veſtrū habens negociū aduerſus alterū iudicare apud iniquos .i. infideles ⁊ non apō ſctōs .i. fideles. Ad quartum Ad quartā de ſacerdotio veteris legis r̄ndetur iuxta magiſtrū Alexandruȝ de Alis ⁊ ſupra inducta ē ſimilis r̄nſio ex dn̄o Bonauentura: ꝙ non eſt ſimile de ſacerdotio veteris teſtamenti ⁊ noui: ſacerdotiū em̄ veteris legis erat carnale ⁊ per carnalem ꝓpagationē ſuccedebat ⁊ cōtinuabatur q̄uis eſſet ordinatū ad ſpūale obſequiū ſcȝ diuinū cultum ⁊ figuram ſpūalis ſacerdotij noui teſtamēti. ⁊ ideo ex parte illa in qua carnale erat ⁊ terrenum ſubiectum erat terrene poteſtati: ſcȝ regali. ſicut em̄ dicit Aug. ideo dicitur vetus teſtamentū ꝓpter ꝓmiſſionem terrenā que pertinet ad veterem hominē: ⁊ ideo in veteri teſtamento ſumma ptās erat poteſtas terrena: in nouo aūt teſtamento non: vbi eſt ſpūale ſacerdotium ⁊ ꝓmiſſio ſpūalium. In nouo eniȝ teſtamento non ꝓmittuntur terrena in mercedem ſed adduntur ad ſuſtentationē ⁊ neceſſitatem: iuxta illud. Math. vi. Primum querite regnū dei ⁊ hec om̄ia adijcientur vobis: vn̄ non ſubditur ſtatus eccl'iaſticus temporali ⁊ multominus princeps ſtatus ſpūalis principi cuicūq; terreno. Cōcordat ſanctus Tho. ſecūdo libro de regimine principū. Secūdo r̄ndetur ꝙ Salomō hoc fecit ex ſpeciali dei precepto qui ei hec predixerat. Unde. iij. Reg. ij. ſic dicitur. Eiecit igitur Salomon Abiathar vt non eſſet ſacerdos dn̄i vt impleretur ſermo dn̄i quē locutus eſt ſuper domuȝ Heli in ſylo. ⁊ ita rō non eſt ad ꝓpoſitum. Ad quintum Ad vltimam obiectionem de Leone papa r̄ndetur iuxta magiſtruȝ Alexādrū de Alis: ꝙ Leo papa ſe ſubmiſerat iudicio Ludouici imꝑatoris ſiue nunciorū ei': hoc fuit opus ſupererogationis ⁊ non debiti. vnde ex tali opere argumentū non ꝓcedit: ſicut ſuperius dictum eſt.

Cap. XCVII Capitulū. xcvij. In quo ponuntur aduerſariorū rōnes ad ꝓbandum ꝙ papa extra caſum hereſis habeat iudicem in terris: videlicet eccleſiam vniuerſalem.

ſ **Unt alij aduer**ſarij qui licet non aſſerant papā ſubiectum iuriſdictioni imperatoris aut alicuius poteſtatis ſecularis: nihilominus affirmare contendūt: ꝙ romanus pontifex non tantū ꝓ hereſi ſed pro quocūq; notorio crimine de quo incorrigibilis appareat aut eccleſiaȝ ſcandalizaret iudicem habeat eccleſiā vniuerſalem: que ipſum iudicare ⁊ punire poſſet. Et circa hoc faciunt duo. Prima r̄nſio aduerſariorū ad auctoritates ſctōꝝ Primo em̄ nituntur r̄ndere ad oēs auctoritates que dicere videntur: ꝙ papa a nemine poteſt iudicari niſi a fide deuiet: dicentes primo ꝙ iſta nomina diſtributiua nemo nullus ſumuntur ꝓ ſingulis hominibus ipſius congregationis fidelium: non autē ꝓ ipſa congregatione que vnita plurificari non poteſt. ⁊ ideo dicunt nomen diſtributiuū ei competere non poteſt: ſicut non poteſt dici ꝓprie om̄is deus cum non poſſit eſſe niſi vnus. Concludunt ergo ꝙ in predictis auctoritatibus aut ſimilib' fiat cōparatio pape ad alias perſonas eccleſie tanꝙ membri ⁊ partis ad alia eccleſie mēbra ⁊ partes: non autem ad ipſum corpus totum quod eſt eccleſia. Secunda reſponſio eorundem Secundo dicūt ꝙ prefate auctoritates non militant: quia iudiciuȝ vniuerſalis eccleſie dicitur iudicium dei. Secūdo loco nituntur hanc eoꝝ opinionem multiplici via veram oſtendere. Primo auctoritatib' ſacre ſcripture. Secūdo auctoritatib' cōciliorum. Tertio auctoritatibus doctoꝝ. Quarto ratiōibus. Quinto exemplis. Prima auctoritas prime vie cui ⁊ ſequentib' r̄ndebitur ca. xcviij. Prima via ſic. ⁊ primo ex illo Math. xviij. vbi xp̄us ſic ait Petro. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c̄. Si autem te non audierit ⁊c̄. Sequitur. Dic eccleſie. Certum eſt autem ꝙ papa frater noſter eſt: cum vnus pater ſcȝ deus: ⁊ vna mater ſcilicet eccleſia om̄ibus fidelibus ſit. ergo ſequitur ꝙ ad ipſuȝ ſe extēdat prefata auctoritas Si peccauerit ⁊c̄. vbi ergo de peccato correptus emendare ſe noluerit dicenduȝ eſt eccleſie: ſicut ſit alijs confratribus ⁊ hoc nō niſi vt iuſticia fiat: quia al's fruſtra diceretur: ſed iudicium ſit per ſuperiorem: ergo videtur ꝙ papa habeat in terris iudicem ſuperiorem ſcȝ eccleſiam vniuerſalem que ipſum incorrigibilem exiſtentem iudicare ⁊ punire valeat. Secunda Secūdo argumentatur ex illo ad Gal. ij. vbi Paulus legitur petro in faciem reſtitiſſe: quia repꝛehenſibilis erat. ergo ſi hec egit paulus multo fortius poterit eccl'ia vniuerſalis reſiſtere pape vbi eum contingeret errare ⁊ eccleſie imineret periculum: al's eſſet in poteſtate vnius hominis eccleſiam deſtruere aut confundere: qđ eſt abſurdum. Tertia Tertio arguitur ex illo Act. xi. vbi legitur ꝙ illi qui ex circunciſione venerant reprehenderunt petrū diſceptātes cum eo dicentes: quare intraſti ad viros preputium habentes ⁊ manducaſti cū illis. ergo multomagis hoc poſſet facere vniuerſalis eccleſia. Secunde vie Secunda via arguunt auctoritate vt aiunt ſacroꝝ conciliorū: dicunt eniȝ ꝙ contra prefatam concluſionē ſit decretum cōcilij cōſtantienſis: Prima auctoritas cui r̄ndebitur ca. xcix. in quo dicunt eſſe decretatum ꝙ generalis ſynodus in ſpū ſancto legitime cōgregata ptātem a xp̄o immediate habet cui quilibet cuiuſcūq; ſtatus vel dignitatis etiaȝ

Secunda cui rñ-debitur cap. c.

ſi papalis exiſtat obedire tenet ⁊c. Item ſcḋo
eſt conciliū Baſilieñ. in quo tam in ſecūda ſeſ
ſione ꝙ̄ in duodecima reſumit decretum pre-
fatum concilij Conſtantiēſis. Ex quibus ma-
nifeſte ſequitur ꝙ papa ſuperiorem iudicē ha-
bet in terris. Tertia via ſcꝫ auctoritate do-
ctoꝝ arguunt. Et primo auctoritate beati Pe
tri: qui ita dicit locutus ad beatū Clementeꝫ
vt dicit in epiſtola eiuſdem Clementis ad Ja
cobuꝫ. Si enim mūdanalibus curis fueris oc
cupatus ⁊ teipſum decipies ⁊ eos qui te audi
unt. non enim poteris ea que ad ſalutem perti
nent plenius quibuſcunqꝫ diſtinguere ⁊ ex eo
fit. vt tu tanꝙ̄ qui nō docueris que ad ſaluteꝫ
hominū pertinent deponaris. Secūdo argu
unt ex auctoritate glo. in. c. ſi papa. di. xl. q̄ ita
habet. Credo ꝙ ſi notoriū ſit crimen eius. ſ. pa
pe quodcūqꝫ vnde ſcandalizatur eccleſia ⁊ in
corrigibilis ſit ꝙ poſſit inde accuſari. nam cō
tumacia dicitur hereſis: vt. lxxxi. di. ſi qui pb̄ri
Tertio arguunt hac via auctoritate b̄ti Gre
gorij que habetur in. c. ſi quis. ij. q. vij. ita dicē-
tis. Si quis ſuper hoc nos redarguere volue-
rit vel extra auctoritatem facere nos contēde
rit veniat ad ſedeꝫ apoſtolicam vt ibi ante cō
feſſionem beati petri mecum iuſte diſceptet:
quatenus vnus ibi ex nobis ſuſcipiat ſenten-
tiam ſuam. ergo videtur ꝙ papa habeat iudi-
cem ſuperiorē in terris. Quarto arguunt ea-
dem via auctoritate beati Thome de aquino:
dicūt eñ ꝙ idem doctor dicit libro de regimi-
ne principum: ꝙ ſi ad ius alicuius cōmunita-
tis pertineat ſibi prouidere de rege: ab eadeꝫ
rex inſtitutus ſi fuerit in tyrannum conuerſus
poterit deſtitui ⁊ refrenari eius ptās ſi pote-
ſtate regia tyrānice abutatur. ſed ad cōmuni-
tatem eccleſie ſpectat per cardinales ius eli-
gendi papā. ergo ad eandeꝫ ſpectat corrigere
⁊ punire eum ſi eccl̄eſiā ſcandalizaret. Et ita
appet ꝙ papa habet iudicem ſuperiorē in ter
ris. Rationibus aūt arguūt. Primo ſic. pa
pa ſi eſt deui⁹ a fide poteſt iudicari ab eccleſia
per. c. ſi papa. di. xl. ergo pariter ſi aliquo alio
crimine de quo eccleſia ſcandalizaretur fuerit
deprehenſus. Probatur ꝯña. Tum q2 nō legit
in ſacra ſcriptura ꝙ in cauſa fidei deus dede-
rit maiorē poteſtatē eccleſie ꝙ̄ in alijs caſib⁹.
xp̄s eñ in datione poteſtatis generalibus ter
minis vſus eſt dicens. Quecunqꝫ alligaueritꝫ
⁊c. Mat. xviij. Tum ſecūdo: q2 qui poteſt ma-
ius poteſt minus: ⁊ vbi maius conceditur mi
nus conceſſuꝫ videtur: vt dicit tex. in. c. ex par
te. extra de deci. Secundo arguunt ſic: nulli
corpori videtur ſufficienter prouiſum niſi mē-
brum putridum quod totum corpus valet in-

Tertie vie. Prima auctoritas cui ⁊ ſequētibus rñdebitur capi. ci.

Secunda

Tertia

Quarta

Quarte vie. Prima rō cui ⁊ ſequētibus rñdebitur. ca. cij.

Probatio prima

Secunda ꝓbatio

Secunda ratio

ficere poſſet abſcindi. ſed tota eccl̄ia militās
eſt vnum corpus ordinatum per xp̄m: dicente
Paulo ad Roma. xij. Omēs vnum corpus ſu
mus in xp̄o: iſtius autē corporis papa eſt vnū
membrū quia caput. ſi ergo illud ſit dānoſum
ſcandalizans notorie eccleſiam: ſequit ꝙ non
eſt ſufficienter prouiſum corpori eccleſie niſi
per ipſam abſcindi poſſet. cum ergo xp̄us nō
defecerit in neceſſarijs eccleſie militanti: ſe-
quitur ꝙ per eccleſiam papa nedum ſi ſit he-
reticus ſed etiam vbi aliquo alio crimine no-
torio ſcandalizat eccl̄iam iudicio vniuerſalis
eccl̄ie eſt ſubiect⁹. Tertio ſic. ſi papa peccās
non poſſet per alios puta per eccl̄iam corrigi
⁊ puniri: ſequitur ꝙ non perfecte ac ſufficien
ter eam xp̄us ordinaſſet nec ei debite ꝓuidiſ-
ſet. ſed hoc eſt hereticum: cū dei perfecta ſint
opera. Deutero. xxxij. ꝓbat tamen ꝯſequētia:
quia illa cōmunitas non videt ſufficienter or
dinata aut ꝓuiſa que ſue ꝑditioni aut demoli
tioni non poteſt occurrere. ſic aūt eſſet de ec-
cleſia poſita in caſu quo papa preter hereſim
manifeſtam aut tyrānidem notoriā aut aliud
crimen notoriū eccl̄iam ſubuertere aut ſcan-
dalizare conaretur ⁊ vniuerſalis eccl̄ia ei re-
ſiſtere non poſſet ipſum corrigendo ⁊ deponē
do: hoc eñ eſſet cōcedere poteſtatē dataꝫ eſſe
in deſtructionem contra Apl̄m ⁊ Actuum. x.
Quarto ſic. oīe quod debemus pape ꝓ vitā
da morte corporali debemus ei ꝓ vitāda mor
te ſpūali. ſed in caſu vbi papa iniuſte ⁊ ſine cā
quacūqꝫ vellet ꝓximū interficere quilibet te
netur ⁊ poteſt de iure papam impedire. ergo
vbi papa notorie ſcandalizat eccl̄iaꝫ vbi ani
mas fideliū ducit ad baratrum inferni poteſt
⁊ debet quilibet eum impedire. Quinto ſic.
Si papa vellet vxorem alicuius cognoſcere:
vel ꝓpria illius rapere licitū eſt ei reſiſtere. er
go vbi eccl̄ia videt ipſum papam malis mori
bus ſcandalizātē fideles poteſt ei reſiſtere et
ipſum impugnare: maxime cū dicat apl̄us. i.
Thimo. iiij. Peccantē coram oīb9 argue.
Sexto ſic. Si papa infamat per viros ꝓui-
dos ⁊ honeſtos de aliquo crimine vnde eccle
ſia ſcandalizat: quero an papa teneat purga-
re ſe de hoc an non. Si dicas ꝙ non. Contra:
qui tenet ſcandalū vitare tenet ſuſcitatū tol-
lere ⁊ ſedare ſi pōt. ergo debꝫ ſe purgare: ſicut
legit de papa Damaſo accuſato a ſubditꝫ de
adulterio: vt refert Hiero. libro de viris illu-
ſtrib⁹. ſed purgatio pertinet ad ſententiā iu-
dicioꝝ. ergo ſequitur ꝙ in terris papa habe-
at iudicem ſuperiorem. Septimo arguitur
ſic confirmando rationē factā: prelatus q̄ te-
netur ſubditos a minori damno vel periculo

Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

Septima

liberare a fortiori tenetur a maiori. ſʒ papa tenetur ſuos ſubditos a dãno ⁊ periculo temporali eripere ẜm illud. Eripite egenũ ⁊ pauperē. ergo multo forti⁹ a ſpirituali vtputa a ſcãdalo de ipſo habito. ſed hoc ſe purgando. ergo idē qḋ prius. vñ ita fecerũt Sixtus Leo ⁊ Symachus romani pontifices: vt habeť. ij. q. vij.

Quinta via cui reſpondebit. ca. ciiij.

Quinta via. ſ. ex exemplis aduerſarij etiã oſtēdere nituntur ꝙ romanus pon. in terris iudicem habeat qm̄ vt aiũt eccleſia vniuerſalis ſepenumero ſummos pontifices ſiue a fide delirantes ſiue prauis morib⁹ notorie eccleſiã ſcãdalizantes correxit iudicauit ⁊ puniuit.

Capłm. xcviij. In quo reprobantur reſponſiones ad uerſarioꝝ date ad auctoritates ſanctoꝝ patrum ⁊ iura inducta pro concluſione noſtra et reſpõdetur obiectionibus ipſorum aduerſarioꝝ ſumptis ex auctoritatib⁹ ſacre ſcripture.

Capłꝫ XCVIII

Concluſio ſuperius poſita: videlʒ ꝙ roman⁹ põ. pro ſui principatus excellētia extra caſum hereſis iudiceʒ nõ habeat in terris: tantis eſt ſupra ſanctoꝝ patrũ roborata teſtimonijs: tam irrefragabilib⁹ fulcita rationib⁹ ⁊ ſanctoꝝ canonum luminib⁹ illuſtrata: vt ſuperuacuũ cenſeať alia inducere teſtimonia. vñ nõ reſtat niſi aduerſarioꝝ obiectionib⁹ reſpõdere. Faciem⁹ aũt hic duo. In primis oſtēdemus ꝙ reſpõſiones date per aduerſarios ad iura ⁊ dicta ſanctoꝝ patrum dicentium papam a nemine iudicandũ intelligenda ſint de ſingulis perſonis ⁊ non de tota cõitate eccleſie: quod ex multis facile colligiť

Contra primã reſponſionem aduerſariorum

Tum primo ex eo ꝙ ratio ſuperioritatis ⁊ dependētie papatus a ſolo deo aſſignata per doctores quare a nemine papa eſt iudicãdus ita currit de ipſa cõitate ſicut de ſingulis pſonis nam romanus pon. nõ modo eſt ſingulis pſonis auctoritate ſuperiorſʒ etiam toto eccleſie corpore vtpote qui paſtor ⁊ caput eſt toti⁹ eccleſie. Tum ſcḋo: reſponſio illius oſtēditur vacua ex tex. cum glo. ait em̄ ſic tex. Nemo iudicabit primam ſedē. ſequitur. Nõ enim ab Auguſto nec ab omni clero nec a regibus nec a poplo iudex iudicabitur. Ecce ꝙ textus excludit a poteſtate iudicandi papam ſingulas pſonas ⁊ omnem cõmunitatem tam ſpiritualē que deſignatur nomine cleri ꝙ ſecularem deſignatam nomine populi. Preterea glo. ſuper verbo: ab om̄i clero ait. argumentũ ꝙ concilium nõ poteſt papaʒ iudicare. vt extra de elec. ſignificaſti. Hec glo. Ex quo patet ꝙ ly nemo in auctoritatibus prefatis non ſolum accipiēdum eſt pro ſingulis perſonis diuiſim ſed etiã pro ſingulis coniũctim ſiue collectiue. Maũt dicunt aduerſarij ꝙ nomina diſtributiua proprie competere non poſſunt congregationi fidelium que vnica ⁊ impluríficabilis eſt parũ valet: quia nomina ſiue ſigna talia addita nominibus collectiuis vt ſunt populus clerus domus eccleſia ⁊c. non diſtributiue ſed collectiue tenentur: ſignificant em̄ id quod totum ſicut eſt illud quod habetur ad Hebre. iij. Sicut moyſes: ſupple fidelis fuit in omni domo ſua. quod exponitur: id eſt in tota domo ſcʒ ſynagoga iudeorum. Item eodem modo videť ſumi illud. iij. Reg. viij. Conuertitq; rex faciē ſuam ⁊ benedixit om̄i eccleſie. Item illud. i. Paralip. xix. Precepit autem vniuerſe eccleſie benedicite deo noſtro: ⁊ benedixit omnis eccleſia dño patrum ſuoruʒ. Item illud Mathei. ij. Turbata eſt cum illo omnis hieroſolyma: id eſt tota. Et ita in auctoritate ſupradicta illud: nec ab om̄i clero: exponiť: id eſt nec a toto clero. iuxta etiam glo. que dicit. argumentuʒ ꝙ concilium non poteſt iudicare papam. Tertio: ꝙ talis intellectus ſit prefatorum iurium luce clarius colligitur ex confeſſione ⁊ teſtimonio tam cõcilij congregati rome tempore Marcellini: de quo diſtinc. xxij. in. c. nunc autem. ꝙ concilij congregati tēpe Symachi pape: de quo di. xvij. in. §. hinc etiã que manifeſte confeſſa ſunt a nemine preſulem romanum poſſe iudicari includendo etiam concilium vniuerſale: alś non loqueretur ad ꝓpoſitum. Quarto colligitur idem ex ca. ſi papa. diſ. xl. vbi dicit tex. ꝙ papa a nemine eſt iudicandus niſi deprehendatur a fide deuius. Clarum eſt autem ꝙ non eſt cuiuſcunq; ſingularis perſone papam iudicare etiã ſi deprehendať a fide deuius ſed ſolius cõcilij vniuerſalis. ergo per ly neminē non ſolũ excipiũtur ſingulares perſone ſed etiam ipſa vniuerſitas fidelium qḋ etiam ex hoc manifeſte habetur: vt ſcʒ ſit cõformitas huius tex. ad iura alia ⁊ determinationes concilioꝝ: de quibus parum ante factus eſt ſermo. Preterea ſecũda reſponſio aduerſarioꝝ in qua reſpondētes ad auctoritates dicentes ꝙ papa reſeruať iudicio diuino dicunt: ꝙ iudicium eccleſie congregate eſt iudiciũ dei ⁊ ita non videtur abſolutus papa a iudicio vniuerſalis eccleſie: nulla eſt. quia licet iudicium eccleſie ſit etiaʒ dei ſicut etiam de quolibet ſacerdote dicitur. de penitē. di. ij. §. ſed cũ ē. ꝙ quem ſacerdos iudicat deus iudicat cuius perſonaʒ gerit. ⁊ in. c. nemo. xi. q. iij. dicit beatus Cryſo. Nemo contēnat eccleſiaſtica vincula: non em̄ homo eſt qui ligat ſed xp̄us qui hanc poteſtatem dedit ⁊ dñs fecit homines tanti honoris eſt tamen

Contra ſecundam aduerſariorum eorundem

hoc iudiciū dei per homines. In auctoritati-
bus autem ſupradictis loquentibus de papa
excludunt omēs hoīes a iudicio ſuo. vnde in
ca.alioꝝ.ix.q.iij.habet: ꝙ alioꝝ hominū cau-
ſas deus voluit per homines terminari: ſed ſe
dis iſtius preſulem ſuo ſine queſtione reſerua
uit arbitrio: voluit beati petri ſucceſſores ſi-
bi tm̄ debere innocentiā. Nota verbū tantū.
Item in.c.electionē.di.lxxix.dicit beatꝰ Ana
cletus papa ⁊ martyr. Electionem ſummoꝝ
pontificū ſibi dn̄s reſeruauit: licet electionē
eoꝝ bonis ſacerdotibus conceſſiſſet. Ecce ꝙ
manifeſte reſponſio aduerſarioꝝ non reſpon
det auctoritatibus ſanctoꝝ patrū: ſed manife
ſte eſt oppoſita. ⁊ hoc idem oſtenditur per ali
as auctoritates quas ſupra induximꝰ. Et hoc
Ad auctoritates prime vie.c.xcvij. de primo. Reliquū autem eſt aduerſarioꝝ
obiectionibus reſpondere: qbus ꝓ pleniori il
luſtratione veritatis diſtincte per qnqꝫ capi-
tula iuxta qnqꝫ vias quibus ꝓcedunt reſpon
Ad primam debimus. Ad primam ergo obiectionē ſum-
ptam ex illo capitulo. Math.xviij. Si pecca
uerit in te frater tuus ⁊c. rn̄detur negando cō
ſequentiā. Et ad ꝓbationē cum dicit ꝙ papa
ſit frater: dicimus ꝙ hoc non militat: qm̄ cum
hoc ꝙ papa eſt frater noſter nature ꝯformita
te ⁊ fidei religione eſt etiā princeps ⁊ caput
totius vniuerſalis eccl'ie ſupremā ptātem ha
bens in eccl'ia. rōne primi: videlicet qz eſt fra
ter noſter extendit ſe ad eū auctoritas prefa
ta in ea parte in qua ſimplex tangitur frater-
na correctio que dicit ſimplicem quandā ad-
monitionem que cū ſit actus charitatis extē-
dit ſe ad oēm ꝓximū ſiue ſuperiorē ſiue equa
lem ſiue inferiorem ſicut ⁊ ipſe charitatis effe
ctus. Rōne vero ſecūdi videlicet ꝙ princeps
⁊ caput eſt ſupremam poteſtatem habens in
eccleſia non extendit ſe ad eū auctoritas pre
fata in ea parte in qua contra non ſuſcipien-
tem correctionē fraternam iubetur denūcia-
tionē fieri: quia cū denūciatio non acquieſcē-
tis fraterne correctioni ordinet ad finē vt ta
lis punitione corrigatur qui per ſimplicē ad-
monitionē non corrigitur non fiat niſi ſupe
riori: non poteſt denūciari prelatus qui ſupe-
riorem non habet niſi ſit tale peccatum eius
per qd̄ a ſupioritate cadat cuiuſmodi eſt pec-
catū hereſis. quare cōſequētia illa aduerſario
rū que apud eos Achilles exiſtimata eſt: nul
la prſus eſt. ꝓceſſus em̄ poſitus in euangelio
de correctione fraterna non habet locū in eo
qui non habet in terris ſuperiorē. Clariſſimū
eſt autē ex ſuperioribus ꝙ nullus in eccleſia
eſt ſuperior papa niſi xp̄us cuius generalis vi
carius eſt in terris. Nec pōt dici ꝙ congrega

tio ſubditoꝝ ſuoꝝ aut omniū ſuarū ſuperiorita
te auctoritatis ſit illo maior niſi quis vellet
euertere vt al's deductū eſt doctrinā xp̄i ⁊ di-
ceret ꝙ licet xp̄us dicat Math.x. Non eſt di
ſcipulus ſuper magiſtrū nec ſeruus ſupra dn̄ꝫ
ſuū: nihilominꝰ diſcipuli ſunt ſupra magiſtrū
⁊ ſubditi ſupra prelatū ſuū. Hinc eſt ꝙ vtiqꝫ cla
riſſime ſanctoꝝ ⁊ ſacroꝝ concilioꝝ ⁊ doctoꝝ
excellentiſſimoꝝ apertiſſime teſtimonia pro-
clamant pontificum romanorū cauſas deus
dicitur ſuo reſeruaſſe iudicio. Unde dn̄s Al-
bertus magnus in.iiij.di.xix. vbi querit vtrū
correctio fraterna ſit omniū: rn̄dens ita dicit
Omnis homo oēm hominē cum reuerentia et
māſuetudine tenet admonere ⁊ corrigere de
delicto ſed non vlterius poteſt denunciare ſi
eſt inobediens quādo prelatus ſupremus eſt:
quia non habet iudicem. Hec Albertus. Ad
idem eſt ſanctus Thomas in.iiij. eadem diſ.
ſic dicens. qm̄uis prelati ſint corripiendi a ſub
ditis non tamen eſt ei pena infligenda ſed re
currendum eſt ad ſuperiorē denunciando vel
ſi non habet ſuperiorē ad deum vt eum emen
det aut de medio tollat. Item magiſter Ulri
cus in ſumma ſua excellētiſſima theologie. q
lib.vi.tractatu.iij.c.xv. de accuſatiōe loquēs
ita inquit. Accuſari etiā non poſſunt aliqui
ꝓpter excellentiā dignitatis: vt papa nō po-
teſt accuſari niſi de crimine hereſis. vt dicit
in geſtis Bonifacij martyris. ⁊ ponit aucto-
ritas.di.xl.c. ſi papa. tamen apparatus dicit
ibi ꝙ licet ſpecialiter dicat de hereſi eo ꝙ de
illo poteſt accuſari etiam ſi occulta ſit cū non
vult corrigi: al's em̄ non poſſet accuſari: tamē
etiam de alio crimine poteſt accuſari ſi ſit no
torium per confeſſionem vel facti euidentiā
⁊ incorrigibilis ſit ⁊ eccleſia inde ſcandalize
tur ꝓbat per hoc ꝙ contumacia dicitur here-
ſis.di.xci.qui pbri. ⁊ contumax dicitur infide
lis.xxvij.diſ.nullus. ideo quidā dicunt idem
de quolibet crimine notorio: de quo ipſe non
corrigit ſe ꝓpter correctionem fraternam. ſed
hoc non credo verum eſſe: quia cum ſtabilis
maneat ſua auctoritas qm̄diu in petra q̄ chri-
ſtus eſt fundat ⁊ hoc etiam ſit per informem
fidem ipſa ſola fide manente non habet ſupe
riorem a quo iudicari poſſit. Inſuper quod ſo
li infidelitati tribuit de alijs criminibus ne-
gatur. ſymbolica autē ⁊ tranſſumptiua locu-
tione cōtumacia dicit infidelitas vel hereſis
⁊ argumēta ex talibus tanq̄ ſint ꝓprie dicta
nihil valent. hec dn̄s Ulricus. Itē idē lib.vi.
tractatu.iij.c.xvij. vbi de denūciatiōe euāge-
lica loqns dic ſic. Primū. ſ. admonitio priuata
habet locū etiā in prelato nō habēte ſupiorē

ſed ſequentia mēbra nō habēt ibi locū: q2 nō h3 ſuperiorem cui ipſe denūcieť vel corā quo cōmuniceť vel a quo excōicetur. ⁊ ideo ſi p admonitionē nō corrigitur non reſtat niſi orare ꝓ eo vel vt emendetur vel vt ſubtrahatur de medio ne eccľia3 ſuo exemplo perdat. hec ibi. Item hac de cauſa dicit Hoſtień. ꝙ denunciari non pōt crimen pape ſi corrigi vellet. Itē Ioh. in ſumma confeſſoꝝ lib. iij. ti. ix. §. ix. vbi dicit: ꝙ licet principum ſc3 admonitio locum habeat in prelato non habēte ſuperiorem tamen ſequentia non habent ibi locum q2 ſuperiorem non habet ⁊c. ſicut dicit dn̄s Vlricus. Ad idem plures alij illuminatiſſimi doctores ſicut dn̄s Petrus de palude dn̄s Herue⁹ magiſter Auguſtin⁹ de Anchona i libris ſuis de ptāte eccľiaſtica. Preterea hec ſententia manifeſte colligitur ex beato Bernardo qui ſcribens dn̄o Innocētio pape ita dicit. Quis faciet mihi iuſticiā de vobis ſi haberē iudicem ad quē vos trahere poſſem iam nunc oſtenderem vobis vt parturiens loquor q̄d mihi eminet: extat quidem tribunal xp̄i ſed abſit vt ad illud appellem vos ⁊c. Ecce ꝙ manifeſte innuit beatus Bernardus ꝙ papa iudicem nō habet in terris. Et ita pt3 ꝙ ratio aduerſariorum nulla erat: q2 cum papa aliquid plus habeat dignitatis ꝙ ceteri homines: q2 cu3 hoc ꝙ eſt frater eſt etiam pater ⁊ princeps nō eſt mirum ſi plus ſe extendat ad alios fratres auctoritas pfata. Si peccauerit in te frater ⁊c. ꝙ ſe extendat ad papam. De vera autē intelligētia prefate auctoritatis in ea parte in qua dicitur. Dic eccľie: ampliſſime ſuperius cōtra minus bene ſapientes circa illam diſputatu3 eſt.

Ad ſecundam

Ad ſecundam obiectionē que ſumiť ex illo Galaṫ. ij. vbi paulus dicit reſtitiſſe in faciē petro: rn̄detur ꝙ auctoritas illa nihil facit ꝓ aduerſarijs. Aliud quippe eſt reſiſtere ⁊ ſe opponere pape vbi imineret piculū fidei: aut ſi aliquid preciperet contra legem dn̄i: ⁊ aliud eſt iudicare per coertionē pene ſiue punire: q2 primū poteſt eſſe inferioris: ſecundu3 autē nō niſi ſupioris iuxta. c. iferior. di. xxi. ⁊. i. ad Cor. iiij. dicit. Qui autem iudicat me dn̄s eſt. Vnde concedimus ꝙ vbi imineret periculum fidei manifeſtum poſſet vniuerſalis eccľia ſiue ſynodus vniuerſalis reſiſtere romano pontifici ſicut paulus petro: ſed ex hoc nulla ſuperioritas auctoritatis arguiť in eccleſia ſuper verum romanū pont. ſicut nec in paulo ex prefata correctione ſupra petrū: ſed bene arguitur ⁊ cōmendať in paulo charitas ⁊ libertas ⁊ in petro in ſuſceptione patiēter correctionis humilitas. Vnde glo. que eſt Auguſtini in epľa ad Hierō. ſuper illud. Dixi Cephe corā omibus: dicit ſic. Ipſe petr⁹ quod a paulo fiebat vtiliter libertate charitatis ſancte atq3 benigne pietate humilitatis accepit atq3 ita exēplum poſteris tribuit ꝙ non dedignareť vbi forte rectū tramitē reliquiſſent a poſteriorib⁹ corrigi laus vtiq3 iuſte libertatis in paulo et ſancte humilitatis in petro. hec glo. Itē idē Augu. ſuper epľam ad Gal. de obiurgatione iſta pauli corā om̄ibus facta petro loquēs ita dicit. Q2 autem hec ei coram omibus dixit neceſſitas coegit vt om̄es illius obiurgatiōe ſanareť: non em̄ vtile erat errorem qui pala3 noceret in ſecreto emendare huc accedit ꝙ infirmitas ⁊ charitas petri cui ter a dn̄o dictum eſt. Amas me paſce oues meas: obiurgationem talem poſterioris ꝓ ſalute gregis libentiſſime ſuſtinebat. hec Augu. Hanc Auguſtini doctrinā ſecutus beatus Tho. dicit in. iiij. ſententiarum. di. xix. ꝙ beatus paulus petro in faciē reſtitit excedit modum fraterne correctionis que prelatis a ſubditis debetur. non em̄ prelati a ſubditis coram multitudine: ſed humiliter in priuato corripiendi ſunt niſi vbi imineret periculum fidei.

Ad tertiam

Ad tertiam obiectionē que ſumiť ex obiurgatiōe facta petro. Actuū. xi. ꝙ ad gentes diuertiſſet: rn̄detur ꝙ auctoritas illa nihil facit ꝓ aduerſarijs ſicut manifeſte colligitur ex dictis beati Greg. qui vt habetur in. c. petrus. ij. q. vij. ſic inquit. Petrus poteſtatem regendi acceperat. ⁊ tamen idem apľoꝝ primus querimonie contra eum facte: cur ad gētes introiſſet: nō ex poteſtate officij qua poſſet dicere oues paſtorē ſuum nō accuſent nec reprehendant: ſed ex auctoritate diuine virtutis qua gētiles acceperant ſpiritū ſanctū rn̄dit dicens. Eandem gratiā quā vobis dedit eis dn̄s. Hec Grego. Ex quibus patet: ꝙ cum vt ait Gratianus ibidem beat⁹ petrus ex officio potuerit repellere querelas illoꝝ ⁊ ſola diſpēſatiōne humilitatis illas ſuſtinuerit nō pōt accipi argumētu3 ex illoꝝ reprehenſione ꝙ prelati cogātur reprehēſione3 ſubditoꝝ ſuſcipere: ⁊ minus ex hoc pōt accipi argumētū ꝙ vniuerſalis eccľia extra caſu3 hereſis poſſit papam iudicare.

Capitulum. xcix. In quo reſpondetur aduerſarioꝝ obiectiōib⁹ fundatis in decretis cōciliorū Conſtātień.

Capľm XCIX Rn̄dens auctoritatib⁹ ſecūde vie. capi. xcvij.

Ita reſponſione ad auctoritates ſacre ſcripture quas aduerſarij in eoꝝ fauorem inducūt: cōſequēs eſt vt rn̄ſa demus ad ea que inducūt ſecūda via: videlicet ex decretis conciliorum Conſtantień. ⁊

Baſilieñ. Ad que rñdentes dicimus ꝙ nihil eorum q̄ inducunt militat contra cōcluſionē prefatam. Q̄ vero non militant ea que inducunt̄ de concilio Conſtantieñ. apertiſſime ex multis oſtenditur. Primo quidē quia nō eſt verum imo falſum quod aduerſarij dicunt: videlicet ꝙ Conſtantie declaratū ſit ſiue decretatum: ꝙ vniuerſalis ſynodus in ſpū ſancto legitime congregata generale concilium faciens ecclīam militantem repreſentans ptāꝫ a xpo habet immediate cui quilibet cuiuſcunq̄ ſtatus ſiue dignitatis etiam ſi papalis exiſtat obedire tenet̄ ꝛc. Plane nunꝙ̄ in Cōſtantia ſub hac forma legit̄ aliquod decretuꝫ factum. declaratio autem facta per patres illos ſub obedientia Joh. xxiij. cōgregata emanauit ſub hac forma. Hec ſancta ſynodus cōſtantienſis generale conciliū faciens ꝓ extirpatione preſentis ſciſmatis ꝛ vnione ac reformatione eccleſie in capite ꝛ in mēbris fienda declarat ꝙ ipſa in ſpū ſancto ꝯgregata generale conciliū faciens ꝛ ecclīam catholicā militantem repreſentans ptātem a xpo habꝫ immediate cui quilibꝫ ꝛc. Ecce manifeſte ꝙ decretum illoꝝ patruꝫ non loquit̄ vniuerſaliter de qualibet ſynodo vniuerſali: ſed de illa ſingulariter ꝓ cuius tempore non erat in ecclīa vnus paſtor totius ecclīe indubitat⁹. Et ita patet primū: videlicet ꝙ falſum ſit ꝙ tale decretum in forma qua ꝑponit̄ fuerit factū Cōſtantie. Secundo nō militant que inducuntur de cōcilio cōſtantieñ. qm̄ dato ꝙ tale decretū ſicut dicit̄ per aduerſarios ibi fuiſſet factum non habet neceſſitatē: qm̄ hoc qḋ aduerſarij preſupponūt: videlicꝫ ꝙ fuerit ab vniuerſali concilio legitime congregato ꝛ repreſentante vniuerſalem ecclīam militantē eſt valde dubium apud multos: imo plurimoꝝ iudicio ſcꝫ eoꝝ qui fuerunt de obedientia Gregorij ꝛ Bndicti falſum. qm̄ ſicut apertiſſime ptꝫ ex geſtis illius cōgregatiōis decreta illa ſi ita ſint appellanda facta ſunt ſolū a patribus aliquibus obedientie Joh. xxiij. Pro quo notādum ꝙ cōgregatio illa Conſtantie celebrata tria tēpora habuit. Primuꝫ fuit in quo ſola obediētia prefati Joh. balthaſar ꝯſtantie cōuenerat. Secundū tēpus fuit: in quo Angelus corarius vocatus in obediētia ſua Gregorius. xij. iuri ſuo cedens prefate cōgregationi ſub certis modo ꝛ formis ſe cōiunxit. Tertiū tēpus eſt in quo reges ꝛ principes ac prelati obediētes Petro de luna Benedicto. xiij. vocato in obediētia ſua per ſuos oratores noua facta cōuocatiōe cōcilij ſe vnierūt prefate cōgregationi ad pacem dandā vniuerſali eccleſie: ꝛ fuimus nos tūc pn̄tes in minoribus conſtituti. ꝓ quo ſolo tpe cōuenientib⁹ oib⁹ ſimul trib⁹ obedientijs fuit certū dicere ꝙ vniuerſalis ecclīa repreſentatiue cōgregata eſſet Conſtantie. nullus aūt dubitat q̄n aſſerere ꝙ ſola obedientia Johānis faceret cōcilium vniuerſale vniuerſalē ecclīam repreſentans eſſet temerariū ꝛ ſcandaloſum alijs duabus obediētijs. Tertio ea que inducunt̄ de decretis cōcilij Conſtantieñ. nō militant: qm̄ auctoritati illius alie due obediētie ſcꝫ Gregorij ꝛ Benedicti apertiſſima ꝯtradictiōne in plena cōgregatione ſe oppoſuerūt ꝛ eoꝝ contradictio fuit acceptata. Contradixit ac reclamauit in primis Gregorius ita in ſua obedientia vocatus qui verū ſe romanū ponti. aſſerens ꝛ ſcribens mittens poſt prefatam declarationē factam ab illis de obedientia Johānis oratores ſuos ad Conſtantiā cōmittit eis dn̄is ſcꝫ cardinali ſācti Sixti Joh. electo patriarche Conſtātinopolitano. archiepo Treuereñ. comiti palatino Carolo de malateſta auctoritatem cōgregationē ipſam Conſtantieñ. inq̄tū per ſerenitatē regiam ꝛ nō per Balthaſar ſe nuncupari faciētem Joh. xxiij. vocatam vice ſua cōuocandi ꝛ auctorizandi in generale cōcilium remota tamen omnimode inde predicti Balthaſar preſidentia ꝛ preſentia ab eiſdem ꝛc. verba ſunt formalia bulle date auctoritatis prefatis oratorib⁹ que inſerta eſt in geſtis prefati concilij. Q̄ autem hec verba ꝛ geſta dn̄i Gregorij prefato decreto contradicant et opponātur manifeſtum eſt. Contradixit preterea eidem decreto obedientia dominorum regum prelatoꝝ ꝛ principuꝫ ꝛ cōmunitatum qui Petro de luna Benedicto. xiij. vocato tanꝙ̄ vero ſummo pontifici vniuerſalis eccleſie adherebant. Nam vt ex geſtis eiuſdem ꝯcilij patet ꝓ eo ꝙ tenebant prefatos patres Conſtātie cōgregatos ſub obedientia Johānis ſiue etiaꝫ Gregorij non facere cōciliū vniuerſale nec eoꝝ congregationeꝫ repreſentare ecclīam dei catholicam noluerunt ſe vnire illis niſi prius iuxta cōpacta in Narbona cū bo. me. dn̄o imperatore Sigiſmundo noua fieret per eos apud quos veram eſſe arbitrabantur dei ecclīam concilij conuocatio ſicut ꝛ factū eſt nobis preſentibus in minoribus conſtitutis. Que oīa ita facta eſſe ꝛ ab oībus acceptata ſynodus ipſa Conſtantieñ. per diuerſas ſeſſiones apertiſſime teſtat̄. Quibus tribus obedientijs tandem ita in nomine xpi cōſtantie ꝯuenientibus ſub intentione celebrādi cōcilium vniuerſale habita eſt certitudo ꝛ fides apud omēs xpifideles vniuerſale conci-

Ad primam

ſium vniuerſalem eccl'iam repreſentans Con
ſtantie celebrari ⁊ non ante. concurrente am
bigua inter fideles cõcertatione apud quem
trium ꝓ romanis pontificibus ſe gerentium
apoſtolice ſedis auctoritas reſideret ⁊ princi
patus. vt em̄ teſtatur deuotiſſimus Bernar-
dus libro q̊nto de conſideratione. Fides am-
biguum non habet: al's ſi habet fides non eſt
ſed opinio. Ex qua contradictione aliarũ du-
arum obedientiaruꝫ clariſſime percipit quiſ-
qꝫ doctus q̃ preſumptuoſa ſit illa aſſertio ꝙ
obedientia illa Balthaſar Conſtantie cõue-
niens faceret concilium vniuerſaleꝫ eccl'iam
repreſentans. Quarto ea que inducunt̃ de
decretis cõcilij Conſtantieñ. nullius ſunt ro-
boris aut momenti: quoniã in illoꝝ determi-
natione non modo non interuenit vniuerſa-
lis eccleſia ſed obediẽtia vna tantũ: ſcꝫ Joh.
xxiij. vt dictũ eſt: ſed etiã nõ integre tota illa
obedientia: qm̄ plures patres doctiſſimi illiꝰ
obedientie illis non preſtiterunt conſenſum
aut aſſenſum ſuum. Item nec ipſe in ſua obe-
dientia vocatus Joh. xxiij. quoniã cuꝫ poſt re
ceſſum ſuũ a Conſtantia ſcaphuſe conſtitutꝰ
audiret prefatam declarationem concluſam
dñis oratoribus xpianiſſimi regis Francie vi
ſitantibus eum: videlicet domino duce Ba-
uarie dño. Nicolao de calauilla alijſqꝫ eorum
collegis amaro animo conqueſtus eſt falſa q̃-
dam ⁊ erronea aduerſus auctoritatem roma-
ni pontificis decreta per emulos ſuos poſt re
ceſſum eius eſſe cõcluſa. Quinto prefata de
creta cõcilij Conſtantieñ. nõ militant: qm̄ nũ
q̃ fuerunt per oẽs alias obediẽtias ſimul ap-
probata imo nec repetita: imo tota ſynodus
ex tribus obedientijs cõgregata ſtatutis ſuis
videt̃ deſignaſſe decretũ illud nunq̃ in mẽte
ſua inſediſſe. Qḋ ptꝫ ex duobus. Primo ex eo
ꝙ in ſeſſione. xxxvi. ita dicit̃. Sacroſancta cõ
ſtantieñ. ſynodus ſtatuit ⁊ decreuit ꝙ futurꝰ
romanus põtifex. per dei gratiã de ꝓximo aſ-
ſumendus cum hoc ſacro concilio vel deputã
dus per ſingulas nationes debeat reformare
eccl'iam in capite romane curie ſm̄ equitateꝫ
⁊ bonũ regimen eccl'ie ⁊c. Et ſequit̃ in. xiij. ar
ticu. ꝓpter que ⁊ quomõ papa poſſit corrigi
vel deponi. Ecce ꝙ manifeſte dat̃ intelligi ꝙ
ſynodus illa hoc diſcernẽs nõ approbauerit
aut mẽte habuit illa decreta prima Cõſtãtie.
Secũdo ex illo ꝙ prefata ſynodus cõſtãtieñ.
poſtq̃ papa Martinꝰ fuit creatus moreꝫ ob
ſeruãdo antiquoꝝ cõcilioꝝ humiliter petiuit
ab eo cõfirmationẽ ⁊ roborationeꝫ oĩum que
fecerat. cũ autem cõfirmare ⁊ roborare ſupio
ris auctoritatis ſit: planiſſimũ eſt ꝙ ſynodus
illa integra ex omnibus obediẽtijs xpianitat̃
nõ erat huiuſmodi fidei ꝙ concilium vniuerſa
le habeat a xpo imediate poteſtatem cui etiaꝫ
papa obedire teneretur. Sexto prefatum de
cretũ Conſtantieñ. nõ militat: qm̄ per apoſto-
licam ſedẽ nõ fuit approbatum: imo videtur
per dominũ Martinum reprobatum ſiue an-
nullatum in condemnatione erroris Johãnis
vicleff ⁊ Johis hus: inter quos vt patꝫ in bul
la quam approbante concilio Cõſtantieñ. do
minus Martinus miſit vniuerſis p̄latis na
tionis Germane: vnus articulus condẽnatꝰ
eſt. Qꝫ petrus nõ eſt nec fuit caput eccl'ie ſan-
cte catholice. Secũdus articulus de quo mã-
dat prefatus dominus Martinꝰ prelatis ⁊ in
quiſitoribꝰ fidei vt inquirãt ſuſpectos de p̄fa
tis erroribus: vtrũ credant ꝙ papa canonice
electus qui pro tp̄e fuit eius ꝓprio noie exp̄ſ-
ſo ſit ſucceſſor beati petri habens auctoritatẽ
ſupremã in eccleſia dei. hec ibi. Clariſſimũ eſt
aũt ꝙ hi duo articuli p dñm Martinũ aſſenti
ente ⁊ approbante concilio plenario Conſtã-
tieñ. videlꝫ ꝙ papa ſit caput ſancte ſedis ca-
tholice. i. vl'is ⁊ ꝙ habeat ſupremam poteſta-
tem in eccleſia dei: nõ poſſunt ſimul ſtare cuꝫ
decreto illo quod Conſtãtie factum legit̃ per
quoſdã de obedientia Joh. Balthaſar de ſu-
perioritate conciliꝝ ſupra papã: qm̄ vt habe
tur in. c. inferior. di. xxi. ſola ſedes potior inferi
orem conuenieñter abſoluit: nec poteſt quiſq̃ q̃
inferioris auctoritatis eſt eũ qui maioris ptã-
tis eſt adijcere aut ꝓprijs ſubiugare diffinitio
nibus. Si papa manẽs papa alterius iudicio
preterq̃ dei ſubiacet non põt ſtare in veritate
articulꝰ ille diffinitus Cõſtãtie p dñm Mar-
tinũ: ꝙ papa habeat ſupremã poteſtateꝫ in ec
cleſia vt in ſuperioribꝰ etiam deduximꝰ. Se
ptimo prefata decreta que inducũt aduerſarij
de concilio Conſtãtienſi non militant: qm̄ ex
preſſe ſunt contra ſacrorum cõciliꝝ canones
⁊ apoſtolice ſedis diffinitiones ſicut in ſuperi
oribus eſt demonſtratum: quare quicquid dif
finitum ſit in contrarium quibuſcũq; viribus
caret iuxta ca. hec eſt fides pater beatiſſime.
xxiiij. q. i. Octauo decreta illa non militant:
quoniã ſanctorum patrum ſententijs quoꝝ
doctrinam in his que fidei ſunt vniuerſalis iã
approbauit eccl'ia manifeſte ꝯdicunt: ſicut pa
tuit exemplariter in ſuperioribus vbi pro prin
cipatu Romani pontificis teſtimonia indu-
ximꝰ de beatis Hieronymo: Auguſtino: Am-
broſio: Cyrillo: Chryſoſtomo: Theophilo ⁊ Ci
priano atq; Leone primo: quorum ſententie
in materia fidei cum iam ab vniuerſali eccle-
ſia ſint firmate vt ptꝫ in quinta ſynodo nulla

auctoritate nulla hominũ diffinitione põt re-
pelli. Omnis quippe contradictio facta borũ
patrum ſententijs fieret profecto fidei ipſius
vniuerſalis eccleſie. prima nãq; ſalus vt habe
tur in. c. prima. xxv. q. i. eſt recte fidei regulã cu
ſtodire ⁊ a conſtitutis patrum nullatenus de
uiare. Nono prefata decreta locum nõ ha-
bent: quoniam contradicũt cõmuni doctrine
clariſſimoꝝ doctoꝝ tam iuris diuini ꝙ̄ huma
ni: qui vt in ſuperioribus declaratũ eſt de ve-
nerabili Hugone de ſancto victõ. de Alberto
magno. de ſancto Tho. de magiſtro Alexãdro
de Alis. de ſancto Bonauentura ⁊c̄. qui teſti
monijs ſcripturarũ ſanctarũ ⁊ canonum reue
rentia totius orbis conſecratoꝝ ⁊ auctoritati
bus ſummorum põtificum clariſſima luce de-
monſtrant romanũ pontificez ita principatũ
habere in vniuerſa eccleſia vt extra caſum he
reſis in quo a papatu cadit ſolum deuz iudicẽ
ſuperiorem habeat cuius vicarius imediatus
exiſtit. Eſt autem mirabile ꝙ patres illi Con-
ſtantie congregati voluerũt vno ictu nõ ſoluz
delere ſed hereticare tantoꝝ patrũ doctrinaz
Eſt autẽ hic nõ pretereundum ꝙ̄d habetur in
ca. placuit. xxxvi. q. ij. ꝙ auctoritas cõcilij non
preiudicat auctoritati Hieronymi ⁊ maxime
cum diuine ſcripture innitatur: vbi dicit glo. ꝙ
hec ratio eſt: q2 roboratur auctoritate veteris
teſtamenti ⁊ concilij Meldenſis. Si aũt vni
us doctoris ſancti auctoritas roborata aucto
ritate ſacre ſcripture ⁊ auctoritate vnius con
cilij preiudicat auctoritati vnius concilij vni
uerſalis vt ibidem dicit̃: quãto magis aucto-
ritas tantorum doctorum ⁊ ſanctoꝝ roborata
⁊ ſacra ſcriptura ⁊ concilijs vniuerſalibus et
diffinitionibus apoſtolice ſedis ꝑiudicare de
bet decreto vnius obediẽtie tm̃ ⁊ tpe ſciſma-
tis. Ex quibus omnibus liquido colligitur ꝙ
prefata decreta que ex aduerſo allegãtur a pa
tribus aliquibus Conſtantie edita vni⁹ obe-
dientie tm̃ tẽpore ſciſmatis nec neceſſitatẽ ha
bent nec virtutem euertẽdi fidẽ quam de ro-
mani pon. principatu ſemper ſeruauit ſancto
rum patrũ auctoritas ⁊ vniuerſalis eccleſie pi
etas venerara eſt.

Capitulũ. c. In quo reſpõdet̃ obiectionib⁹ aduerſa-
rioꝝ ſumptis ex decretis cõcilij Baſilieñ.

Capl'm C
Rñdens ſecun-
de auctoritati ſe-
cunde vie. c. xcvij.

a

Amplius ſecũdo ea que inducũtur de cõcilio Ba
ſilieñ. ex diuerſis ſeſſionibus ei⁹
minime etiam militant propter
multa. Primo cũ dicũt ꝙ ſancta catholica
eccl'ia in ſancto Conſtantieñ. concilio ⁊c̄. pre
ſupponũt duo. Quoꝝ primũ eſt manifeſte fal-
ſum vt dicunt: ꝙ in concilio Conſtantieñ. fue
rit vniuerſaliter diffinitum ꝙ conciliũ gene-
rale ⁊c̄. quoniã non vniuerſaliter aut indiffi-
nite ſed ſingulariter facta fuit illa diffinitio ſi
ue declaratio: vt in reſponſione ad ea que in-
ducunt̃ de ꝯcilio Conſtantieñ. plene in prece
denti. c. dictũ eſt. Secũdo ſupponũt ꝙ illud
decretũ factũ ſit a ſancta vniuerſali eccleſia.
hoc eñ ſalua pace eoꝝ ꝗ̄ ita opinati ſunt nul
lo modo põt ꝓbari verũ eſſe ſicut iã ante dixi
mus: imo temerariũ videt̃ plurimũq; ſcãdalo
ſum velle diffinire ꝙ obediẽtia ſola Johãnis
Balthaſar que ſola Conſtantie cõueniens fe
cit id decretũ tẽpore ſciſmatis eſſet vniuerſa
lis eccl'ia catholica legitime a vero ⁊ indubi-
tato paſtore vniuerſalis eccl'ie cõgregata ſan
ctũ vniuerſale conciliũ faciẽs hoc eñ eſſet di
cere ꝙ ſola obedientia Johãnis balthaſar in
ter tres obedientias fuiſſet eccl'ia ⁊ thalam⁹
xp̃i: ⁊ alie obedientie ſcz. Gregorij ⁊ Benedi-
cti fuiſſent ꝓſtibula ⁊ ſynagoga ſathane. ⁊ h̃
nõ ẽ aliud ꝙ̄ ſuſcitare antiquũ ſciſma in eccl'ia
dei. Secundo non militant prefata decreta
Baſilieñ. cõcilij: eo ꝙ conciliũ illud noluit re
cipere preſidẽtes pape in auctoritate ſua de-
bita iuxta morẽ antiquoꝝ concilioꝝ vniuerſa
lium de quoꝝ auctoritate in actione ſexta cõ-
cilij Calcedoneñ. vt refert Iſido. in lib. conci
lioꝝ ita habetur: in oibus ſynodis apocriſa-
rij aplici decretas ſentẽtias ꝑmo ꝓpter ſum-
mam auctoritatem ſancte eiuſdem ſedis con
firmabant ⁊ ſubſcribebant quia aliter nullũ
robur habebãt. vnde ſcribit Paſchaſius ⁊c̄.
Ex quibus patet decreta illa oĩno vacua eſſe
auctoritate. Tertio patet idem: quia nõ fue-
runt cõcluſa vnanimi conſenſu totius ſynodi
Si autem conciliuz non agant vt inquit Iſi
dorus. vi. et hi. ⁊ in. c. i. diſ. xv. qui non conſen
tiunt in vnum: non poteſt dici cõcluſio conci
lij vniuerſalis maxime in materia fidei cuius
vnitas maxime requiritur in corpore eccleſie
que ex vniuerſali cõſenſu non emanat. Qr au-
tem vniuerſalis ꝯſenſus in decretis illis Ba
ſilieñ. non interuenerit patet. Tum q2 multis
prelatis ⁊ doctoribus in vtroq; iure graduatꝭ
ſapientia ⁊ virtutibus clariſſimis non cõſen
tientibus edita ſunt: quoꝝ plures eoꝝ atten-
dentes predicta decreta aduerſa eſſe ſanctoꝝ
patrũ doctrinis non modo in deputationib⁹
ſuis cõtradixerunt ⁊ reclamauerũt verũetiaz
in ſeſſionibus ipſius cõcilij in ꝗ̄bus talia de-
creta ad furorẽ quorũdam hoſtiũ aplice ſedis
cũ multitudine ppl'i parui precij ⁊ nullius au
ctoritatis publicata ſunt intereſſe noluerũt.
Scdo nõ fuerũt vnanimitate vl'i concluſa: q2

nō expectata plene vniuerſali eccleſia nec in-
tegre ſynodo cōgregata. nō enim expectatis
plurium regum ⁊ principum oratoribus con-
cluſa fuerunt licet aliquos eorum nouerint iā
in via conſtitutos. vnḋ Baſilieñ. cupidi reno
uare decreta ſua poſtꝙ̄ ſancte memorie domi-
nus Eugenius ad ꝑ̄ncipum preces reuocaue-
rat diſſolutionem concilij quam fecerat timē-
tes dominoꝝ caſtelle ⁊ Anglie oratores quos
iam propinquos nouerant pro eorum ſapien-
tia ⁊ zelo ad fidem ⁊ apoſtolicam ſedem con-
cluſionib⁹ eorum nō prebituros cōſenſum pra
cticauerunt vt ante aduentum p̄fatorum do-
minoꝝ oratorum innouatio fieret ſuoꝝ decre-
torum: quod factum eſt in ſeſſione. xviij. Nul-
lus profecto ſane mentis vir qui nouit cū quā
ta grauitate integritate ⁊ modeſtia fidei iudi
cia tractanda ſunt iudicabit eſſe vniuerſali cō
ſenſu totius ecc̄lie cōcluſa ſpirituqꝫ ſancto di-
ctata, in quibus huiuſmodi factiones ⁊ practi
ce intuenerunt. Quarto decreta Baſiliēſi
um inualida eſſe monſtrantur eo ꝙ eis nō in-
teruenit aſſenſus apoſtolice ſedis que vnam-
quāqꝫ ſynodum ſua auctoritate confirmat: vt
in. c. cōſideremus. xxv. q. i. Nō vero ad hoc di-
cunt aduerſarij Baſilieñ. ꝙ in ſeſſione. xvij. qm̄
preſidētes domini Eugenij fuerāt admiſſi iu-
rauerunt defendere decreta p̄fati cōcilij ⁊ ſpe
cialiter decretum de auctoritate conciliorum
nullius eſt ponderis ⁊ inter alia ex hoc ꝙ vt in
geſtis eiuſdem concilij habetur p̄fati domini
iurauerunt nominibus ꝓprijs vt ſcilicꝫ parti
culares perſone ⁊ hoc neceſſitate maxima cō-
pulſi: quia aliter in maximū ſcandalum totius
ecc̄lie nō admittebantur ad preſidētiam: non
aūt iurauerunt illa tenere vt nūcij apoſtolici:
imo inꝙ̄tum huiuſmodi proteſtati ſunt in con
trarium nec intereſſe voluerūt ſeſſionibus in
quibus talia cōcludebantur. Quis autē iam
etiam patrum in ſanctoꝝ patrum l̄ris doct⁹
dicet vnanimi conſenſu vniuerſalis ecc̄lie eē
concluſa que apoſtolica ſede in qua dominus
totius ecc̄lie principatum poſuit nō cōſentiē
te ſꝫ potius contradicēte per ſuos oratores ⁊
reclamante concluſa ſunt: ſicut ptꝫ ex di. xvij.
per totum. Sꝫ replicant aduerſarij Baſilieñ.
ꝙ imo in decretis eorum interuenit cōſenſus
apoſtolice ſedis: qm̄ dn̄s Eugeni⁹ ꝑ bullas ſu
as de cōcilio ⁊ aſſenſu dn̄oꝝ cardinaliū tūc ſe-
cum in curia exiſtētium decreuit ⁊ declarauit
multa circa p̄fatū Baſilieñ. ꝯciliū. Primo ꝙ
gn̄ale ꝯcilium Baſilieñ. fuerit ꝓ extirpatione
hereſum ꝓ pace populi xp̄iani ac gn̄ali refor-
matione ecc̄lie in capite ⁊ in membris ⁊ perti
nētibus ad ea legitime incboatum. Scḋo ꝙ
a tempore ſue inchoationis legitime inchoa-
tum extiterat ⁊ eſſe ꝓſecutionēqꝫ ſemper ha-
buiſſe ⁊ habere ⁊c̄. Tertio predictam diſſolu-
tionem irritam ⁊ inanēꝫ declarauit. Quarto
ꝙ ipſum generale cōciliuꝫ pure ⁊ ſimpliciter
⁊ cum effectu ac om̄i deuotione ⁊ fauore ꝓſe-
qui intendebat. Quinto reuocauit quicquid
per eum aut eius nomine in preiudicium ⁊ de
rogationem predicti concilij Baſilieñ. ſeu cō
tra eius auctoritatem attentatum eſſet. Ad
iſta facilis eſt rn̄ſio maxime ſi vera ſunt que a
pluribus magne ꝓbitatis ⁊ grauitatis viris
dicta ſunt in curia: videlꝫ ꝙ p̄fate bulle ma-
gis extorte fuerūt minis ꝙ̄ de mente dn̄i Eu-
genij emanauerint. Nam vt fert̄ dn̄s Andre-
as venetus dn̄ij venetoꝝ tunc orator ⁊ aliqui
domini cardinales tunc apud dn̄m Eugeniū
preſentes timentes futurū magnū ſcandaluꝫ
in eccleſia minati ſunt prefato dn̄o Eugenio
ꝙ niſi bullas illas adheſionis concederet ip-
ſum ſolum recedentes relinquerēt. Unde pre
fato dn̄o in lecto decūbente prefati dn̄i refe-
runtur bullas illas taliter qualiter expediuiſ
ſe ⁊ miſiſſe Baſileam. Sed dimiſſis iſtis nos
aliter rn̄demus dicentes: ꝙ nihil eoꝝ que in
prefatis bullis cōtinent̄ ſuffragatur aduerſa-
rijs: qm̄ dn̄s Eugenius nunꝙ̄ prebuit conſen
ſum decretis cōcilij Baſilieñ. nec ipſe vt Ba
ſilienſes fabulant̄ ⁊ garriūt cū ſancta catho-
lica eccleſia fuit complexus doctrinā quā ad-
uerſarij de auctoritate cōcilioꝝ fingunt: qm̄
nec ipſe ſummus pontifex nec vnꝙ̄ vniuerſa-
lis ecc̄lia complexa eſt talem doctrinā ſed ip-
ſe ſemper tenuit cū ſancta catholica eccleſia
qḋ ſcriptura ſancta ⁊ ſacroꝝ antiquoꝝ cano-
num firmat auctoritas ⁊ ſanctoꝝ patrū ac cla
riſſimoꝝ doctoꝝ ab ipſo naſcentis ecc̄lie exor
dio cōmunis tenet doctrina. Et ad ꝓbationē
quā inducūt ex partibus bullarū adheſionis:
rn̄detur negando ꝙ ex aliqua illarū partiū cū
veritate poteſt argui ꝙ dn̄s Eugenius com-
plexus fuerit aut approbauerit prefatā Baſi
lieñ. doctrinā. Qḋ ꝑ ſingulas partes diſcur-
rendo facimus manifeſtū. Non qḋem ex pri-
ma in qua dicit cōcilium Baſilienſe cōgrega
tum eſſe legitime ꝓ extirpatione hereſum pꝫ:
qm̄ ex hac conceſſione nullo modo ſequitur ꝙ
ipſe ſummus pontifex complectatur aut ap-
probet quicquid per illud concilium fuerit in
ſtitutum aut diffinitū. licet em̄ vniuerſale cō-
ciliū Ephesinū ſecūdū extirpādi hereſis gra
tia fuerit legitima auctoritate inchoatum ni
hilominus Leo papa nō cōplexus eſt prefati
cōcilij diffinitiones: imo illas in ꝯcilio Calce
doneñ. ſequēti tāꝙ̄ hereticas reprobari inſti-

tuit ꝛ dānauit. Preterea licet ſancti patres
in cōcilijs vniuerſalibus legitima ꝯtinuatiō
ne ꝓceſſerint: nihilominus ꝓ ſuoꝝ canonum
robore atq; firmitate ad apoſtolicā ſedē legū
tur ſemper habuiſſe in fine recurſum: ſicut li
ber conciliorꝝ ꝛ ſummoꝝ pontificū aperte te
ſtatur: qḋ etiā nos in tertio ſequēti libro oſtē
demus. Ceterū nec ex ſecunda parte bullarū
adheſionis aduerſarij habent intentū: qm̄ li
cet dn̄s Eugenius declararet prefatū conci
lium fuiſſe continuatū ꝛ continuari debere:
ꝓpter hoc non ſequit̃ ꝙ decreta ſua aut ſta
tuta ſuper quibus eius ſedes nunq̄ fuerit cō
ſulta approbauerit: ꝛ tamen vt felicis ꝛ ſan
cte memorie Nicolaus papa in epiſtola quā
Michaeli imperatori ſcribit a ſanctis patri
bus in concilijs obſeruatum extitit vt abſq;
romani pontificis conſenſu nullius inſurgē
tis deliberationis terminus daret̃. vnde ipſe
videlz Eugenius Florētie in diſputatiōe pu
blica de qua nos in minoribus conſtituti rn̄
debamus allegantī in fauorē Baſilien̄. reue
rendiſſimo dn̄o Juliano de Ceſarinis ſancte
Sabine pbr̄o cardinali preſentibꝫ dn̄is car
dinalibus pluribuſq; alijs prelatis ꝛ officia
libus curie ad argumentū de hmōi bullis rn̄
dit ita dicens. Nos qḋem bene ꝓgreſſum cō
cilij approbauimus volētes vt ꝓcederet vt in
ceperat non tamen approbamus eius decre
ta: ꝛ in hoc ſapiētiſſime fecit. Quis em̄ niſi im
prudētiſſimus princeps approbaret decreta:
que nunq̄ vidiſſet aut q̄ prius non examinaſ
ſet ſi qḋ in eis minꝰ rectū minus verū aut mi
nus expediens ꝯtineret. Unde mos fuit ſum
moꝝ pontificū cum cōfirmaturi eſſent decre
ta conciliorꝝ vniuerſalium q̄bus perſonaliter
nō interfuerant cōgregare ſynodū prelatoꝝ
q̄ erant ſub patriarcha tu. romano ꝛ ibidē di
ligenti examinatione facta illa cōfirmabant
ſicut de btō Silueſtro legitur cū decreta ꝯci
lij Niceni approbaſſet. Itē diebus poſteriori
bus papa Clemens q̄ntus ita feciſſe legit̃: vt
Joh. an. in principio cle. ponit de ꝯſtitutioni
bus factis in cōcilio Uiennen̄. que q: vt inq̄t
alique earū erant inepte alique ꝓlixe aliq̄ de
fectiue cōpoſite alique etiā non expediebāt
fecit illas Clemens recēſeri per peritiores q̄
aliquas illarum in toto reſeruauerūt aliquas
in toto reſecarunt aliquas mutauerūt quo ad
verba mente ſeruata: aliquibus vero earū q̄
buſdam detractis quo ad verba ꝛ quo ad mē
tē aliqua ſunt addita. Preterea ꝙ dn̄s Euge
nius approbando ꝓceſſum concilij nō appro
bauerit decreta illius exinde maniſeſte colli
gitur ꝙ licet Baſilien̄. cum maximo ſtudio re
petitis vicibus ſupplicauerunt orauerunt ꝛ
requiſierunt per oratores ſuos: vt dn̄s Eu
genius eoꝝ decreta approbaret ꝛ cōfirmaret
nunq̄ tamen talem approbationē aut confir
mationē habere ab eo potuerūt. Et merito:
q: ſedes apoſtolica in qua religio xp̄iana ſem
per immaculata permanſit ꝛ permanebit ta
lia decreta q̄ ab euāgelica veritate ꝛ ſctoꝝ pa
trum doctrina aliena videbant̃ nullo modo
ab eo paſſa fuiſſet ꝯfirmare. Ceterū nec ex ter
tia particula bullarū predictarum habent ad
uerſarij intentū. Tum q: non ideo dn̄s Euge
nius diſſolutionē factā cōcilij irritam eſſe de
clarauit: q: ipſe qui princeps erat eccleſie fa
cere illam non potuerit ſed q: agnouit ex non
veris cauſis licet veris eſtimatis ex aliquorū
relatione illā feciſſe. vnde cognita nō exiſtē
tia cauſarū ꝛ ꝙ vt in bulla inquit ex predicta
diſſolutione orte erant graues diſſenſiones ꝛ
grauiores oriri poſſent: necnon ꝙ ꝓſtabat im
pedimentū executioni ſanctoꝝ operū ad que
ſynodus fuerat cōgregata data ꝓmiſſione a
ſynodo ꝛ ſecuritate a principibus ꝙ apoſtoli
ce ſedis honor ꝛ ſanctitatis ſue illibatus ſer
uaret̃ mutauit ſententiā ꝛ voluit diſſolutionē
factam ꝓ bono pacis eccleſie nullam haberi
nec habuiſſe firmitatē reuocans illam ac irri
tans. Non em̄ eſt nouū ꝙ ſententie ſummoꝝ
pontificū ꝓ conſideratione tempoꝝ ꝛ locoꝝ
ꝛ perſonarū ac grauiū occurrentiū neceſſita
tum in melius cōmutent̃. Ait em̄ papa Nico
laus in .c. ſententiā .xxv. q. vij. Sententiā Ro
mane ſedis non negamus in melius poſſe cō
mutari cum aut ſurreptū aliquid fuerit aut ip
ſa ꝓ conſideratione etatū ꝛ tempoꝝ ſeu gra
uiū neceſſitatū diſpenſatorie quedā ordinare
decreuit: qm̄ ꝛ egregium apl'm paulū quedā
feciſſe diſpenſatorie legimus que poſtea reuo
caſſe legitur. Amplius nec ex quarta particu
la cedit aliquid fauoris aduerſarijs: qm̄ licet
dn̄s Eugenius diceret ſe velle ꝓſequi cū om̄i
deuotione ꝛ fauore illud concilium: hoc tamē
intelligendum eſt in his que iuſte ꝛ rōnabili
ter ſalua fide: ſalua ſanctoꝝ patrum doctrina
ſalua aplice ſedis auctoritate ꝛ reuerentia ꝓ
conciliū conſtituerētur. Preterea dato ꝙ pa
pa tunc ꝓmiſit concilium illud cum om̄i de
uotione ꝛ fauore ꝓſequi intelligat̃ approbaſ
ſe illius decreta: illa intelligatur approbaſſe
que iuriſdictionē ꝛ auctoritatē papalem non
offendunt ꝛ honori atq; preeminentie apoſto
lice ſedis non repugnant ſeu obuiant que vt
ſupra repetitū eſt ſuperiorē nullū preter deū
recognoſcit. de elec. c. licet. Item nec ex q̄nta
particula aduerſarij habent ꝓpoſitum ſuum

quoniā ex tali reuocatione ꝛ caſſatione eoꝛuꝫ que attentata fuerunt in pꝛeiudicium concilij Baſilieñ. non ſequitur ꝙ dominus Eugenius aſſerere voluerit aut credere voluerit ea de conſilio Baſilienſi aut quocunqꝫ alio que cum veritate concilijs non cōueniunt. nec cōtra auctoꝛitatem concilij fit negando ei conuenire que iuxta ſanctoꝛum patrū doctrinam ei non cōpetunt. Ceterum nec per illam reuocationem voluit domin⁹ Eugenius a ſe ꝛ a ſede ſua abnegare que iuxta ſcripturas ſctās et ſanctoꝝ patruꝫ ſententias apoſtolice ſedi diuinitus ſunt conceſſa cum hoc non poſſet facere: inter que eſt illud de depēdentia auctoꝛitatis conciliorum a papa ꝛ non econuerſo: vt patet diſtinc. xvij. per totum. de quo etiam duce xp̄o plenioꝝ tractat⁹ erit in ſequenti huius ſumme libro tertio. Quinto decreta Baſilieñ. pꝛedicta non ſunt valida: quoniā ſicut de decretis factis Conſtantie per patres aliquos obedientie Johānis balthaſar q̄ dict⁹ eſt apud illos Joh̄. xxiij. dictū eſt: ſunt ſanctorum patrū ſententijs ꝛ pꝛeſtantioꝝ doctoꝛuꝫ in tota ſchola theologica doctrine aduerſa et cōtraria. Ubi non parū admirandū aduerſarios Baſilieñ. tanta caligine mentis inuolutos ꝛ excecatos malicia vt in materijs fidei diffiniendis ꝛ declarandis maluerunt ſequi hoīes ab ecclia dei in doctrina ſua dānatos: ſicut fuit Marſilius de padua Ockam cum cōplicib⁹ ſuis: ex quoꝝ doctrina extracta ſunt pꝛo magna parte decreta illa pꝛefata Baſili. ꝛ quoſdam alios nouellos doctoꝛellos pꝛefati Ockam ꝛ aliquoꝛum fratricelloꝛuꝫ opiniones erroneas renouātes: ꝙ doctoꝛes ſanctos ab eccleſia appꝛobatos ꝛ alios pꝛeſtantiſſimos doctoꝛes antiquos ꝛ reputatiſſimos in ſchola theologica quoꝛuꝫ doctrina fulget eccleſia vt ſol ꝛ luna. Contra quos ait Hieroñ. ꝛ habetur in canone nō afferamus. xxiiij. q. i. Non afferamus ſtateras doloſas nec appendamus qđ volumus ꝑ arbitrio noſtro dicentes. hoc graue hoc leue eſt: ſed afferamus diuinam ſtateraꝫ ex ſcripturis ſacris tanꝗ de theſauris dn̄icis ꝛ in illa quid ſit grauius appendamus. hec Hieroñ.

Capitulum. ci. Jn quo rn̄detur aduerſarioꝝ obiectionibus ſumptis ex auctoꝛitatibus doctoꝛum.

Capl̄m CI Rn̄dens auctoꝛitatib⁹ tertie vie. c. xvij.

Iam reſpondeamus ad auctoꝛitates doctoꝛum quas aduerſarij in eoꝝ fauoꝛem inducunt. Et pꝛimo ad illā que

Ad pꝛimam

dicitur eſſe beati Petri ad Clementeꝫ: reſpōdetur ꝙ auctoꝛitas illa non militat contra cōcluſionem noſtram ꝓpter multa. Tum pꝛimo quoniā cum beatus Jacobus multo tempoꝛe fuerit moꝛtuus ante beatum Petruꝫ beneſcꝫ adminus octo annis. vt colligitur ex cbꝛonicis: non videtur veriſimile ꝙ btūs Clemēs ſcripſerat illam epiſtolam poſt moꝛtem beati Petri beato Jacobo. Tum ſecūdo: quia multi tex. habent vbi aduerſarij ponunt deponaris puniaris: ꝛ hoc intelligitur a deo ꝛ nō ab alijs. Etiam ſi dicatur deponaris intelligendum eſt ſcꝫ a deo. Et ꝙ ita ſit intelligendū patet ſatis teſtimonio beati Anacleti qui imediate ſecut⁹ eſt beatū Clementē qui ait in. c. electionē. diſtinc. lxxix. Electionem ſummoꝝ pontificum ſibi deus reſeruauit. Tum tertio: qꝛ dato ꝙ dicatur in auctoꝛitate pꝛedicta deponaris ꝛ intelligat̄ per ecclīam: non ſequit̄ ꝙ extra caſum hereſis veniat deponēdus per eccliaꝫ. vnde ſolus caſus hereſis tangit̄ in auctoꝛitate pꝛedicta cum dicit̄. Ex eo fit ꝙ ꝛ tu tanꝗ qui non docueris que ad ſalutem hoīm pertinent deponaris vel puniaris. hoc em̄ cōcedimus ꝙ ſi papa non docuerit que ad ſaluteꝫ hominū pertinēt ſed erroꝛes ꝛ hereſes merito puniendus tanꝗ hoſtis chꝛiſti ꝛ euerſoꝛ fidei eius veniat. Et ita ratio non ꝓcedit cōtra concluſionē noſtraꝫ. Ad ſecundā que ſumit̄ ex glo. c. ſi papa. di. xl. rn̄detur ꝙ de glo. illa parum curandū eſt. Tum pꝛimo: qꝛ vt patꝫ ex modo loquēdi non aſſertiue ſed opinatiue loquit̄. ait em̄ credo. Secundo: qꝛ non firmat̄ aliqua rōne. contumacia em̄ non ꝓpꝛie dicit̄ hereſis ſed ſymbolica ꝛ trāſumptiua locutione. vnde argumenta ſumpta ex talibus tanꝗ ſint ꝓpꝛie dicta nihil valent: vt dicit Aug. ad Uincen. Tum tertio: qꝛ manifeſtum eſt cōtra textū vnius ſummi pontificis ꝛ martyris qui multo pꝛeſtantioꝛis auctoꝛitatis eſt ꝙ gloſatoꝛ ille. Quarto: qꝛ eſt cōtra multos tex. ꝛ canones ſacroꝝ concilioꝝ ꝛ ſanctoꝝ patruꝫ. de quib⁹ ſuperius in. c. xciij. multa cōmemoꝛata ſunt. Tum q̄nto: qꝛ contraria eſt doctrina doctoꝝ vtriuſqꝫ iuris clariſſimoꝝ ſicut patet ex ſuperioꝛibus. Unde etiā Archidya. in Roſario ſuper illud glo. Nunquid pōt denunciari crimen pape dicit: ꝙ denunciatio fit ad correctionē ad quā cōpelli non poteſt cū ſuperioꝛē non habeat. Tum ſexto: qꝛ ꝯtraria eſt multis alijs glo. vt illi in. c. mandaſtis. ij. q. v. q̄ dicit: ꝙ papa nō poteſt ab aliquo iudicari nec etiā ab vniuerſali cōcilio. Item illi in. c. nemo. ix. q. iij. ſuper verbo: ab om̄i clero: que dicit argumentū ꝙ conciliū non poteſt papaꝫ iudicare vt extra de elect. ca. ſignificaſti. vnde ſi totus mūdus ſentiret in aliquo negocio ꝯtra papā

Ad ſecundam

videtur ſentētie pape ſtandum eſſe. vt. xxxiiij. q.i. hec eſt fides. hec glo. pꝛedicta. Item ꝯtraria eſt glo. in. c. ſi quis pecuniā. di. lxxix. q̄ vult ꝙ tm̄ ꝓ ſtricta hereſi papa poſſit iudicari ⁊ deponi. i. ſi peccat cōtra articulos fidei. Quarū glo. contradictione viſa ſiue ſint vni⁹ gloſatoris ſiue diuerſoꝝ illa ſententia magis tenēda eſt pro qua maioꝛ numerus gloſatoꝛum facit. Secūdo poteſt reſponderi ad illā glo. vt quidam theologi reſpōdent ⁊ maxime magiſter Auguſtin⁹ de Ancbona in ſumma ſua de poteſtate eccleſiaſtica: ꝙ papā eſſe incoꝛrigibilem poteſt intelligi dupliciter. Uno mō continuatione criminis puta qꝛ admonitus nō deſiſtit peccare peccato foꝛnicatōnis aut alio accuſatione digno abſq3 hoc ꝙ crederet licite facere Secūdo modo per ipſius criminis pertinacē defenſionē vt dicat ⁊ defendat tale crimē qđ circūuolutam habet maliciam non eſſe peccatum. Glo. vero nō habet locū in pꝛimo mō ſed bene in ſecūdo. tunc eīm concoꝛdat cum glo. c. ſi quis pecuniā. di. lxxix. de qua parū ante. Si autē dicat̄ ꝙ papa ſit incoꝛrigibilis tm̄ pꝛimo modo ꝑ continuationem. ſ. in peccatis adhuc ſcandalizaret ⁊ ita, videt̄ ꝙ veniret iudicand⁹ reſpondet̄ ꝙ nō ꝓpter hoc veniret iudicand⁹ Tum qꝛ illud nō eſſet ſcandalū periclitatiōis eccleſie: hinc eſt ꝙ licet talia ſcandala ꝓuideret dn̄s in ſua eccleſia: nihilominus dicit dn̄s de pꝛelatis Math. xxiij. Sup cathedrā moyſi ⁊c̄. Et hoc eſt qđ aperte dicit. c. ſi papa. Tū3 ſecūdo: qꝛ vt ait Grego. vtilius ſcandalū3 naſci permittitur ꝙ veritas relinquatur. Cū aūt iuxta canones ſanctoꝛum patrum ⁊ ſanctoꝛu3 doctoꝝ doctrina3 papa niſi in fide deuiet a ſolo deo iudicandus veniat ꝓpter quodcūq3 ſcādalū veritas doctrine tantis inconuulſis ſanctoꝛum patrū radicib⁹ fundata nō eſt aliquo modo relinquenda. Preterea vt inquit Apłus mala nō ſunt facienda vt eueniāt bona: malū eſt aūt facere cōtra diuinam diſpenſatione3 aut vſurpare diuinū iudiciū. cū aute3 iſta ſint peccata moꝛtalia: ergo hec facienda nō ſūt ꝓpter quecūq3 alia bona.

Ad tertiam

Ad tertiā obiectionem ſumptam ex auctoꝛitate beati Gregoꝛij: reſpondet̄ vt dicit magiſter Alexāder de alis in tertio: ꝙ hoc qđ fecit Gregoꝛius factū ē ad exemplū humilitatis nō ex neceſſitate iuriſ. ꝙ enim papa ſe voluerit ſubijcere in aliqua cauſa alioꝛuum iudicio ſupererogationis eſt: et tale nō infert neceſſitatem. vnde ex hoc nō arguitur ꝙ habeat iudicem oꝛdinarium ſuperiorem eo.

Ad quartam

Ad quartam auctoꝛitatem que dicit eſſe beati Thome in libro de regimine pꝛīcipum: reſpondetur ꝙ nō facit ad pꝛopoſitum dato ꝙ liber ſit ſancti Thome ſi bene intelligantur ea que idem doctoꝛ ibi poſuit. non eīm loquitur ibi ſanctus Thomas niſi de cōmunitate que ius habet ꝓuidendi ſibi de rege per inſtitutionem ſiue donatione3 iuriſdictionis ſicut eſt cōmuniter in inſtitutione regū ⁊ pꝛīcipum ſecularium: ſecus eſt de pꝛincipe eccleſie cuius auctoꝛitas ab ipſo deo imediate pēdet ⁊ nō a cōmunitate eccleſie ſicut iura multa dicunt. vt in capi. Quis. diſtinc. xxi. ⁊ in ca. omnes. diſtinc. xxij. ⁊ in ca. ſacroſancta. Preterea hoc etiā patet ex eo ꝙ licet aliquod collegium canonicoꝛum alicuius eccleſie cathedralis expectet prouideri ſibi per electionem de epiſcopo: nihilominus quantūcunq3 conuerſus ad tyrannum aut ſcandalizet eccleſiā non pertinet ad eum deponere illu3 ſed opoꝛtet recurrere ad ſuperioꝛem. Ex his patet deceptio eoꝝ aduerſarioꝝ qui ex conditione cōmunitatis mundane ad quam ſpectat vt dicunt pꝛincipis coꝛrectio vł totalis deſtitutio ſi inemendabilis perſeueret arguūt de cōmunitate eccleſie ꝙ ita ſit aut debeat eſſe in ea reſpectu ipſius pꝛincipis eccleſie: decipiūtur autem turpiter cum nullo modo ſit ſimile hic ⁊ illic vt dictum eſt.

Capitulum. ciij. In quo reſpondetur aduerſarioꝝ obiectionibus aſſumptis ex rōnibus: ⁊ qualiter papa per hereſim publice pꝛedicatam ⁊ contumaciter defenſatam cadat a papatu.

Capłm CI
Rn̄dens rōni
quarte vie. c. xx
Ad pꝛimam

Conſequēter reſpondendum eſt ad obiectiōes quarte vie ſc3 ad rōnes. Ad pꝛimam rōnem ſumptam de cap. ſi papa. rn̄detur negando ꝯſequentiā. Et ratio eſt: quoniā per hereſim papa cadit a papatu qđ non ſit per alia peccata: ⁊ ita cum per hereſim papa fiat omibus fidelib⁹ minoꝛ: vt dicit ſanctus Thomas in. iiij. ⁊ habet glo. in. c. achatius. xxiiij. q. i. per eccleſiam iudicari poterit ſiue iudicatus a deo declarari: quod nō poteſt ꝓpter alia peccata. Cū vero papa per hereſim notoꝛiam ⁊ contumaciter defenſatā cadat a papatu ⁊ ita ipſo iure ſit priuatus patet ex multis. Tum ex eo ꝙ fide perdita per quam ſit pꝛima vnio ad coꝛpus chꝛiſti quod eſt eccleſia membꝛum eccleſie eſſe deſinit: et per conſequens eſſe caput. quomodo enim intelligi poteſt vt aliquis ſit caput coꝛpoꝛis eccleſie cuius nō modo membꝛū non eſt ſed nec etiam in coꝛpoꝛe ipſo ſed extra eſt. Secundo qꝛ eccłia eſt fundata ſuper petra3 ſcilicet fidē chꝛiſti. Math. xvi. Super hanc petram edificabo eccleſiam mea3. ergo qui cadit a petra ſcil3 xp̄o ſiue fide eius notoꝛie ⁊ cōtumaciter

cadit omnino ab eccleſia xp̄i ⁊ per cōſequēs a
principatu eius qui importatur nomine papa
tus. Tertio patet ex his que ſanctꝰ Thomas
dicit in.ij.ij.q.xxxix.ar.iij.vbi q̄rens an ſciſma-
tici habeant abſoluēdi poteſtatē. ⁊ diſtincta
duplici poteſtate.ſ.ſacramentali ⁊ iuriſdictio
nali: reſpōdet ꝙ poteſtatem ſacramentalē nō
perdunt quo ad eſſentiam poteſtatis licet be
ne quo ad legitimū vſum. Poteſtatez vero iu
riſdictionale que nō per conſecrationē ſed ꝑ
ſolam cōmiſſionem datur perdunt quo ad eſ-
ſentiam poteſtatis ſciſmatici ⁊ heretici. vnde
nō poſſunt abſoluere vel excōmunicare nec i-
dulgentias dare nec aliquid huiuſmodi: quod
ſi fecerint nihil eſt actum. Inducit ad hoc au-
ctoritatem Cypriani qui in. c. nouatianꝰ. vij.
q.i. ita inquit. Qui nec vnitatem ſpiritꝰ nec cō
municationem pacis obſeruat ⁊ ſe ab eccleſie
vinculo ⁊ ſacerdotuz collegio ſeparat nec epi
poteſtatem habere poteſt nec honorem. Tum
quarto hoc colligitur ex eodez ſancto Tho. in
iiij.di.xix. vbi inquit: ꝙ ſi papa in hereſim labi
tur minor efficiẗ quocūq; fideli. ⁊ hoc idem ha
bet glo. ſup. c. achatius. xxiiij. q. i. que ita habet
Hic ē caſus in quo papa papam ligare poteſt
in quo papa in canonē late ſententie incidit.
Nec huic obuiat regula: par parez ſoluere vel
ligare nō pōt: q2 ſi papa hereticꝰ eſt in eo ꝙ he
reticus eſt minor eſt quolz catholico. hec glo.
Tum q̊nto hoc videẗ colligi ex capitulis mul
tis in decreto: ſicut ex. c. ꝙ aūt. ⁊ ex. c. achatiꝰ.
⁊ ex. c. audiuimus. xxiiij. q. i. vnde in. c. audiui-
mus ita expreſſe habeẗ. Si autez in corde ſuo
nouā hereſim ꝯfinxerit ex quo talia predicare
ceperit neminē dānare potuit: q2 nō pōt deij-
cere quēq̄ iam proſtratus. Item ex. c. oīs qui
recedit ⁊ nō permanet in doctrina xp̄i ⁊c̄. ea.
cau. ⁊. q. ⁊ ex. c. didicimꝰ. ibidem. vbi beatus
Cyprianꝰ ita ait. Didicimus omēs omnino he
reticos ⁊ ſciſmaticos nihil habere poteſtatis
aut iuris. Itē ex. §. his auctoritatibus. ea. cau.
⁊. q. vbi ſic habetur. His auctoritatibus per-
ſpicue monſtratur ex quo aliquis contra fidez
ceperit aliquid docere nec deijcere quēq̄ valz
nec dānare. vnde proprie loquēdo nec ꝓpter
hereſim papa deponitur a concilio ſed potiꝰ
declaratur nō eſſe papa cum oſtēditur ꝙ in he
reſim fuit collapſus ⁊ īcorrigibiliter in ea ob-
ſtinatus perſeuerat. vnde glo. in. ca. i. extra de
ſciſmaticis ſuper verbo careant firmitate di-
cit. q2 dum eccleſia paſtorez habet hereticum
vel ſciſmaticum vacare intelligitur ſupra de
preſcrip. c. i. verū ꝙ quis in hereticā prauitatē
pertinaciter lapſus ſit ipſo iure omni eccleſia
ſtica poteſtate priuatus plenꝰ opitulāte deo
oſtenſuri ſumus in quarto libro huius operis
cum de hereticis erit ſermo. Ad ꝓbationez
autem primā cōſequentie r̄ndetur. Primo ꝙ
dato ꝙ ſcriptura ſancta aperte nō expreſſerit
ius tamē canonicū hanc differentiaz ſatis ſuf
ficienter expreſſit: vt in. c. ſi papa. ⁊ in multis
alijs. vt. c. oues. magnam faciens differentiā
in hoc loco de peccato hereſis ⁊ de peccatis a
lioꝝ generum ⁊ hoc ſufficit. Secūdo poteſt
r̄nderi negando ꝙ in ſacra ſcriptura talis dif
ferentia inter hereſim ſiue infidelitatē ⁊ alia
peccata nō reperiaẗ expreſſa. De peccato eñ
infidelitatis diciẗ. Math. x. Qui negauerit
me coram hominibus negabo eum coram pa
tre meo. Itez Joh. iij. Qui nō credit iam iudi
catus eſt. Itē. ij. Joh. i. Si quis venit ad vos
⁊ hanc doctrinā non affert nolite eū recipere
in domo nec aue ei dixeritis: qui eñ dixerit ei
aue cōicat operibus eius malignis. vbi inq̊t
glo. nolite. i. non tm̄ nō aſſentiatis ſed nec ad
horā recipiatis. Et iſta ita ſe extendūt ad p̄la
tos xp̄i doctrinam non accipientes ſicut ad
ſubditos. De alijs autē peccatis non ſic loqui
tur ſcriptura diuina: ſed ait Math. xxiij. Su-
per cathedram Moyſi ſederūt ſcribe ⁊ pha-
riſei quecūq; dixerint vobis ſeruate ⁊ facite
ſm̄ opera coꝝ nolite facere. Ecce ꝙ dn̄s non
dicit abijciendos malos paſtores qui bonam
doctrinam habent vitā vero malā: ſed audiē
dos in doctrina in operibus vero nō imitan-
dos. vnde Augu. in ep̄la ad Generoſum aſſi-
gnans rōnem quare p̄latis etiā malis vtpote
pape etiā malo moribꝰ obediendū eſſet ſic di-
cit. Ab ipſo petro numeramꝰ ep̄os ⁊ infra in
hoc ordine ſucceſſionis ep̄oꝝ q̊ deduciẗ ab ip
ſo petro vſq; ad Anaſtaſium q̊ nunc eandē ca
thedrā ſedet etiā ſi quiſq̄ traditoꝝ per illa tē
pora ſurrepſiſſet nihil preiudicaret eccl̄ie ⁊ in
nocentibꝰ quibus dn̄s ꝓuidens ait de prepo-
ſitis malis. que dicūt facite que aūt faciūt no
lite facere: vt certa ſit ſpes fideliū que non eſt
in hoīe ſed in deo collocata nūq̄ tempeſtate
ſacrilegij ſciſmatis diſſipeẗ. hec ille. Itē colli
gitur ex ap̄lo ad Roma. xiij. Omīs anima ptā
tibus ſublimioribus ſubdita ſit. glo. bonis vł
malis. i. Petri. ij. Obedite p̄poſitꝫ veſtris non
tm̄ bonis ⁊ modeſtis ſed etiā diſcolis. Ecce q̄
clara dr̄ia ex ſacra ſcriptura colligitur inter
pctā infidelitatis in paſtoribꝰ ⁊ alia peccata.

Ad ſecūdā ꝓbationē r̄ndeẗ ꝙ falſum p̄ſup-
poniẗ videlz ꝙ maius ſit iudicare papā in ca
ſu hereſis q̄ in caſu alioꝝ pctōꝝ. Et ratio eſt
q2 in primo cadendo a petra fidei cadit a pa-
patu vt dictū eſt ⁊ ita efficitur minor quocūq;
fideli ⁊ ita minus eſt in hoc caſu iudicare illū

Ad primam probationem

Ad ſecundam ꝓbationem

qđ non eſt in alijs peccatis in quibus non ca
dit a ſuperioritate officij. Qđ aūt dicit̄ ꝙ vbi
conceditur maius ⁊c̄. rn̄det̄ ꝙ hoc verū eſt vbi
maius ⁊ minus ſunt eiuſdem ordinis ſiue rō
nis vt de ſe patꝫ.

Ad ſecundam rationem

Ad ſecundā rōnem vbi di
cit̄ ꝙ nulli corpori ⁊c̄. rn̄detur ꝙ ratio non ꝓ
cedit ꝑpter multa. Tum primo: qꝛ maior illa
deficit in veritate de membro capite qꝛ ab il
lo pendet ſenſus motus ⁊ virtus corporis ⁊ ſi
ne quo corpus non viuit. Hinc eſt ꝙ chriſtus
Math. xviij. inter membra rōne ſcandali ab
ſcindenda non nominat caput ſed mēbra illa
cum quoꝝ abſciſione ſtat vita ſenſus ⁊ mot⁹
corporis. A papa autem vt habet̄ in ca. ſi pa
pa. di. xl. poſt deuꝫ ſalus vniuerſitatis fideliū
ſpecialiter pendet. Tum ſecundo ratio nō vi
detur ad ꝓpoſitū inducta: qꝛ quantūcūꝗ pa
pa efficit̄ malis morib⁹ membrū putridū nō
poteſt totum corpus inficere non permitten
te hoc ipſo ſpū ſancto quo eccleſie corpus ⁊ vi
uit ⁊ vegetatur ⁊ a quo ſalus eius principali
ter dependet maxime cum xp̄us pollicitus ſit
ſemper cū corpore ſuo manere dicēs. Ego vo
biſcum ſum vſꝗ ad conſummationem ſeculi.
Math. vlti. Tum tertio ratio non ꝓcedit: qꝛ
etſi hmōi membri abſciſionem alijs de eccle
ſia vel eccleſie non cōmiſit ſibi tamen reſerua
uit ſm illud Symachi in. c. alioꝝ. ix. q. iij. dicē
tis. Alioꝝ hoīum cauſas deus voluit per ho
mines terminari: ſed ſedis iſtius preſuleꝫ ſuo
ſine queſtione reſeruauit arbitrio. Stultū au
tem eſſet cogitare ꝙ minus ſit ꝓuiſum corpo
ri eccleſie per hoc ꝙ xp̄us vicarij ſui cauſas
ſuo ſine queſtiōe arbitrio reſeruauit ꝙ̄ ſi alio
rum iudicio voluiſſet terminari. Nec etiā mi
randū eſt ſi aliqua in hac vita remaneant im
punita ⁊ iuſticia aliquotiens exulet: qꝛ multa
diuino examini reſeruant̄ q̄ in hoc ſeculo ma
nent impunita: vt in cap. ſi oſtenditur. vi. q. i.

Ad tertiam

Ad tertiam rōnem quaſi ſimilis patet rn̄ſio
dicimus em̄ ꝙ conſequentia illa aduerſario
rum nulla eſt: imo xp̄us inſtituendo ꝙ papa
eius vicarius generalis extra caſum hereſis
ꝑpter alia quecūꝗ peccata ꝑpter que nō ca
dit a papatu ⁊ vicariatu eius non poſſit corri
gi ab alijs ꝙ̄ ab eo ordinatiſſime fecit: quia ſic
relucet in ordine eccl'ie ordo diuine ꝓuidētie
q̄ habet ꝙ in ordinatis ad ipſum prima agūt
in poſteriora regendo monēdo corrigendo ⁊
non ecōuerſo. Unde cū romanus pontifex ſit
primus ⁊ ſuprem⁹ in toto ordine eccl'ie ſm de
bitum ordinē ipſius ita debuit inſtitui vt ipe
alios corrigeret ⁊ ipſe a ſolo deo veniret corri
gendus. Unde glo. ſuper illud pſal. Tibi ſoli
peccaui inquit: qꝛ rex eſt omib⁹ ſuperior ideo
a deo tantū qui maior eſt eo puniēdus eſt. Et
ad ꝓbationē reſpondet̄ ꝙ nulla eſt. Tum pri
mo: qꝛ aliud eſt in caſu hereſis ⁊ in alijs pecca
tis vt ſepe repertum eſt. Tum ſecūdo: qꝛ aliđ
eſt reſiſtere volenti demoliri cōmunitatem ⁊
aliud eſt punire volentem demoliri aut ali
quid iniuſte attentare. primū poteſt conueni
re inferioribus: ſecundū non. Tum tertio: qꝛ
vt in prima reſponſione dictum eſt caſus ille
non eſt poſſibilis de cōmunitate eccl'ie ſicut
de alijs pollicente xp̄o. Math. xvi. ꝙ aduer
ſus eccleſiam etiā porte inferi nō p̄ualebūt.

Ad quartam

Ad quartaꝫ rōnem cum arguitur. Omne qđ
debemus ⁊c̄. reſpōdet̄ ꝙ ratio illa nihil facit
ad ꝓpoſitum: aliud em̄ eſt impedire aliquem
hoīem volētem alterū iniuſte interficere aut
tenēdo eum vel remouēdo ſibi gladiuꝫ de ma
nibus vel aliqđ huiuſmodi: ⁊ aliud eſt eſſe ſu
periorem iudicem illius ⁊ poſſe cōtra illum ꝓ
cedere via iuris ad eum puniēdum. Uñ ſi ar
gumētum ꝓcederet omēs hoīes poſſent ſuos
quoſcūꝗ ſupiores cū male agerēt iudicare ⁊
punire etiam laici clericos. Unde iſta argu
menta fuerunt Bohemoꝝ ad ꝓbanduꝫ ꝙ eo
rum cōmunitas diſſolutum clerum corrigere
poſſet.

Ad quintam

Ad q̄ntam cū arguitur: ſi papa vellet
vxorem alterius ⁊c̄. reſpondet̄ ſicut ad prece
dentem ꝙ ratio non militat. Aliud em̄ eſt re
ſiſtere ⁊ aliud eſt punire ſiue impugnare. pri
mū poteſt cōuenire in caſu inferiori: ſicut pau
lus reſtitit petro: ſed ſecundū nō niſi ſuperio
ri.

Ad ſextam ⁊ ſeptimam

Ad ſextam rōnem ⁊ ſeptimā in q̄bus obij
citur ꝙ papa diffamatus ad vitandū ſcanda
lum debeat ſe purgare: reſpondet̄ ꝙ rōnes il
le non militant in aliquo: qꝛ dato ꝙ romanus
pontifex diffamatus teneat̄ ſe expurgare ex
debito conſcientie ad tollendum ſcandalum
non ſequit̄ ex hoc ꝙ aliquis ſit iudex eius ſu
perior in cauſis: quoniā poterit ſe expurgare
abſꝗ hoc ꝙ purget ſe coram aliquo iudice ſu
periori ſicut aperte colligitur ex purgationi
bus factis aliquibus ſuperioribus tēporibus
per ſummos pontifices. ſicut de Leone legi
mus in. c. auditum. ij. q. vij. quā tamen non fe
cit coram iudice ſuperiore vel cōcilio vniuer
ſali: ſed coram duodecim epis tm̄: vt in. c. omi
bus. ea. cau. ⁊. q. vnde ait. Auditū eſt fratres
chariſſimi qualiter mali hoīes in me grauia
crimina cōfinxerūt quaōbrem ego Leo papa
pontifex ſancte romane eccleſie purifico me
in cōſpectu veſtro coram deo ⁊ angelis eius
⁊c̄. Item Sixtus papa ſe purgauit in cōcilio
ſed non tanꝙ ſuperiore iudice. vnde. c. māda
ſtis. ij. q. v. ſcribens omībus epiſcopis ita ait.
Scitote me crimiari a quodā baſſo ⁊ iniuſte

perſequi:qđ audiẽs Ualentinianus Auguſtꝰ
noſtra auctoritate ſynodum congregari iuſſit
Nota noſtra auctoritate: ⁊ facto cõcilio cum
magna examinatione ſatiſfaciens omnibꝰ li-
cet euadere aliter potuiſſez:quia vt ait glo.ibi
papa a nullo poteſt iudicari.ix.q.iij. aliorum.
nec ab vniuerſali concilio.xvij.di.§.hinc. etiã
ff.de lege prin.ſuſpitionem tamen fugiens ex-
purgaui me.ſ.a ſuſpitione ⁊ emulatione libe-
rans ſed nõ alijs qui noluerint aut ſpõte hoc
nõ elegerint formam faciendi dans. Hec ibi.
Item patet idem de damaſo papa qui non co
ram ſuperiori iudice:ſz coram.xlij.epis ſe pur-
gauit:vt in.c.nos ſi.ij.q.vij.in fine. Collige er
go ex dictis beati Sixti in prefato.c.manda-
ſtis.ꝙ papa nõ tenetur ſe purgare de obiectꝭ
ſibi criminibꝰ ſiue de aliqua infamia a quibuſ
cunqꝫ exorta bonis vel malis ſi nõ vult etſi ali
qui vt ipſe ex humilitate hec legãtur feciſſe.

Capitulum.ciij. In quo reſpõdetur obiectionibꝰ ad-
uerſariorum ſumptis ex geſtis ⁊ exemplis ſuperiorum
temporum.

Lopꝫ CIII
Rñdens quinte
ie capi.xcvij.

a

De ea que aduerſarij quinto loco dicunt ad oſten
dendũ ꝙ papa habeat iudicẽ ſu-
periorem in terris:⁊ ꝙ vlis eccle
ſia ſepenumero ſummos pontifices ſiue a fide
delirantes ſiue prauis moribus eccleſiã ſcãda
lizãtes correxit iudicauit ac puniuit:licet vno
verbo poſſemus nos expedire dicẽdo ꝙ licet
vbi deficit ius recurrendũ eſſet ad hyſtorias
eccleſie:nõ tamen vbi iura nõ deficiunt:ſz mul
ta ſunt ⁊ clariſſima dicentia ꝙ papa in ſolo ca
ſu hereſis etiã in ſtricte ſumpto iudicem habe
at in terris:nihilominꝰ reſpõdentes dicimꝰ ꝙ
id quod aduerſarij dicũt nõ habet veritatem:
qm̃ nullo exemplo poteſt ꝓbari ꝙ aliquis vn-
ꝗ catholicus Romanus ponti. verus ⁊ indu
bitatus ꝗtumcunqꝫ repertus fuerit moribus
deprauatus fuerit per vniuerſalem eccleſiam
ſiue per concilium vniuerſale depoſitus ſiue
punitus.qđ patet per omnes romanos ponti
fices de quorum depoſitione fit aliqua mẽtio
in geſtis ſiue chronicis antiquis. Non quidez
Marcellinus papa qui licet propter idola-
trie ſcelus cõmiſſum vniuerſalem eccleſiã ſcã-
dalizaſſet non cõcilij ſed ſuijpſius iudicio ſen
tentiam accepit. Nam vt etiam ſupra comme
moratum eſt cum cõfeſſus eſſet errorem ſuum
⁊ iudicio ſe ſubmitterer concilij concilium di-
xit. Abſit vt a nobis ſummus pontifex iudice
tur:negaſti tu negaui ⁊ petrus magiſter tuus
⁊ quis apoſtolus auſus fuit inde eũ iudicare?
ſed egreſſus foras fleuit amare:tu ergo in ſinu
tuo cauſam collige tuaz tuo proprio ore te iu-



dica. Audiens hec Marcellinꝰ inquit. Ob
ydolatrie ſcelus quod infelix cõmiſi me iudi-
co deponendũ. Que tamen depoſitio execu-
tionem non habuit ſed in pontificatu vſqꝫ ad
mortem permanſit. vnde in chronica Bernar
di Guidonis ita legitur. Huius pape tẽpore
tanta vis perſecutionis efferbuit vt infra tri
ginta dies decem ⁊ ſeptẽ milia hoim promi-
ſcui ſexus per diuerſas ꝓuincias martyrio co
ronarent. vnde Marcellinus capite trunca
tus eſt:a quo die inter perſecutiones ceſſauit
epatus annis ſeptem menſibus ſex. Ecce ꝙ
dicit ꝙ a die quo capite trũcatus eſt ceſſauit
epatus. vnde manifeſtum eſt ꝙ prius per de-
poſitionẽ non deſierat. Ceterũ nec de felice
poteſt verificari quod aduerſarij dicunt quia
etſi legat̃ depoſitus non tamen ab ecclia nec
ꝓpter ſua demerita ſed quia hereticis cõica-
re nolebat:immo excõicauit illis cõicantes a
Conſtantino conuocato concilio cum hereti
cis Arrianis:in exilium miſſus eſt ⁊ loco eius
Liberius factus hereticus ſubſtitutꝰ eſt. Itẽ
nec facit ad ꝓpoſitum aduerſarioꝝ quod le-
gitur de Anaſtaſio in.c.Anaſtaſius.di.xix. et
in glo.qm̃ licet ibi dicatur ꝙ aliqui pbri receſ
ſiſſent ab eo:eo ꝙ cõicaſſet Focio ⁊ Achatio:
non tamen legit̃ ꝙ per vniuerſalẽ eccliaz fue
rit ſentẽtiatus aut condẽnatus:ſed bene legi
tur ꝙ fuerit diuino iudicio ꝑcuſſus ⁊ ita a deo
depoſitꝰ. Preterea nec fauet aduerſarijs qđ
legitur de Conſtantino quodã quẽ Stepha-
nus congregato concilio eporum italie de ec
cleſia eiecit:quoniã ille non fuit verus ponti-
fex ſed tyrãnus qui laicus exiſtens preſumpſe
rat inuadere apoſtolicaz ſedẽ. Similiter nec
facit ꝓ aduerſarijs ꝙ Xpoforus de quo dicũt
qui menſibus ſex ſediſſe in apoſtolica ſede le-
gitur eiectus de papatu fuerit ⁊ illo facto mo
nacho Sergius inſtitutus ſit: qm̃ ille non ve
rus papa ſʒ inuaſor apoſtolice ſedis fuit. Itez
nec facit ꝓ aduerſarijs quod legit̃ de Bene-
dicto nono qui ſucceſſit Stephano q̃ eiectus
eſt a papatu ⁊ factus eſt eps Sabineñ. qui vo
catus eſt Silueſter: qui cum per ſymoniam
eſſet promotus eiectus eſt ⁊ Benedictus re-
ſtitutus eſt qui iterum eiectus eſt ⁊ datus eſt
papatus Iohãni archipbro ſancti Iohãnis
ante portam latinã qui Gregorius ſextus vo-
catus eſt:qui tandem ab Henrico imperato-
re depoſitus vltra montes fuit tranſlatꝰ: qm̃
iſta de facto ꝓcedebãt vel a tyrãnide impera
toris vel a ꝓteruia romanoꝝ a quibus exem-
pla non ſunt ſumenda. Nec iſta cõſequentia
eſt bona:factum fuit ſic ergo legitime factuz
fuit, nos eñi non debemus reſpicere q̃d factũ

eſt in preterito: ſed quid iuridice fieri debuit
in futurum: vt in.c. cum ad cauſam de electi.
Item nec fauet aduerſarijs quod de Iohāne
xij. dicit: diuerſe eñ hyſtorie diuerſimode nar
rant geſta huius Iohānis. In quibuſdā eniꝫ
legitur ꝙ non fuit depoſitus ſed ad admoni-
tionē Ottonis ⁊ collegij cardinalium ac cle-
ri romani renūciauit papatui: ⁊ ſic non eſt ad
ꝓpoſitū aduerſarioꝝ factuꝫ huius pape: qm̄
non negamus romanū pontificeꝫ poſſe renū
ciare papatui. Alie hyſtorie dicunt ꝙ iſte nō
fuerit verus apoſtolicus ſed magis apoſtati-
cus cum non intrauerit canonice. dicit̄ eñ ꝙ
adhuc viuente Agapito papa pater ſuus qui
potens erat prece ⁊ precio induxit nobiles ⁊
potentes Romanos ⁊ iuramēto aſtrinxit vt
mortuo Agapito ꝓcurarent filium ſuū fieri
papam ſicut factum eſt contra.c. nullus pon-
tifex. di. lxxix. vnde cum iſte iuxta.c. ſi quis pe
cunia. magis cenſendus veniret apoſtaticus
ꝙ aplicus non mirū ſi per concilium fuit ꝓ-
uiſum attenta maxime ſua ſcandaloſiſſima vi
ta ⁊ ita ſi hoc ſit verum ratio etiam aduerſa-
rioꝝ non eſt ad ꝓpoſitum. Ceteruꝫ etiam nō
fauet aduerſarijs dato ꝙ ita ſit ſicut inductū
eſt ꝙ ipſe Iohānes. xij. ob turpem ⁊ ſcandalo
ſam eius vitam per Ottonem imperatorē cō
gregato a tota italia epōruꝫ concilio legatur
depoſitus ⁊ cōmuni voto Leo illi ſubſtitutus
qm̄ hoc videt̄ actum non de iure ſed de facto
per imperatorem congregatis non totius ec
cleſie ſed tātū italie epis: nec talia facta ſunt
attendenda: quia non exēplis ſed legibus iu
dicandū eſt. C. de ſen. nemo. Quod vero illud
de facto ꝓceſſerat nō de iure ptꝫ: qm̄ ipſe poſt
receſſum Ottonis a romanis receptus ſyno
dum congregauit rome in qua Leonē ⁊ om̄ia
eius geſta dānauit. Nam vt refert Vincēti⁹
lib. xv. c. lxxxvi. in hoc romano cōcilio publi
ce omniū iudicio fuit ſtatutū ſynodum a Leo
ne habitaꝫ in qua ipſe Leo aſſumptus fuerat
Iohāne depoſito non nominandā ſynodum
ſed ꝓſtibulum ⁊ ab ipſo Leone ordinati fue-
runt degradati ⁊ deordinati iuſſi etiaꝫ ſingu
li preſentare in carta ſcripturā hanc. Epiſco-
pus me⁹ ſcꝫ Leo qui eos ordinauerat nihil ſi-
bi habuit nihil mihi dedit: ſed tamen qꝛ vita
ipſius Iohānis erat deteſtabilis ⁊ xp̄iano po
pulo plurimū ſcandaloſa dn̄s ieſus xp̄us non
paſſus amplius eccleſiam ſuam ſcandaliza-
ri in eum dānationis ſententiā intulit vt po-
te qui ſolus in eum poteſtatē habebat. naꝫ cū
vxore cuiuſdam oblectaretur ſubito a dyabo
lo in tēpora percutit̄ ⁊ ita ſine penitētia mo-
ritur: cui Benedict⁹ ſubrogat̄ ⁊ deinde Leo

Item nec ſuffragat̄ opinioni aduerſarioꝝ qḋ
factum eſt in Conſtantia de Iohāne. xxiij. et
Benedicto. xiij. ſic in ſuis obedientijs nomi-
natis. Tum quia nullus eoꝝ fuit indubitat⁹
romanus pontifex habitus ab vniuerſali ec-
cleſia. Tum etiaꝫ qꝛ vt ex eoꝝ geſtis patꝫ pro
hereſi inter alia dānati ſunt ⁊ ita ad ꝓpoſitū
noſtrum non facit. Ex quibus manifeſtuꝫ ha-
bemus ꝙ id quod aduerſarij dicūt: videlicet
ꝙ ſepenumero vniuerſalis eccl'ia ſummos pō
tifices ſiue a fide delirantes ſiue prauis mori
bus notorie eccl'iam ſcandalizantes correxe-
rit ⁊ punierit non conſiſtat in veritate ⁊ mi-
rum ſit ꝙ multi aduerſariorum non ſint veri-
ti huiuſmodi fictionib⁹ ⁊ mendacijs tractatu
los ſuos in deceptionem ſimpliciū replere.

Capitulum. ciiij. Qꝛ romanus pontifex non poſſit ſe
ſubmittere alteri aut poteſtatem concedere vt aliquis
tanq̄ꝫ iudex eius poſſit in eum claue vti exterioris iu-
dicij.

p

**Oſtquā oſtēdi-**
mus ꝙ romanus pontifex extra
caſum hereſis rōne ſue ſuperio-
ritatis iudicem in terris nō ha-
beat: nunc perſcrutandum an per ſubmiſſio-
nem ſiue ſubiectionem aut poteſtatis colla-
tionē alteri factam poſſit aliquis effici iudex
eius qui eum iudicare poſſit ac in eum depoſi
tionis ſententiam vbi demereret̄ inferre. In
qua re conſideratis dictis ſancti Tho. in. iiij.
di. xix. ac alioꝝ doctoꝝ ac his que dicta ſunt
in ſuperioribus de ſuperioritate aplice ſedis
⁊ eius prerogatiuis nobis videt̄ ꝙ nullo mo-
do romanus pontifex pote[illegible] facere huiuſmo-
di ſubmiſſionē alicui perſone aut collegio ta-
lem poteſtatem dare: imo [illegible]entaret etiā cum
iuramento conſentientibus cardinalibus ni-
hil faceret. Qḋ nos ex multis oſtendere cura-
bimus. In primis beatus Thomas in quar-
to vbi. ſ. ad queſtionem vtrū quis poſſit cōce
dere poteſtatem alicui vt vtatur in eum pote
ſtate clauis in foro exteriori ita vt aliquis poſ
ſit eum excōmunicare: rn̄det ꝙ non. Et ratio
nem aſſignans in rn̄ſione vnius argumēti di
cit ſic. Iudiciuꝫ exterius eſt ſm homines: ſed
iudicium confeſſionis eſt quo ad deum apud
quem quis reddit̄ minor ex hoc ꝙ peccat non
autem apud hominū prelationes. ⁊ ideo in ex
teriori iudicio nullus in ſeipſum ſententiā da
re poteſt excōicationis nec alteri cōmittere
vt ſe excōmunicet: ſed in foro cōſciētie poteſt
alteri cōmittere abſolutionē qua ipſe vti non
poſſet. hec ſanctus Thomas. Eiuſdem ſentē-
tie eſt dn̄s Albertus ⁊ dn̄s Bonauētura qui
ita ait. Quia prelatus ſcꝫ papa ſuper omnes

eſt prelatio que attenditur ꝙtum ad prelatio
nem ſup hoies in eum haberi nõ poteſt nec ip
ſe alteri dare ſaluo iure ſue dignitatis rõne cu
ius poteſt dicere. Tibi ſoli peccaui. ⁊ ideo non
poteſt alij dare poteſtatem ſe excõicandi. hec
ille. Secũdo arguitur ex eo ꝙ Beda inquit
in. c. ſola. xxiij. q. iij. vbi ait. Sola romana eccle
ſia ſua auctoritate de omnib⁹ valet iudicare:
de ea vero nulli iudicare permittit. Ex qua au
ctoritate manifeſte colligit ꝙ romanus ponti
fex nullius ſe põt iudicio ſubmittere: qm̃ ſi pa
pa poſſet ſe ſubmittere alicui tanꝙ iudici iam
de romana eccleſia iudicare pmitteret. Ter-
tio idẽ arguit ex. c. patet. ea. cau. ⁊. q. v. vbi Ni
colaus papa ita inqt. Patet pfecto ſedis apo
ſtolice cui⁹ auctoritate maius nõ eſt iudiciũ
a nemine fore retractandũ nec de eius cuiꝙ li
ceat iudicare iudicio: ꝯtra hoc veniret ſi papa
ſe ſubmitteret alicui tanꝙ iudici ſupra eũ. er-
go ⁊c. Quarto. Papa nõ poteſt agere id qd
derogat diſpoſitioni diuine. patet: qꝛ ius diui
nũ impermutabile eſt di. v. ſ diſpoſitio diuina
eſt ꝙ papa ſit oibus ſuperior vtpote prelat⁹ ⁊
iudex omniũ ⁊ null⁹ illius niſi deus vt patet p
multa capitula. ergo nõ poteſt pſonã ſuã ſub-
mittere iudicio alterius: iam eñ deſineret eſſe
platus omnibus. Cõfirmat hec ratio. ex. c. in
nomine domini di. xxi. vbi papa Nicolaus ar
guit: qꝛ ſedes apoſtolica cunctis in orbe terra
rũ pfertur eccleſijs: ideo ſupra ſe metropolita-
num habere nõ poteſt. Quinto ſic. Null⁹ ha
bens poteſtatem cõmiſſaꝫ ab alio poteſt face-
re aliquã aliam imutationem circa illam ſine
iniuria cõmittẽtis niſi de beneplacito ſuo. pa
tet hoc. ſ papa poteſtatem quã habet: habet
cõmiſſam a xpo cuius vicarius eſt. ergo illam
nec alterare poteſt alteri cõmittẽdo ſine ſpe-
ciali cõmiſſione dei. ſ talis cõmiſſio non legit
facta. ergo ⁊c. Sexto arguitur ſic. Vicarius
epi nõ videtur ſe poſſe ſubijcere iudicio cuiuſ-
cunqꝫ alterius nõ ſuperioris eo ſine licẽtia epi
ſui ad quẽ ſpectat iudicium eius. ſ papa ẽ im-
mediatus vicarius xpi ⁊ generalis. ergo vide
tur ꝙ nullius iudicio ſine licẽtia xpi poteſt ſe
ſubmittere. ꝯña videtur bona. Septimo ar-
guitur confirmando rationem factã ſic. Nul-
lus cauſam que eſt reſeruata iudicio ſui ſupe-
rioris poteſt ſubmittere iudicio alterius: ſed
cauſas preſulis romani deus reſeruauit arbi-
trio ſuo: vt in. ca. aliorum. xxiij. q. iij. ⁊. cap. fa-
cta. ibidem ergo papa non poteſt ratione cu-
iuſcunqꝫ cauſe tangentis perſonam ſuã ſe ſub
mittere alterius iudicio. Octauo ſic. Nõ mi
nus adherere videtur pape priuilegium ſupe
rioritatis ſue que tanta eſt: vt non niſi deum
habeat ſuperiorem ꝙ ſimplici clerico priuile-
gium clericale. ſed ſimplex clericus nõ poteſt
ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius: vt in ca.
ſignificaſti de foro cõpeten. etiam ſi ſit perſo-
na eccłiaſtica ſine licentia epiſcopi qui iudex
ſuus eſt. ergo nec papa poteſt ſe ſubmittere
iudicio cuiuſcunqꝫ ſine expreſſa licentia xpi q
ſuperior eius eſt. Nono. Clericus nõ poteſt
facere ꝙ aliquis eum percutiat vel puniat ſi-
ne excõmunicationis pena: vt in. c. contingit
de ſenten. excõica. Et ratio huius eſt quia iu-
ri publico derogari non poteſt de foro cõpet.
ſi diligenti. ergo ſimiliter per locum a minori
in papa dicendũ eſt ꝙ non poſſit ſe ſubmitte-
re iudicio alterius. hoc eñ eſſet derogare iuri
publico cum eñ priuilegium apoſtolice ſedis
non ſit inductum ſolũ in fauorẽ pape ſed in fa
uorem totius eccleſie eſt ius publicũ. i. di. ius
publicum. ⁊ reſpicit perſonã xpi. Decimo ſic
Papa non poteſt facere id quod implicat cõ
tradictionẽ. ſed ꝙ papa manẽs papa: hoc eſt
in prelatia ⁊ ſuperioritate ſuper omnes fide-
les: ſubmittat ſe alicui fideli aut aliquibus
fidelibus qui poſſent ipſum papam prelatuꝫ
oĩbus ⁊ ſuperiorẽ oĩbus iudicare punire ⁊
deponere implicat cõtradictionẽ. patet: quia
ſimul veniret dicendus iudex omniũ ⁊ ſubie-
ctus alicui ⁊ ſuperior oĩbus ⁊ ſubiectus al-
teri: ⁊ oĩs ⁊ quidam non: cõtradicunt. Un
decimo. Papa nõ poteſt facere aliquid quod
vergat in poteſtatis ſue diminutionẽ aut de-
rogationẽ dignitatis aplice ſue. ſed ſubmit-
tendo ſe iudicio alterius conſtituendo aliquẽ
iudicem ſupra ſe [redacted] diminueret auctoritatẽ
ſuam ⁊ derogaret ſuperioritati ſue vt patet.
ergo papa non poteſt ſe ſubmittere iudicio
cuiuſcunqꝫ qui eum iudicare valeat. Ex qui-
bus manifeſte confutatur error dicentium ꝙ
papa poteſt cõmittere vniuerſali cõcilio aut
etiam imperatori vt eum a papatu deponere
poſſit.

Capitulum. cv. In quo ponunt alique obiectiones aduerſariorum ⁊ reſpondetur eiſdem.

Contra pdictã Capl'm CV
iam concluſionem aduerſarij
inducũt aliqua ad que venit
rñdendum. Arguunt eñ pri Argumentum primum
mo ex illo quod Leo papa quartus ſcribit Lu
douico imperatori. ij q. vij. ca. nos. Nos ſi in-
competenter aliquid egimus ⁊ in ſubditis iu
ſte legis tramitem nõ ſeruauimus veſtro ac
miſſorum veſtroruꝫ volumus emendare iudicio
vbi dicit gl. hic papa ſe ſubijcit aliorum iudicio
quod facere poteſt: non tamen cũ poſſunt de-

ponere. ix. q. iij. nemo. ſm Hug. poſſunt: quia
⁊ ſeipſum poteſt deponere: vt. xxi. di. vt autē
Secundum Secundo arguunt ex glo. in. c. ſi papa. di. xl.
vbi ſic dicit̃. papa a nemine poteſt iudicari.
cibus impetraſſe a patre ipſe filius ꝓſtat dicendo ad petrũ. Symon ecce ſathanas expetiuit vt cribraret vos ſicut triticũ: ego autẽ rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua ⁊ tu aliquando cõuerſus cõfirma fratres tuos. Erit ergo quiſq̃ tante dementie q̃ orationẽ illius cuius velle eſt poſſe audeat in aliquo vanam putare: nõne a ſede principis apoſtoloꝝ Romana videlicet eccl'ia tam per eundem petrũ q̃ per ſucceſſores ſuos reprobata atq̃ conuicta atq̃ expugnata ſunt omniũ hereticoꝝ cõmẽta ⁊ fratrum corda in fide petri que nec defecit nec vſq̃ in finẽ deficiet ſunt cõfirmata. h ille. Item in ſynodica eiuſdẽ Leonis ad Petrũ anthiochenũ patriarcham ſic ſcribit. Ab apl'ica ſede noſtrã catholicã conſulendo perpendimus tuã prudentiã nolle deuiare a dñico ⁊ omniũ ſanctoꝝ patruꝫ concordi decreto quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarum eccl'ijs ſancta romana eccl'ia ⁊ apl'ica ſedes caput preponit ad quã maiores ⁊ difficiliores cauſe omniũ eccl'iarum diffiniende referant: ſic oĩa veneranda concilia: ſic leges humane promulgant: ſic ipſe ſanctus ſanctorum ⁊ rex regum dñs dñantiũ confirmat quatenus ibi principalis dignitatis ⁊ totius eccleſie diſcipline venerabilis apex prefulgeat ⁊ precellat vbi ipſe vertex ⁊ cardo apoſtolorum petrus carnis ſue reſurrectionem beatã in nouiſſimo die expectat. nimiruꝫ ſolus eſt ille ꝓ quo ne deficeret eius fides domin⁹ ⁊ ſaluatoꝛ aſſeruit ſe rogaſſe dicens. Symon ecce ſathan expetiuit vos vt cribraret ſicut triticũ ego autem rogaui vt non deficiat fides tua ⁊ tu aliquando cõuerſus cõfirma fratres tuos. Que venerabilis ⁊ efficax oratio obtinuit q̃ hactenus fides petri non defecit nec defectura creditur in throno illius in ſeculum ſeculi: ſed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus ſicut hucuſq̃ confirmare non ceſſauit. hec ille. Item patet hoc ꝓfeſſione octaue ſynodi in qua lectus eſt libellus Adriani pape qui acceptus eſt cum omĩ laude in quo ſic dicit. Prima ſalus eſt recte fidei regulã cuſtodire deinde a cõſtitutis dei ⁊ patrũ nullatenus deuiare: vnuꝫ quippe hoꝝ ad fidem pertinet alteruꝫ ad opus bonũ. ſicut eñ ſcriptũ eſt. Sine fide impoſſibile eſt placere deo: ſic rurſus legitur. Fides ſine operibus occiſa eſt. Et quia non poteſt dñi noſtri ieſu xp̄i pretermitti ſententia dicẽtis. Tu es petrus ⁊ ſuper hãc petrã edificabo eccl'iaꝫ meã. hec que dicta ſunt rerũ ꝓbant effectibus: q2 in ſede apoſtolica imaculata eſt ſemp catholica ſeruata religio ⁊ ſancta celebrata doctrina. hec ibi. Item ipſa ſynodus octaua acceptans doctrinam ⁊ ſententiã apl'ice ſedis ita inquit. Quoniã ſicut prediximus ſequentes in oĩbus apl'icam ſedem ⁊ obſeruantes oĩa eius ſtatuta ſperamus vt in vna communiõe quaꝫ ſedes apl'ica predicat eſſe mereamur in qua eſt vera ⁊ integra ⁊ vera xp̄iane religionis ſoliditas: promittentes etiam ſequeſtratos a cõmunione eccleſie catholice. i. non cõſentientes ſedi apoſtolice eoꝝ nomina inter ſacra non recitanda eſſe miſteria. hec ibi. Itẽ q̃ predicta promiſſio xp̄i. Luce. xxij. Ego pro te rogaui ⁊c̃. intelligenda ſit de fide petri pro ſede ſua teſtantur doctores famoſiores in eccleſia dei qui expoſuerũt bibliam. Unde magnus Albertus ſuper Luc̃. tractans verbum predictum ita formaliter dicit: vt non deficiat fides tua ſcilicet finaliter. Hic argumentũ efficax pro fide xp̄i ⁊ ſucceſſore ipſius q2 fides eius finaliter non deficiet Naum. i. Non adijciet vltra vt pertranſeat per te belial vniuerſus interijt. Item dñs Hug. cardinalis ſuper eundẽ locum ait. Argumentũ ꝓ eccleſia Romana. Item ad hoc eſt glo. in ca. quodcunq̃. xxiiij. q. i. que dicit ſic. Niſi erraret eccleſia romana quod non credo poſſe fieri: q2 deus nõ permitteret. hec glo.

Capitulum. cx. In quo rõnibus prefatũ apoſtolice ſedis priuilegium ꝓbatur ⁊ confirmatur.

Capitulũ cx

p Oſtquã ſacre ſcripture auctoritatibus iuxta ſanctoꝝ patrum ⁊ doctoꝝ expoſitiones oſtendim⁹ apl'icam ſedem in iudicio eoꝝ que fidei ſunt ⁊ ad ſalutem fideliuꝫ neceſſaria ſtante diuina pollicitatione errare non poſſe: reliquũ eſt vt etiam rationibus illud confirmemus. Primo ſic ex ſuperioribus. Sedis illius iudicium in his q̃ fidei ſunt credendũ eſt indefectibile ad cuius auctoritatem ⁊ magiſteriũ pertinet determinare ⁊ diffinire ea que credenda proponenda ſunt populo xp̄iano ſymboluꝫ edere fidei dubia que in ſacra ſcriptura emergũt declarare ⁊ interpretari. hoc patꝫ: imo tanq̃ primũ principiuꝫ videtur clariſſimũ: q2 al's nihil quod illius ſedis auctoritate ⁊ iudicio eẽt de fide de cõdẽnatione erroꝝ de ſacramentis de canonizatione ſanctoꝝ de interpretationibus dubioꝝ difficilium foret firmũ aut certum: ſed dubiũ aut fallibile quod incõuenientiſſimũ ⁊ periculoſiſſimũ in religione xp̄iana eſſet. ſed apoſtolica ſedes eſt ad quã pertinet determinare ea que fidei ſunt ſymboluꝫ fidei edere et dubia in ſacra ſcriptura emergentia

interpꝛetari:vt ſupꝛa in.c.cvij.patet.ergo ſeq̄
tur ꝙ eius iudicium in his que fidei ſunt erra
re nō poſſit: Preterea ꝯfirmatur iſta ratio ſic.
Aſſenſus omnis qui eſt circa aliquid cū poſſi
bilitate ad oppoſitū includit formidinē nec ē
aſſenſus firmus nec firmiter quis aſſentit per
illū:qꝛ aſſentit cum poſſibilitate ad oppoſituʒ
vnde firmus ⁊ inuariabilis aſſenſus circa ali
quid requirit ꝙ oppoſitū eius nō poſſit eſſe ve
rum ſed omnino falſuʒ:ꝓpter quod demōſtra
tio que cauſat aſſenſum iuariabilem eſt ex ne-
ceſſarijs ⁊ que nō poſſunt aliter ſe habere. Si
militer fides virtus theologica eſt ex neceſſa-
rijs ⁊ cui nō poteſt ſubeſſe falſum:qꝛ innititur
pꝛime veritati al's nō faceret aſſenſum firmuʒ
et inuriabileʒ:ſi ergo ſedes apoſtolica ſiue ec
cleſia romana cuius auctoꝛitas ⁊ pꝛincipatus
in ſede apoſtolica locatus eſt a xp̄o in his que
fidei ſunt errare poſſet ⁊ deuiare tunc creden
tes illud crederēt poſſibile tn̄ falſum eſſe;⁊ nō
neceſſario infallibiliter verum ⁊ per ꝯn̄s cum
formidine ⁊ cuʒ dubio erroꝛis poſſibilis: ⁊ ita
credentes fluctuarent ⁊ eſſent dubij in fide et
ita infideles:⁊ ſic multa incōuenientia ſeque
rētur que vnuſquiſq; cognoſcere poteſt. Se
cūdo ſic. Illius ſedis iudiciū quod nunq̄ in fi
de defecit nec defectuoſum eſt videt̄ eſſe inde
fectibile iudiciuʒ in his que fidei ſunt. ſʒ ſedis
apoſtolice iudiciū nūq̄ in fide defecit nec de-
fectuoſum eſt.ergo ſedis apoſtolice iudicium
īdefectibile eſt in his que fidei ſunt.ꝯn̄tia pa-
tet.maioꝛ etiā.minoꝛ vero patet multoꝝ ſcōꝝ
patrum teſtimonijs. Inquit eīm Euſebiꝰ papa
in.c.in ſede.xxiiij.q.i. In ſede apoſtolica extra
maculā ſemꝑ eſt catholica ſuata religio. Iteʒ
beatꝰ Sixtꝰ papa ⁊ habet̄ in.c. memoꝛ.xxiiij.
q.i.idem teſtatur dicens. Memoꝛ ſum me ſub
illius nomine eccleſie pꝛeſidere cuiꝰ a dn̄o ieſu
xp̄o eſt gloꝛificata confeſſio ⁊ cuiꝰ fides nullā
hereſim fouet ſed quideʒ oēs hereſes deſtruit.
Hec ille. Item beatus Hieronymꝰ.in.c.hec ē
fides.xxiiij.q.i.ad idem eſt ita dicens. Sācta
romana eccleſia que ſemper īmaculata ꝑman
ſit domino pꝛouidente ⁊ beato petro opē ferē
te in futurum manebit ſine vlla hereticoꝛum
inſultatione:ſeʒ pꝛeualente atq; firma ⁊ īmo-
bilis omni tempoꝛe perſiſtet. Hoc etiam Pe
lagius papa in.c q̄uis.di.xxi.teſtatur dicens.
Eſt ergo pꝛima apoſtoli petri ſedes Romana
eccleſia nō habens maculam nec rugam nec
aliquid huiuſmodi. Hec etiam apertiſſime te-
ſtantur auctoꝛitates ſanctoꝛum patrum poſi-
te in pꝛecedenti capitulo. Tertio cōfirmādo
iam factam ratione ſic. Illius ſedis iudicium
in his que fidei ſunt eſt indefectibile qđ nul-
la malicia hominuʒ valet extingui.ſed ſedes
apoſtolica ſiue romana eccleſia nulla homi-
nuʒ malicia valet extingui.ergo ſedis apoſto
lice iudiciū eſt infectibile.cōſequentia eſt bo
na.maioꝛ vero manifeſta.minoꝛ autem ꝓbat̄
auctoꝛitate Pelagij pape qui vt habet̄ in ca.
pudenda.xxiiij.q.i.ita ait. Cum eccleſia vna
ſit nulla alia eſſe conſtat niſi que in apoſtoli-
ca eſt radice firmata ⁊ fundata. Et infra reci-
tans verba Auguſtini ſic ſubiungit. Sed nul
lo modo poteſt dici eccleſia in qua ſciſma eſt
reſtat vt q̄m eccl'ia nulla eē nō pōt ea ſit quā
in ſedis apoſtolice ꝑ ſucceſſiones ep̄oꝝ radi-
ce conſtitutam nulloꝝ hominū malicia etiaʒ
ſi nota excludi non poſſit;ſed ꝓ tempoꝛis ra-
tione toleranda iudicet̄ vllo modo valeat ex
tinguere.hec ille. Quarto ſic. Sedis illiꝰ iu
diciū in his que fidei ſunt eſt indeuiabile cui
quicunq; repugnans quocūq; tēpoꝛe cenſen-
dus eſt hereticꝰ.ſed quicūq; repugnat in his
que fidei ſunt ap'lice ſedi hereticus eſt cēſen
dus.ergo apoſtolice ſedis iudiciuʒ in his que
fidei ſunt eſt indeuiabile.conſequentia videt̄
bona.maioꝛ patʒ.minoꝛ vero eſt beati Hiero
nymi in.c.hec eſt fides.xxiiij.q.i.q̄ ad Dama-
ſum ſcribens ita dicit. Hec eſt fides papa be-
atiſſime quā in catholica didicimus eccleſia
quāq; ſemper tenuimus:in qua ſi minus peri
te aut parum caute foꝛte aliquid poſitum eſt
a te emendari cupimus qui petri ⁊ ſedem ⁊ fi
dem tenes.ſi autem hec noſtra confeſſio apo-
ſtolatus tui iudicio cōpꝛobatur quicunq; me
inculpare voluerit ſe imperitum ⁊ maliuoluʒ
vel non etiam catholicum ſed hereticum cō-
pꝛobabit.hec ille. Item minoꝛ illa ꝓbatur au
ctoꝛitate beati Cypꝛiani martyris: qui vt ha
betur in ca.aduocauit.xxiiij.q.i.dicit ſic. Ad-
uocauit ad ſe Cypꝛianus epiſcopum Saty-
rum nec vllam putauit veram niſi vere fidei
gratiā percunctatuſq; eſt ex eo vtrū nā de ca-
tholicis ep̄is eſſet hoc eſt ſi cuʒ romana eccle
ſia conſentiret.hec ille. Quinto ſic. Illius ſe
dis iudicium credendū eſt in eccl'ia eſſe inde-
fectibile in his que fidei ſunt a qua quiſq; di-
uiſus efficitur extra eccl'iaʒ dei.ſed diuiſus ab
ap'lice ſedis iudicio efficit̄ extra eccl'iaʒ.ergo
⁊c.ꝯſequentia eſt bona.maioꝛ non indiget ꝓ
batione.minoꝛ vero eſt beati Cypꝛiani:⁊ ha-
bet̄ in.c.qui cathedram.di.xciij. Qui cathe-
dram petri ſup quā eccl'ia fundata eſt deſerit
in eccl'ia ſe eſſe non confidat. Iteʒ minoꝛ illa
eſt beati Hieron̄.in.c.q̄m vetꝰ oꝛiēs.xxiiij.q.i.
vbi ſcribēs Damaſo pape ita dic̄. Cū ſucceſſo-
re piſcatoꝛis ⁊ diſcipulo xp̄i loquoꝛ: ego nullū
pꝛeuiū niſi xp̄m ꝯſequēs beatitudini tue.i.ca Alij pꝛemium

Alij cõmunionē cõſortior

thedre petri cõmunione conſentior ſuper illā
petram eccl'iam fundataʒ ſcio: quicũq; extra
hanc domũ agnum comederit ꝓphanus eſt:
ſi quis in archa non fuerit peribit regnante
diluuio. Et .j. Non nouimus vitalem: mileciuʒ
reſpuo: ignoro paulinum: quicũq; tecum non
colligit ſpargit: hoc eſt qui xp̄i nõ eſt antixp̄s
eſt. hec Hieronymus. Itē eadem ſentētia col
ligit ex ca. ſciſma. xxiiij. q. i. Sexto ſic. Illius
ſedis iudicium eſt cenſenduʒ in his que fidei
ſunt indefectibile ad quod ſummarũ diffiniti
ones cauſarũ grauioreſq; queſtiones cuiuſmo
di ſunt queſtiones fidei ſunt referende ⁊ inde
terminationē ſumpture. ſed ad apoſtolicā ſe-
dē ſunt oēs cauſe fidei referēde ⁊ diffiniende
ergo apoſtolice ſedis iudiciũ in fide deficere
non poteſt. cõſequentia eſt bona. ⁊ maior eſt
manifeſta: quoniā ſicut in diſciplinalibus fit
reſolutio vſq; ad prima principia que falſa eē
non poſſunt: ita cauſe fidei referende ſunt ad
thronũ qui in iudicio ſuo errare non põt: quia
al's nihil diffinitũ per apoſtolicā ſedē aut ter
minatũ teneretur firmũ ⁊ indubitatum. ⁊ ita
ſequeret̄ ſciſma ⁊ hereſis inter fideles ⁊ ita fi
des prima periret. minor vero patʒ ex. c. quo-
tiens. xxiiij. q. i. vbi ita inquit tex. Quotiēs fi-
dei ratio vētilat̄ arbitror oēs fratres coepōs
noſtros non niſi ad petruʒ: id eſt ſui nominis
⁊ honoris auctoritatem referre debere veluti
nunc rettulit veſtra dilectio ꝙ per totũ mũdũ
poſſit eccl'ijs omnibus in cõe prodeſſe. Item
eadē ſententia eſt pape Pelagij in quadam
ep'la in qua in. c. multis. di. xvij. ita inq̄t. Ma
iores vero ⁊ difficiliores queſtiones vt ſancta
ſynodus ſtatuit ⁊ beata cõſuetudo exegit ad
apoſtolicam ſedem ſemper referantur. Item
beatus Gregorius ⁊ habetur in ca. preceptis
di. xij. Nulli dubium eſt ꝙ non ſolum pontifi-
calis cauſatio ſed om̄is ſancte religionis rela
tio ad ſedem apoſtolicam quaſi ad caput ec-
cleſiarũ debeat referri ⁊ inde normaʒ aſſume
re vnde ſumpſit exordiuʒ ne caput inſtitutio
nis videat̄ omitti: cuius auctoritatis ſanctio
nē omēs teneant ſacerdotes qui nolunt ab a
poſtolice petre ſoliditate diuelli. hec Grego.
Idem etiā habet̄ in. c. maiores. extra de bap.
⁊ eius effec. vnde in Calcedonen̄. concilio au
dita ep'la quam Leo papa ſcripſit Flauiano
ep̄o cõtra errorem Euticis ep̄i ita declamaue
runt. Hec eſt patrum fides: hec ap'loꝝ fides:
oēs ita credim⁹: orthodoxi ita credimus: ana-
thema ē qui nõ ita credit: petrus per Leoneʒ
ita allocutus eſt. hec ibi. Septimo ſic. Illi⁹
ſedis iudiciũ eſt indefectibile in his que fidei
ſunt cuius ſanctiones omēs accipiende ſunt

tanꝙ ipſius petri diuina voce firmate ſed ſic
eſt de ap'lice ſedis ſanctiõibus. ergo ⁊c. cõſe-
quentia eſt bona. maior eſt manifeſta. minor
ꝟo eſt in forma beati Agathonis in. c. ſic. di.
xix. Ad hoc etiam facit. c. in canonicis. ea. di.
Itē Adrianus papa ſcribēs imperatori Ba-
ſilio dicit ſic. Quoniā trāquilliſſime impera-
tor audiſtis vocē dei per ap'lice ſedis officium
tibi delatam ⁊c. Octauo ſic. Illius ſedis iu
diciũ credenduʒ eſt in his que fidei ſunt inde
fectibile ad qḋ omēs doctores quantũcunq;
docti aut ſancti dicta ſua referunt ⁊ examini
⁊ correctioni ſubmittunt. ſed ſedis ap'lice iu-
dicium eſt huiõi. ergo ⁊c. cõſequentia eſt bo-
na. maior manifeſta. al's ſancti doctores hoc
facientes poſſent grauiter errare. minor vero
patet ex multis. Primo ex ſubmiſſione quam
facit btũs Hiero. in. c. hec eſt fides. xxiiij. q. i.
de qua ſupra. Secũdo ex ſubmiſſione quā fa-
cit btũs Aug. ſcribens ad papā Bonifaciuʒ
libellũ quē ꝯtra duaſ pelagianoꝝ ep'las intitu
lauerat. vbi ita dicit. Hec ergo que in iſtis vt
dixi duabus epiſtolis eoruʒ iſta diſputatione
reſpondeo ad tuam potiſſime dirigo ſanctita
tem non tam diſcenda ꝙ examinanda: vbi ſi
forte aliquid diſpliceat emendanda cõſtitui.
Item idē legimus beatuʒ Anſelmũ feciſſe in
ep'la de incarnatiõe verbi. vbi ita ſcribit Ur
bano pape. Dño ⁊ patri vniuerſe eccl'ie in ter
ra peregrinatõnis ſummo pontifici Urbano
Anſelm⁹ vita peccator habitu monachus de
bitam ſubiectionē ⁊c. Et .j. Quoniā diuina ꝓ
uidentia veſtram elegit ſanctitatē cui ⁊ fidē
⁊ viam xp̄ianam cuſtodiendā ⁊ eccl'iam ſuaʒ
regendam cõmitteret ad nullum rectius re-
fertur ſi quid contra catholicam fidem in ec-
cleſia vt eius auctoritate corrigatur: nec vlli
alij tutius ſi quid contra errorem reſpondet̄
oſtendit̄ vt eius prudentia examinet̄: quapro
pter ſicut nulli dignius poſſum ita nulli libē-
tius preſentem ep'lam ꝙ veſtre deſtino ſapiē
tie: quatenus ſi q̄d in ea corrigendũ eſt veſtra
cenſura caſtiget̄: ⁊ quod regulam veritatis te
net veſtra auctoritate roboretur. hec Anſel-
mus. Idē beatus Bernardus feciſſe legit̄: vt
patʒ in. c. precedenti. Item patʒ ex his que in
ducit in fine ep'le cuiuſdam quā ſuper celebra
tione cõceptionis beate virginis ſcribit ad
canonicos Lugdunen̄. Idē etiam btũs Tho
mas facit vt patet in principio glo. continue
ſuper euangelia. Hanc etiam obſeruantiā re
uerentie ad ap'licam ſedē quaſi oēs doctores
ſcholaſtici tractatores diuinarũ ſcripturarũ
legimus tenuiſſe ⁊ tenere vt oīa dicta ſua cor
rectioni ap'lice ſedis ſubmittant. Nono ſic.

Illius ſedis iudiciū eſt in his que fidei ſūt in-defectibile p quod approbata non licet reprobare ſed ab omīb⁹ ſunt reuerent̄ ſuſcipienda: ſed ſedis apoſtolice iudicium ē huiuſmodi: ergo ⁊c̄.conſeqn̄tia ē bona.maior etiā pȝ.minor vero habet̄ in.c.Si romanoꝝ.di.xix.vbi ſic dr̄ Si romanoꝝ pontificū decreto ceteroꝝ opuſcula doctoꝝ approbant̄ vel reprobant̄ ita qđ vere ſedes apl̄ica approbauit hodie teneatur acceptū ⁊c̄.hec ibi. Inducit etiam hoc gloſa in.c.Hec ē fides.xxiiij.q.i.⁊ in.c.Veniā.xxxv.q.ix.in fi. Decimo ſic.Illius ſedis iudiciū credendū ē in his q̄ fidei ſūt eſſe indeuiabile quā om̄es ſancti ſequunt̄ ⁊ vniuerſales ſynodi amplectunt̄ ⁊ venerant̄ vt magiſtrā fidei regulā ⁊ apicem toti⁹ eccleſiaſtice diſcipline: ſed ſedes apl̄ica ē huiuſmodi:ergo ⁊c̄.conſequētia eſt bona.maior videt̄ clariſſima:quoniā alias videret̄ ſanctoꝝ patrū fides vacillare niſi ſedis illi⁹ magiſteriū ⁊ iudiciū in fide firmū eēt ⁊ inobliquabile.minor ỽo colligit̄ ex agapto-nis pape epiſtola ad imperatorem Conſtantinum que lecta in ſexta ſynodo vt ſupra retulim⁹ acceptata ē:in qua poſt ſuperiora verba ita de ſede apoſtolica loquens inquit.Cui⁹ auctoritatem vtpute apoſtoloꝝ pn̄cipis ſemper om̄is catholica xp̄i eccl̄ia ⁊ vniuerſales ſynodi fideliť amplectentes in cūctis ſecute ſunt: om̄eſq; venerabiles patres apoſtolicā ei⁹ doctrinam amplexi per quā ⁊ pbatiſſima xp̄i luminaria claruerūt ⁊ ſancti q̄dem doctores orthodoxi venerati atq; ſecuti ſunt:heretici aūt falſis criminationib⁹ atq; derogationū odijs inſecuti.hec ille. Item in geſtis Calcedonēſis concilij ſic legit̄. Unde reuerēdiſſimi ep̄i clamauerūt.vt leo ſic credim⁹:q̄ cōtradicūt anathema ſūt.Leo recte expoſuit.⁊.ȷ̄. vniuerſi reuerendiſſimi ep̄i clamauerunt:iuſte pſuaſioni acq̄eſcim⁹ vniuerſi: hoc oēs credim⁹ hoc ſeq̄mur hoc tenem⁹ qđ patris oīm noſtrū Leonis confeſſio habet.hec ibi. Item hoc pfitet̄ octaua ſynodus: in qua patres lecto decreto a romano pōtifice adriano eis trāſmiſſo ita aiūt. Quoniam ſicut prediximus ſeq̄ntes in om̄ib⁹ apoſtolicam ſedem ⁊ obſeruantes om̄ia eius conſtituta ſperam⁹ vt in vna cōmunione quā ſedes apoſtolica predicat eſſe mereamur: in q̄ eſt integra ⁊ vera xp̄iane religionis ſoliditas. hec ibi. Item huius rei teſtimonium faciunt patres in cōcilio vniuerſali Lugdunen̄. vt habetur in ca.Fideli. de ſum.tri.⁊ fi.ca.lib. vi.in quo ſic dicit̄. Hoc firmiter tenet ⁊ pdicat ⁊ pfitetur ⁊ docet ſancta romana eccl̄ia int̄ oīm fideliū ⁊ magiſtra.vnde in ca.Om̄is.diſ.xxij. btūs Ambroſius ſe in om̄ib⁹ ſequi magiſtram ſanctā romanā pfitetur eccleſiam. Undecimo arguitur ſic.Illius ſedis iudiciuȝ ē inobliquabile in his que fidei ſunt cui⁹ auctoritate ⁊ iudicio roborant̄ ⁊ firmantur canones ſanctorum conciliorum:ſed auctoritate ⁊ iudicio ſedis apl̄ice firmant̄ ⁊ roborant̄ canones ſanctorum vniuerſaliū concilioꝝ:ergo neceſſario videtur aſſerendum ꝙ iudicium apl̄ice ſedis in his que fidei ſūt ſit indefectibile.cōſeq̄ntia eſt bona.maior videt̄ manifeſta.minor pȝ etiā ex ca.Cōfidim⁹.xxv.q.i.⁊ ex.§. his ergo.ibidē ⁊ ex ca.Significaſti.extra de elec. Patȝ etiaȝ ex illa laudabili obſeruātia ſanctoꝝ patrū in concilijs vniuerſalib⁹ qua ſemp ſoliti ſunt petere confirmatōnē canonū ſuoꝝ a romano pōtifice vtpote a pn̄cipe toti⁹ eccleſie: ſicut nos in tertio hui⁹ operis dāte xp̄o exēplificabim⁹ de multis. Duodecimo arguit̄ ſic. Cum impoſſibile ſit ſine fide placere deo.vt inq̄t apl̄s ad Heb.xi. ſitq; fides pm̄ū fundamentū toti⁹ xp̄iane religionis.vt ait Criſo.neceſſe ē vt illa ſit ſtabilis ⁊ incōmutabilis ſicut firma petra in edificio eccleſie.vnde ſupra petraȝ eccleſia dicitur fūdata. Math.xvi. ⁊ qm̄ diuerſe queſtiones inſurgunt ⁊ emergunt dubia inter fideles circa fidem ⁊ impugnatōes hereticorū neceſſariū fuit dare vnū tribunal ſiue vnū ſupremū iudiciū notū ⁊ certū in eccl̄ia dei ⁊ duraturū cum ea vſq; ad conſummationē ſeculi q̄diu ſcȝ nobis eſt colluctatio aduerſus poteſtates tenebrarūȝ: ad quod iudiciū in om̄ibus arduis ⁊ maxime circa fidem ⁊ doctrinā poſſet facile haberi recurſus:cui⁹ iudicio ⁊ determinationi om̄es firmit̄ parere deberent. Hoc etiam patȝ: qm̄ aliter nulli determinationi ſiue diffinitioni vel declarationi q̄ in ea fieret circa ea q̄ fidei ſunt firmit̄ adhereret̄ ⁊ ita nō videret̄ eccl̄ie ſufficient̄ fore puiſum in his q̄ neceſſaria ſunt ad ſalutē.contra illud Eſa. v. Quid ē qđ debui facere vinee mee.i.eccl̄ie ⁊ nō feci: ſed hoc tribunal ſiue ſupremū iudiciū non videt̄ poſſe regularit̄ eſſe vniuerſale concilium.ergo videt̄ ꝙ ſedes ſiue cathedra apoſtolica ſit huiuſmodi tribunal cui⁹ iudicio oēs cauſe maiores determinande veniant ⁊ finiēde in eccl̄ia dei.cōſequentia ē bona.maior etiam pbata ē.minor vero oſtēdit̄ ex multis. Primo q: multa concilia etiam vniuerſalia in his que fidei ſunt ⁊ neceſſaria ad ſalutē erraſſe legunt̄ ⁊ habuiſſe iudicia defectibilia:ſicut patȝ de Ariminen̄.concilio qđ fuit numeroſiſſimū vtpute.dccccxxx.ep̄oꝝ.patȝ idē de Epheſino ſecundo qđ Leo papa cōdēnauit ⁊ in eius correctionē Calcedonen̄.conciliū inſtituit. Sedes autem apoſtolica nunq̄ in his que fidei ſunt

x

erraſſe ꝓhibet̄ vt sancti prēs firmiter ac multi
pliciter atteſtant̄: ſicut ſuperi⁹ induximus in
hoc capitulo ⁊ p̄cedenti. Dicit etiā beat⁹ Am
bro. ſuper Mar. ⁊ habet̄ in. c. nō turbat̄. xxiiij.
q. i. Non turbatur nauis que petrū habet tur
batur aūt que iudam habet. Item Aug. in ſer
mone quarto de ſancto petro hanc prerogati
uam apoſtolice ſedis luce clariorē faciēs dicit
ſic. Nauis petri in altum hui⁹ ſeculi ita natat
vt pereunte mūdo omnes quos ſuſcipit ſuat
illeſos. cui⁹ figurā iam videm⁹ in veteri teſta-
mento. Sicut enī Noe archa naufragāte mū-
do quos ſuſcepat cūctos incolumes ſeruauit
ita ⁊ eccl'ia petri conflagrāte ſeculo oēs quos
amplectitur reſeruabit illeſos. Hec Aug. Se
cūdo ꝙ tribunal p̄fatū ſit apoſtolica ſedes re-
gulariter ⁊ nō vniuerſale cōcilium ex eo colli-
gitur ꝙ tale tribunal debet eſſe fixū in eccl'ia:
⁊ continue ꝑmanens cū quaſi omni die ſit ne-
ceſſariū. hoc aūt nō poteſt vniuerſali concilio
cōuenire: qm̄ raro ⁊ nō modo nūc ſed etiā anti
quo tēpore leguntur celebrata: ſedes aūt apo-
ſtolica ſemꝑ fuit fixa: nō enī moritur vt ſupra
oſtendimus: iuxta. c. gratioſe. extra de reſcrip.

Tertio hoc idē colligitur ex illa ſanctoꝝ pa-
trū profeſſione catholica qua ſuꝑ apoſtolicā
ſedem dicunt ⁊ p̄dicant eccl'iam eſſe fundatā
vt Cyprianus: Hieronim⁹: Auguſtinus quos
ſuperius induxim⁹. ergo magis videtur ꝯgrue
re diſpoſitioni diuine ꝙ eccleſia iudicium ſu-
mat a cathedra petri ꝙ̄ cathedra ipa ab eccle
ſia. Quarto hoc idem colligitur ex eo ꝙ ſan-
cti doctores ⁊ canones etiam ſummarū diſpo
ſitiones cauſarū ⁊ maxime fidei ad aplicā ſe
dem: vt ſupra oſtēdimus: mandāt eſſe referen-
das: nuſꝗ̄ autē mandat eas ad vniuerſale cō-
ciliū deferri. Quinto q: queſtio fidei melius
videt̄ determinari ꝑ principem qui eccl'ie pre
eſt ꝙ̄ ꝑ multitudinē: qđ ſanct⁹ Tho. in. ij. ij. q.
ar. x. ⁊ in. iiij. contra gentiles ꝓbat ex eo: quia
vna debet eſſe fides totius eccleſie ſ̄m illud. i.
Corin. i. Idipſum dicatis oēs ⁊ nō ſint in vo-
bis ſciſmata. q̄ fidei vnitas ſeruari non poſſet
niſi q̄ſtio de fide exorta determinaret̄ per eum
qui toti eccleſie preeſt vt ſic ei⁹ ſentētia a tota
eccleſia teneret̄ firmit̄. Hec ſanct⁹ Tho. Hinc
beatus Maximus in epiſtola. oriētalibus di
recta dicit. Oēs fines orbis qui deum ſincere
receperunt ⁊ vbiq; terrarum catholici xp̄i fi-
dem confitētur: in eccleſiam romanoꝝ ponti
ficem tanq̄ in ſolem reſpiciūt: ⁊ ex ipſo catho-
lice ⁊ apoſtolice fidei recipiūt veritatē. nec im
merito petrus legitur primo ꝑfectam fidē eē
profeſſus domino reuelante Mat. xvi. Tu es
xp̄s fili⁹ dei viui. vnde ⁊ ei domin⁹ dicit. Ego
rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua. hec ille.
Itē nicolaus papa in ep̄la quā ſcribit phocio
patriarche vt habet̄ in actōne quarta octaui
concilij ycomenici ad ꝓpoſitū dic̄. Quia vni-
uerſitas credētiū ab hac ſancta romana eccle
ſia que caput ē omniū eccleſiarū doctrinā exq̄
rit integritatē fidei depoſcit: criminū ſolutio-
nem q̄ digni ſunt ⁊ gratia dei redēpti exorāt:
oportet nos q̄bus cōmiſſa ē ſollicitos eſſe ⁊c̄.
Item Gelaſi⁹ papa in ep̄la ad Anaſtaſiū im-
peratorē. Una ē xp̄iana fides q̄ eſt catholica:
catholica aūt veraciter illa eſt que ab omniū
perfidoꝝ atq; ab eorū ſucceſſoribus conſorti
bus ſincera pura immaculata cōmunione di-
uiſa eſt: hoc eſt qđ ſedes apoſtolica magnope
re taxauit vt q: mundo radix eſt ap̄li glorioſa
ꝯfeſſio nulla rima prauitatis nulla prorſus cō
tagione macularet̄: nam niſi (vt de⁹ auertat:
qđ fieri nō poſſe cōfidim⁹) tale aliq̄d ꝓueni-
ret vel cui iam reſiſtere auderem⁹ errori vel vn̄
correctionē errantib⁹ poſceremus. hec ille. Ex
quibus patē ꝙ̄ temeraria ꝙ̄q; a xp̄i ⁊ ſanctoꝝ
patrū doctrina aliena aſſertio aduerſarioꝝ ſit
aſſerentiū apoſtolice ſedis iudiciū in his que
fidei ſunt non eſſe certū nō eſſe firmū: ſed de-
fectibile ſed deuiabile: ⁊ de facto quādoq; de-
ficere ⁊ errare. Qui error pernicioſiſſimus vt
pote qui ſedis apoſtolice diffinitōes fidei de-
clarationes hereticoꝝ damnationes canonū
confirmationes ſanctoꝝ canonizatiōes dubi
as ⁊ ambiguas ⁊ per conſequēs ſuſpectas de
falſitate reddens fidem eneruat ⁊ xp̄ianā reli
gionē maculat. Hic error fuit cōmunis omīb⁹
hereticis vt depreſſa apoſtolice ſedis auctate
licentiori p̄ſumptōe ⁊ audacia in ſuis craſſarē
tur erroribus.

Capitulū. cxi. In quo obijcitur contra ea que dicta ſunt tam de infallibilitate iudicij apoſtolice ſedis in his que fidei ſunt: ꝙ̄ de firmitate fidei ſemper futura in eccleſia romana.

Capitlm CXI

a Duerſus prefa-
tam cōcluſionē quam de priuile-
gio apoſtolice ſedis ⁊ romane ec
cleſie auctoritatibus ⁊ rationib⁹
efficacit̄ firmauimus eſt multa turba aduerſa
riorum ⁊ inimicoꝝ apoſtolice ſedis qui nitun
tur illam multis rationib⁹ impugnare. Et pri
mo nitunt̄ infirmare fundamenta concluſio-
nis noſtre prefate. Primo ſic. Quia auctori- Argumēti pⁱ qđ cū ſequentib⁹ ſoluet̄ cap. cxi.
tas illa. Luce. xxij. in qua xp̄s oraſſe dicitur ne
fides deficeret nō poteſt de fide perſonali pe-
tri intelligi: quia ſtatim illa defecit in ipſo ne-
gando xp̄m. Et ſi dicat̄ ꝙ intelligat̄ de ꝑſeue-
rantia finali petri nō valet: q: dubiū ē ꝙ talis
ꝑſeuerantia finalis in fide cōpetat ſemꝑ alijs

ſummis pōtificib⁹. vñ videt̄ q̄ auctas illa ac-
cipienda ſit de fide vl̄is eccl̄ie que nunq̄ defi-
nit: ⁊ nō de fide pſonali petri. ḡ falſe fundatur
in aucte p̄fata aliq̄ firmitas iudicij ſedis aut
Secūdum alicui⁹ eccleſie petri. ꝯñā videt̄ bona. Scdo
ſic. Auctoritas illa nō pōt intelligi de fide ec-
cleſie romane. ḡ ꝯcluſio prefata nō h₃ firmita-
tem veritatis. ꝯñā eſt bona. antecedens ꝓba
tur: qm̄ quādo xp̄s dixit illa verba petro: petr⁹
nō magis erat caput eccleſie Romane q̄ An
tiochene ſed tūc habitur⁹ erat primo ſedem in
Antiochia ⁊ poſtea in Roma. cū ergo in p̄di-
ctis verbis nō plus fiat mentio de roma q̄ de
antiochia: q2 verba generalia ad omnia parti
cularia eque ſe habent. ſed verba predicta nō
debēt itelligi de antiochia: q2 fides illi⁹ eccl̄ie
iam defecit. ergo nec de romana eccl̄ia debēt
Tertium intelligi. Tertio ſic. Doctores exponentes
vreba illa ſcripture nō exponunt ea de eccl̄ia
romana ꝓut eccleſia romana eſt ps diſtincta
cōtra alias eccleſias: ſed exponunt verba ſcri
pture de materia illa loquentia de eccleſia ca
tholica ⁊ ap̄lica que cōprehendit oēm eccl̄ia₃
tenētem fidem apoſtoloꝝ. ſiue ſit rome ſiue in
hiſpania ſiue in gallia. vñ nō dicunt doctores
inquūt aduerſarij q̄ romana eccl̄ia errare nō
poſſit vel nūq̄ errabit ꝯtra fidem: licet aliqñ
affirmēt q̄ nūq̄ inueniat̄ erraſſe ſcḋm ſe totam
q̄uis aliqñ pro maiori p̄te errauit ſicut tempo
re Liberij poſtq̄ conſenſit perfidie arrianorū.
Quartum Quarto ſic. Illud qḋ promittit̄ toti ⁊ non
alicui parti nō debet attribui alicui p̄ti etiam
principali. ſed nunq̄ errare cōtra fidē toti cō-
gregationi fideliū promiſſum fuit a xp̄o ⁊ nul
li parti fuit hoc promiſſum. ergo nō debet hoc
alteri eccl̄ie particulari catholicoꝝ attribui:
cum ḡ romana eccleſia ſit pars eccl̄ie nō tota
eccleſia non poſſe errare contra fidem non eſt
Quintum attribuendū romane eccleſie. Quinto ſic.
Cum dicis q̄ romana eccleſia nō poteſt defi-
cere in fide: quero a te quid intelligis p̄ eccleſi
am romanā. Aut em̄ intelligis papā ſeu mul-
titudinem romanoꝝ ſiue clericoꝝ ſiue laicorū
in partibus romanis degentiū. Et hoc mō nō
eſt verum: q2 oēs romani habentes domicilia
rome poſſunt cōtra fidem errare ſicut ⁊ omēs
hieroſolymorum errauerunt. Aut vocas eccle
cleſiā romanā clericos titulos habentes in ro
ma. hoc modo etiam nō videtur verū q̄ eccle-
ſia romana nō poſſit errare in fide: q2 tales cle
rici habentes titulos rome nō videtur eē ma-
gis electi a deo q̄ qui habuerūt titulos hiero
ſolymis. ſed omēs iſti errauerūt. ergo ⁊c̄. Aut
tertio vocas eccleſiam romanā papam cū car
dinalibus vel papam ſolū vel collegiū ſolum

cardinalium. Nec hoc videtur verum q̄ eccle
ſia romana non deficiat in fide immo videtur
temerariū dicere q̄ papa cū duob⁹ cardinali-
bus ſi nō eſſent plures nō poſſit ꝯtra fidē erra
re. Aut quarto vocas eccleſiam romanam il-
los qui tenēt fidē quam apoſtoli fundauerūt
⁊ predicauerūt rome: tunc hñ verum videtur
q̄ eccl̄ia romana hoc modo ſumpta que eſt ec
cleſia vniuerſalis errare non poſſit: ſ₃ hoc cum
non plus comp̄hendat romanos q̄ hiſpanos
non ē ad ꝓpoſitū. Sexto ſic. Papa pōt erra Sextum
re in fide ⁊ heretica pollui prauitate: hoc ma-
nifeſtum ē. Tum ratione: q2 papa cum ſit via-
tor ⁊ non ſit p̄ papatum in fide confirmatus
pōt errare. Tum auctate: vt in. c. Si papa. di.
xl. Tum exemplis: ſicut patet de marcellino ⁊
anaſtaſio ſecundo. ergo ſequit̄ q̄ ⁊ poſſit in iu
dicio errare. ⁊ ita non ē verum q̄ iudiciū apo-
ſtolice ſedis ſit indefectibile ⁊ indeuiabile in
his q̄ fidei ſūt. Septimo arguit̄. Poſſibile ē Septimum
q̄ roman⁹ pontifex incidat in hereſim damna
tam ⁊ q̄ talē hereſim diffiniat in iudicio cū cō
plicib⁹ ſuis. ergo apoſtolice ſedis iudiciū in ta
li caſu errabit in fide. Octauo arguit̄ de de- Octauum
claratione illa quā anaſtaſius fecit: de q̄ habe
tur di. xix. in. c. i. ſcḋm eccl̄ie catholice cōſuetudi
nem: in qua quos achatius poſt ſentētia₃ in ſe
prolatam ſacerdotes vel leuitas ordinauerat
anaſtaſius acceptis bñficijs rite fūgi debere
decreuit. Hec aūt reſcripta dicit Gratian⁹ il-
licita ⁊ non canonice ſ₃ contra decreta ſuoru₃
p̄deceſſorum eſſe data ⁊ videtur ap̄lica ſedes
hic erraſſe. Nono arguit̄ ex hiſtoria Stepha Nonum
ni pape qui collecto concilio formoſum papā
condēnauit ⁊ omnes ordinationes eius irri-
tas eſſe decreuit. Et de Johanne nono qui cō
firmauit ordinatōnē ⁊ collecta ſynodo Rauē
ne ſynodū quā fecerat Stephan⁹ contra ff or
moſum reprobauit. Decimo arguit̄ de ioban Decimum
ne. xxij. nulla videt̄ tergiuerſatione negari q̄n
doctrina ſua de pauptate xp̄i ⁊ ap̄loꝝ eius ⁊
de abdicatōne pauptatis omniū tēporaliū in
ſpeciali ⁊ in cōi ⁊ de pauptate euangelica do
ctrine Nicolai tertij ⁊ alioꝝ ſummoꝝ pontifi
cū dicat̄ aduerſari: cū ḡ illa ad fidē ꝑtineāt vl̄
ad bonos mores notum ē q̄ altera iſtarum do
ctrinarū ꝑtinet̄ ſub heretica prauitate quod-
cunq̄ aūt detur ē contra concluſionē prefatā.
ergo ⁊c̄. Q̄ vero doctrina Johannis. xxij. de
pauptate xp̄i ⁊ ap̄loꝝ ⁊c̄. aduerſetur doctrine
Nicolai tertij pat₃. Nam papa Johānes. xxij.
in declaratione quadam ſua q̄ incipit. Cū int̄
nōnullos: declarat primo q̄ pertinacit̄ aſſere-
re redēptorē noſtrum ⁊ dn̄m ieſum eiuſq̄ apo-
ſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua nec in

cõmuni ſit hereticuz.hec declaratio videt̃ ma
nifeſte repugnare declarationi ⁊ determiatio
ni dñi Nicolai tertij qui in decretali ſua q̄ ince
pit.Exijt qui ſeminat:que declaratio ꝑ Boni
facium papā eſt inſerta in ſexto libro decreta-
liū ⁊ ab vlī eccl'ia recepta.in qua declaratõne
ꝓfatus dñs Nicolaus ita dicit. Porro cū ipſa
regula expreſſe ꝑtineat ꝙ fratres nihil ſibi ap
proprient nec vinū nec aliquā rem:ſitq; decla
ratum ꝑ eundem anteceſſorem nr̃m Gregoriū
nonū ⁊ nõnullos alios hoc obſeruare debere
tam in ſp̄ali q̄ꝫ in cõi.quā ſic artā abdicationē
venenoſis obtrectationib⁹ aliquoꝝ inſenſata
deprauauit aſtutia:ne fratrum eorūdem clari
tas talium imperitis ſermonibus laceret̃:dici
mus ꝙ abdicatio ꝓprietatis huiuſmodi oīm
rerū tam in ſp̄ali q̄ꝫ in cõi ꝓpter deum merito
ria eſt ⁊ ſancta quā ⁊ xp̄s viam oſtendens do-
cuit ⁊ exemplo firmauit:quāq; primi fundato
res militãtis eccl'ie prout ab ipſo fonte hauſe-
runt ita volentes ꝑfecte viuere ꝑ vite atq; do
ctrine ipſorum alueos deriuarunt.hec ibi.Sꝫ
huic declaratõi in qua aſſerere videt̃ dñs Ni-
cola⁹ ⁊ diffinire ꝙ xp̄s ⁊ apl'i ꝑfectionis oſten
dētes viā nõ habuerūt aliqua iure ꝓprietatis
in ſp̄ali nec etiā in cõi manifeſte videtur repu
gnare declaratio prefata Johis.xxij.ergo ⁊c̃.

Confirmatio Preterea dñs Johes videt̃ reuocaſſe in cõ
ſtitutione ſua quā determinauit dñs Nicola⁹
tertius:videlꝫ ꝙ fratres minores in reb⁹ obla
tis eis nihil iuris ⁊ dominij habent niſi ſolum
vſum fructū denudatū ab omni iure ⁊ dñio ac
ꝓprietate tam in ſpeciali q̄ꝫ in cõmuni.

Capl'm.cxij.In quo obiectionibus prefatis aduerſa
riorum reſpondetur.

Capl'm CXII

P

Prefatis aduer-
ſarioꝝ obiectionib⁹ nõ obſtan-
tib⁹ quibus nõ erit difficile rn̄-
dere tenendū videt̃ ſaluo ſemp
meliori iudicio:ꝙ ſicut ſupra ꝓbauimus apl'i-
ca ſedes ad quā ꝑ principatus ſui ſublimita-
te ꝑtinet que ad fidem ⁊ totius xp̄iani popl'i
doctrinā ⁊ religionem expectāt ſentētialiter
diffinire ⁊ interpretari nõ poſſit errare atten-
to diuine pollicitatõis impermutabili decre-
to in his que de fide tenēda ⁊ credēda apoſto
latus ſui iudicio publice xp̄iano popl'o decer-
neret ſiue diffiniret.Tuꝫ q2 vt argutū eſt alias
nõ eſſet firma ⁊ indubitata credulitas in his
que circa fidem ꝑ eccleſiā ſtatuerētur cum oīa
hmõi per romanos põtifices ſtatuta ſint. Tū
q2 conſtat ꝙ auctẽ eccleſie que maxime in ro-
mano põtifice vtpote ipſius eccleſie capite ⁊
principe collata ē libri canonis habēt robur.
vnde ꝙ illis libris ſit credendū firmit̃ non cõ
ſtat niſi per auctoritatem eccleſie.vnde Aug.
contra epiſtolā fundamēti.Euangelio nõ cre
derem niſi auctoritas eccl'ie catholice me mo-
ueret credere ꝙ eccleſia in electione ſacre ſcri
pture canonice fuerit ſpiritusſancto directa.er
go ſimiliter credēdum ē ꝙ romanus pontifex
in iudicio eorum que fidei ſunt ſpiritusſancto
regatur ⁊ per conſequēs in illis non erret ali-
as poſſet quis eadem facilitate dicere ꝙ erra-
tum ſit in electione quattuor euangelioꝝ ⁊
epiſtolarū canonis ⁊ in approbatione vniuer
ſaliū concilioꝝ ⁊ alioꝝ libroꝝ doctoꝝ appro-
bando aliquos ⁊ aliquos reprobando: qđ tn̄
vt pꝫ diſt.xv.per romanos pontifices ſcꝫ Gre
gorium ⁊ Gelaſium determinatū legitur:⁊ ita
nulla fides maneret certa credendorū quo ni
hil periculoſius aut etiaꝫ abſurdius poſſet in
xp̄iana religione excogitari. Non ergo videt̃
ꝙ romanus pontifex in his q̄ apoſtolatus ſui
iudicio credenda fide aut deteſtanda diffinit
aut iudicat errare poſſit.Quare dicendū ē ad
rationes in oppoſitū. Ad primā cū dicit̃ ꝙ Ad primā
auctas illa Luc.xxij.Ego pro te rogaui ⁊c̃.nõ
accipiēda venit de fide petri.reſpõdet̃ ꝙ hoc
falſum ē:qđ patꝫ manifeſte tam ex ipis domi-
ni ſaluatoris verbo q̄ꝫ ex ſanctoꝝ patrū ⁊ do-
ctorum expoſitionib⁹.Ex textu q̄dem euange
lij patet:ait eñ xp̄s ad petrū.Ego ꝓ te rogaui
petre.Ecce ꝙ dicit ꝓ te in ſpeciali:vt nõ defi-
ciat fides tua.Ecce ꝙ dicit fides tua: ⁊ tu ali-
quando cõuerſus cõfirma fratres tuos.Clarū
eſt aūt ꝙ ꝓ illi⁹ fide ꝑſonali rogabat̃ q̄ poſt la-
pſum cõuerſus cõfirmare iubet̃ fratres ſuos.
hic aūt petrus erat ⁊ nõ alius:nec cõgregatio
ipa vniuerſalis eccl'ie:q2 v̄ba illa non poſſunt
adaptari illi.Tum q2 fides illi⁹ nõ deficit.Tū
q2 ipa nõ dr̃ aliquādo cõuerſa.Tum q2 ipſa nõ
dicit̃ ꝓprie fideles in fratres habere ſꝫ potius
in filios. Qđ vero aduerſarij dicunt ꝙ fides
petri ſtatim defecit:reſpõdet̃ ꝙ ſi ad horā de-
fecit nõ tñ finalit̃ ⁊ hoc eſt qđ xp̄s rogauit.vn
de non dixit ei domin⁹.Ego pro te rogaui pe-
tre vt nõ neges ſeu vt nõ cadas ſed vt nõ defi
ciat fides tua ſcꝫ finaliter.vnde Beda in glo.
non dicit non tenteris ſꝫ nõ deficiat fides tua
vt poſt lapſum negationis ad priſtinū ſtatum
penitēdo reſurgas.hec ille.Hoc etiā innuitur
manifeſte in verbis ſequentib⁹ ſaluatoris cuꝫ
ait. Et tu aliquādo ꝯuerſus confirma fratres
tuos.in quo caſu manifeſte innuit ſaluator ꝙ
aliquādo petrus erat caſurus ſiue negaturus
non ergo rogat ne caderet: ſꝫ ne in caſu mane
ret:qđ ipi⁹ rogatu adimpletū ē ꝙ poſtea nūq̄ꝫ
ampli⁹ cadat.Et ita pꝫ ex ipo euāgelij textu ⁊

ſaluatoris verbo qđ ad lrãm loquitur dñs de
fide pſonali petri. Hoc etiã aptiſſime oſtēdit
ex ſanctoꝝ patrum expoſitionibꝰ quas induxi
mus ſupra in.c.cix. vnde Leo papa exponens
textum hunc ſermone ſecūdo conſecrationis
ſue ita inqt. Spālis cura a dño petri ſuſcipit
⁊ pro fide petri ꝓprie ſupplicat tanꝗ alioꝝ
ſtatus certior ſit futurus ſi mens principis vi-
cta nō fuerit: in petro ergo omnium fortitudo
munitat ⁊c. Ecce teſtimoniū clariſſimū huiꝰ
quod diximꝰ. Qđ vero ꝯñter dicūt aduerſarij
ꝙ expoſitio data de fide perſonali finali petri
nō valeat: qꝛ vt aiūt fides pſonalis in alijs pō
tificibꝰ ſucceſſoribꝰ petri nō ſp habuit aut ha
bet finalem in fide perſeuerātiam eſt ſtultum
dictum: qm̄ textus prefatus de pſonali fide pe
tri loquitur nō de fide perſonali aliorum pon
tificū. Pro quo notandū ꝙ Romanus ponti-
fex ſuccedit beato petro nō in gratijs ⁊ prero-
gatiuis perſonalibus ſed in ſede ⁊ officio pon
tificatꝰ ⁊ per ꝯñs in priuilegijs ſedis ⁊ officij.
Habuit autem petrus priuilegium poſt reſur
rectionem xpi vt in fide finaliter nō deficeret
ſiue erraret: ⁊ nō ſolum ipſe hoc habuit: ſed eti
am ceteri apoſtoli qui cum xpo manſerunt. vñ
vt dicit beatꝰ Chryſo. ꝙ pro oībus etiã roga
uit cum ait Johis. xvij. Pater ſancte ſerua eos
in noīe meo. vnde cōis doctrina ſanctoꝝ ha-
bet ꝙ omnes apoſtoli cōfirmati fuerint poſt
reſurrectionē. vnde glo. ſuper illud. ps. lxxiiij.
Ego cōfirmaui colūnas eius dicit ſic. Que in
paſſione nutauerunt. i. apoſtolos qui ꝯfirmati
ſunt in reſurrectiōe. In hoc aūt priuilegio ro-
manꝰ pontifex nō ſuccedit petro ſicut nec alij
epī alijs aplis. Et ideo qđ aduerſarij inducūt
de fide aut orōne perſonali romanoꝝ pontifi
cum nō facit ad propoſitū. habuit aūt ampliꝰ
ſingulariter petrus ſuper oēs alios aplos: vt
priuilegium nō errandi in fide ſe extēderet ad
ſedem ſiue cathedram eius ita ꝙ in cathedra
ſua ſemꝑ catholica vigeret doctrina ⁊ in ſede
ſua iudiciū in his q̄ fidei ſunt ab omni macla
erroris eſſet alienū: prout ſuperius multis ſan
ctoꝝ patrū ſentētijs firmauimꝰ. Hec autē pre
rogatiua nō eſt data ſedibus alioꝝ aploꝝ qm̄
omnes aliquo modo verecūdate ſunt: ſicut pa
ter de Achaia vbi predicauit beatꝰ Andreas
de Aſia vbi predicauit Johānes euangeliſta.
de India vbi Thōas. de Ethiopia vbi Mat
theus. de alia India vbi beatꝰ Bartholomeꝰ
de Hieroſolyma vbi Jacobus. Oēs iſte qua-
ſi funditus defecerūt a fide: ſola romana eccle
ſia imaculata pmanet ⁊ opitulante deo pma-
Ad ſecundum nebit ſemꝑ. Ad ſcđam obiectionē cū dicit
ꝙ prefata auctoritas nō pōt itelligi de eccl'ia
romana ⁊c. reſpōdet negando hoc aſſumptū
quoniã falſum eſt. Et ad ꝓbationē cū dicitur
ꝙ quādo xps dixit illa verba petro petrus nō
erat magis caput rome ⁊c. reſpōdetur ꝙ ꝓba
tio illa nulla eſt: quoniã licȝ petrus tūc nulliꝰ
eccl'ie caput actu eſſet ſed eſſet bene futurus
caput: nihilominꝰ quādo xps orauit ꝓ fide pe
tri orauit ꝓ fide eccl'ie ſue quecūꝗ futura eſſet
cui petrus tanꝗ ꝑnceps ⁊ caput preeſſe debe
ret. vnde cū petrꝰ preſedit eccl'ie antiochene
eccleſia antiochena habuit eam prerogatiuã.
cum vero petrus inde tranſtulit ſedem ſuam
tranſlata ē in eccleſiã romanã dicta preroga-
tiua que ſedē ipam petri diuina ꝓuidētia diſ-
ponēte interuenientibꝰ ipius beati petri merit
inſeparabilit ſequit ⁊ concomitat. vnde bea-
tus Leo in ſermone ſecūdo ꝯſecratiōis ſue ita
inqt. Manet ergo diſpoſitio veritatis ⁊ bea-
tus petrꝰ in accepta fortitudine perſeuerans
ſuſcepta eccl'ie gubernacula non relinquit: ſic
em̄ eſt ordinatꝰ vt ante petra dicat dum fun-
damentū ꝓnunciat dum regni celorum iani-
tor conſtituit dum ligandoꝝ ſoluendorumꝗ
arbiter ad māſuraȝ etiã in celis iudicioꝝ ſuoꝝ
diffinitionē preficitur qualis ipa mihi eſſet ſo
cietas per ipa appellationū eius myſteria no
ſceremus. ⁊ infra. Si quid itaꝗ a nobis recte
agit recteꝗ diſcernit ſi qđ a miſericordia dei
quotidianis ſupplicatōibꝰ obtinet illius eſt
operum atꝗ meritoꝝ cuius in ſede viuit pote
ſtas ⁊ excellit auctas. hoc enim obtinuit dile
ctiſſimi illa ꝓfeſſio q̄ a deo patre apoſtolico in
ſpirata cordi omniū humanarū operationum
in terra tranſcendit ⁊ firmitatē que nullis im
pulſionibꝰ quateret recepit. hec ille. Item Ni
colaus papa ad Michaelem imꝑatorem ſic
ſcribit. Petrus confirmate petre que xps eſt
ſtructuram vniuerſalis eccl'ie inconcuſſam ⁊
fide clare ſolidatã ita precibꝰ ſuis munire non
ceſſat vt errantiū veſaniam recte fidei norma
reformare feſtinet vt nō intrepide eam cōſoli
dantes remunerare ꝓcuret quatenꝰ porte in-
feri malignoꝝ ſpirituū ſuggeſtiones atꝗ he-
reticoꝝ impetꝰ nō ꝑualeant eiuſdē eccl'ie vnita
tem infringere. Ad tertiã obiectōnē cū dr ꝙ Ad tertium
doctores exponētes verba illa xpi nō exponūt
ea de eccl'ia romana ⁊c. reſpōdet negādo hoc
tanꝗ falſum ⁊ iniquū: qđ pȝ ex teſtimonijs ſu-
perius inductis ꝓ veritate cōcluſionis ſctoꝝ
patrū ſcȝ Cyrilli: Criſoſtomi: Hieronymi: Le-
onis Agaptonis Bernardi Anſelmi Alber-
ti magni: ſcti Thome ⁊ alioꝝ pluriū doctoꝝ:
omēs em̄ iſti loquunt de eccl'ia romana ꝓut ē
pars diſtincta tāꝗ caput ⁊ magiſtra ꝯtra ali-
as eccl'ias. Ad quartã obiectionē cum dici- Ad quartum

tur: illud quod ꝓmittitur tori ⁊ nō parti ⁊c. rñdetur negādo ꝙ nō errare cōtra fidem nō ſit ꝓmiſſū eccleſie romane. hoc enim falſum eſt vt iam oſtēdimus in rñſione ad ſecundā. Unde beatus Cyrillus vt ſupra induximus ita ait. Secundū hanc dñi ꝓmiſſionē eccleſia apoſtolica petri ab omni ſeductione ⁊ heretica circūuentione imaculata manet ſuper oēs poſtpoſitas ⁊c. vt ſupra

Ad quintū. Ad quintā cū querit quid vocatur ecclia romana cum dicit ꝙ in fide errare nō poſſit. Rñdetur in primo ꝙ nō accipit hic eccleſia romana ita extenſo vocabulo pro fideliū illorū congregatione qui tenent fidem quā apoſtoli rome predicauerūt. iſte enim modus vocādi eccliam romanā videtur eſſe improprius. Tum quia alibi ꝙ rome apoſtoli predicauerunt fidē quā fideles per orbem diſperſi tenēt ⁊ obſeruant. Tum quia cōfeſſio etiam ipſa fidei qua petrus xpm deum ⁊ hominē confeſſus ait. Tu es xps filius dei viui ⁊c. ſup quam dicit xps eccliam ſuā edificaſſe nō primo rome ſed in ceſaria philippi facta eſt vt dicit Mat. xvi. Secūdo dicit ꝙ ecclia romana in qua religio xpiana a tempore apoſtolorum petri ⁊ pauli ſemp imaculata dicit perſtitiſſe ⁊ vſqꝫ in finē ſeculi debere perſiſtere vocatur ꝯgregatio populi fidelis romani cū ſuo paſtore. Quod vero dicit ex aduerſo ꝙ oēs romani poſſunt errare ſicut omēs hieroſolymitani Reſpondet ꝙ hoc falſum eſt. hec enim gratia data eſt eccleſie romane que nō fuit data hieroſolymitane. de qua gratia Agapto papa i ſuggeſtione quā Conſtātino imperatori ſcripſit ita dicit. Hec apoſtolica xpi eccleſia per dei omnipotētis gratiam a tramite apoſtolice traditionis nunꝙ erraſſe phibetur ⁊c. vt ſuperius eſt inductū.

Ad ſextum. Ad ſextā obiectiōem in qua arguit. Papa poteſt errare in fide tenendo malam opinionē circa ea que fidei ſunt. ergo ſimiliter poteſt errare in iudicio male ſententiando de fide. reſpōdet negando ꝯñam: quia licet primum ſit poſſibile ſcḋm tamen non. Et ratio diuerſitatis eſt: quia aſſiſtentia ſpiritusſancti ꝓmiſſa a xpo nō reſpicit perſonam pape ſed officium ſiue ſedem ⁊ ideo cum opinari ſit perſone iudicare vero ſit officij: licet eſſet poſſibile papā male opinari: errare tamen ſententiando in iudicio de his que ſunt fidei nō eſt poſſibile ſtante diuina promiſſione. Pro quo notandū cū ſancto Thoma in quodlibeto octauo: in quo querēs vtrū oēs canonizati p eccleſiā ſint in gloria vel aliqui eorum ſint in inferno. dicit: ꝙ aliquid pōt iudicari ſm ſe conſideratū quod relatum ad aliquid extrinſecū impoſſibile inuenit. dico ergo ꝙ iudicium eorum qui preſunt eccleſie pōt errare in quibuſlꝫ ſi pſone eorum tm̄ reſpiciat.

Si vero cōſideretur diuina puidentia que eccleſiam ſuā ſpūſancto dirigit ſicut ipe xps pmiſit Joh. xiiij. Docebit vos omnē veritatem ſcꝫ neceſſariā ad ſalutē: certum eſt ꝙ iudicium eccleſie vniuerſalis in his que ad fidem ptinēt errare eſt impoſſibile. vnde magis ſtandū eſt ſententie pape quam de fide in iudicio pfert ꝙ quorūcunqꝫ hominū ſapientū in ſcripturarum opinionibus. nam ⁊ cayphas cū eſſet pōtifex licꝫ nequam: pphetauit. Joh. xi. hec ſanctus Thomas. Plane huiuſmodi dignitates in eccleſia ſicut multū tributū eſt eis honoris ⁊ reuerētie ita plurimū virtutis ſortite ſunt ⁊ grē ſingularis. vnde Criſoſto. ſup illo vbo Joh. xi. valde pulchre ad ppoſitum loquit. Uide inqt quanta pontificalis poteſtatis ſit virtus: quia enim qualitercunqꝫ dignus effectus eſt pontificari ⁊ ſi indignus exiſtens ore pphetauit neſciens quid dicebat: ore enim illius ſolum vſa eſt gratia ſpūſſancti: cōtaminatū autem cor non tetigit. ⁊ infra. Uides quāta ſpūſſancti virtus a mente pnicioſa voluit verba pferri pphetie plena magne ⁊ mirabilis. Itē btūs Aug. hūc locum tractans libro queſtionū vete. ⁊ no. teſtamēti ⁊ habet in ca. dictū. eſt a dño. i. q. i. ita ad ppoſitum loquit. Quanta autē ſit dignitas ſacerdotalis ordinis hinc aduertamus. dictum eſt autē de nequiſſimo caypha interfectore inter cetera. hoc aūt a ſemetipō nō dixit ſed cū eſſet pnceps ſacerdotum illius anni pphetauit per quod oſtendit ſpiritumſanctū gratiarum datorem non perſonam ſequi aut digni aut indigni ſed ordinem traditōis. Ubi ceterū in hoc loco bene aduertendū ꝙ non dicit ꝙ papa errare nō poſſit aut male ſentire aut iudicare in his que fidei ſunt: cū error vt dicit Auguſtinus nihil aliud ſit ꝙ pro vero approbare falſum: ſed dicit ꝙ ſentētia quā in iudicio romanus pontifex pfert in his q̄ fidei ſūt errare nō poſſit aut ꝙ ſedis aplice iudiciū quod idem ē errare nō poſſit. Ita enim loquitur Hieronymus in. c. Hec eſt fides. xxiiij. q. i. cū ait. ꝙ ſi apoſtolatus tui iudicio ⁊c. Eodē modo loquit ſanctus Tho. in prefato quodlibeto cum dicit: ꝙ magis ſtandum eſt ſentētie pape quam de fide in iudicio pfert ꝙ ⁊c. Hinc etiam Agapto papa in ca. Sic. di. xix. inqt. Sic oēs aplice ſedis ſanctiones accipiēde ſūt tanꝙ ipſius diuina voce petri firmate. Sup quo dicit Archi. Caute dicit aplice ſedis ⁊ non dicit apoſtolici. ſedis autē aplice ſanctiones ſiue ſentētia in iudicio plata a romano pontifice intelligit non q̄ occulte malicioſe aut inconſulte per ſolum romanū pontificē aut etiā que per ipſum cum paucis ſibi fauētibus alijs in fraudē ꝯtemptis ſiue non

vocatis ad partē ꝓfertur: ſꝫ que a romano pō
tifice qui maturo ⁊ graui viroꝝ ſapientū ⁊ ma
xime dñoꝝ cardinaliū primo cōcilio digeſta ⁊
maturata ſancit̄ ⁊ ꝓfert̄. Nā vt ait Albertus
magnus in queſtiōe de iuſticia ⁊ legib⁹ habē-
tib⁹ auctem ſm̄ conſulta ſapientū eſt determi
nare ⁊ interpretari vel exponere: ⁊ ꝙ ita ſit in
reb⁹ arduis dicit̄ ab aplica ſede emanare ſm̄ il
lud quod beat⁹ Gregori⁹ ait in. c. aplice ſedis
xxxv. q. ix. Apoſtolice ſedis ſentētia tanta ſem
per cōſilij moderatione cōcipit̄ tanta patien
tie maturitate decoquit̄ tātaqꝫ deliberatiōis
grauitate ꝓfert̄ vt nec mutari neceſſariū du-
cat niſi forte ſic ꝓlata ſit vt retractari poſſit.
⁊c. Quib⁹ omnib⁹ ꝯſideratis: videlꝫ infallibi
late diuine promiſſionis: efficacia orōnis xpi
meritoꝝ affluētia btiſſimi apli petri: ⁊ maturi
tate conſilij ꝙ in hmōi arduis materijs que fi
dem tangūt cum dñis cardinalibus ⁊ alijs do
ctis patrib⁹ roman⁹ pō. ſemp hꝫ ſine dubio te
nendū eſt hoc quod de aplice ſedis iudicio di
ctum eſt: videlꝫ ꝙ in his que fidei ſunt defice-
Ad ſeptimū re nō poſſit. Ad ſeptimā obiectionem cū ar
guit̄ de papa facto heretico ⁊ deficiente ꝑ he
reſi ſua dupl'r reſpōdet̄. Quidam eñ volūt di
cere ꝙ caſus non ē poſſibilis quo ad hꝫ ꝙ papa
poſſit diffinire hereſim. dicūt eñ ꝙ in hoc ca-
ſu de⁹ nō pmitteret eū diffinire hereſiꝫ aut ali
quid ꝯtra fidem ſed ꝓhiberet eū aut per mor-
tem aut per alioꝝ fidelium reſiſtentiā aut per
alioꝝ inſtructionē aut per internā inſpiratio-
neꝫ aut per alios modos ſm̄ quos de⁹ eccleſie
ſancte ⁊ fidei veritati multipliciter ꝓuidere
pōt. ad hꝫ inducūt exēpla aliq̄. Primo de Ba-
laam ꝓpheta malo: cū nō minoris cure ſit chri
ſto de vitanda maledictione infidelitatis ꝙ̄
de maledictione verbali prophete talis a po
pulo iudeorum. ſed deus ſic prouidit illi po-
pulo vt patet Nu. xxij. ꝙ malus propheta ve-
niens ad maledicendū populo iudeoꝝ ꝓhibi
tus eſt a deo: ſic ꝙ nō potuit maledicere popu
lo quē de⁹ benedixerat. g̃ multo forti⁹ ſi papa
eſſet heretic⁹ ꝓpter imutabilē veritateꝫ fidei
datam a deo toti ecclie nō pmitteret euꝫ dñs
determinare hereſim aut errorē ꝯtra fideꝫ ſed
ꝓhiberet aliquo dictoꝝ modoꝝ. Secundū ex
emplū de Caypha qui neſciens ꝓphetauit ob
dignitatē pōtificalem: multo magis credēd⁹
eſt roman⁹ pōtifex ꝓhiberi ne errorē determi-
naret tam ꝓpter dignitatē pontificalē ꝙ̄ pro
pter honorem dei ⁊ ſalutē populi xpiani. Ter
tiuꝫ etiā hic inducūt exēplū de Anaſtaſio qui
licet voluerit reuocare Achatiū nō tñ potuit
qꝛ diuino nutu pcuſſus eſt: vt in. c. Anaſtaſi⁹ ⁊
in glo. di. xix. Nobis aūt aliter videt̄ dicendū:
videlicet ꝙ ratio illa nō ſit ad ꝓpoſitū noſtrū
qꝛ ſi roman⁹ pontifex efficit̄ heretic⁹ ipo facto
quo cadit a fide petri cadit a cathedra ⁊ ſede
petri: ⁊ ꝑ conſequens iudiciū quod faceret ta
lis heretic⁹ nō eſſet iudiciū aplice ſedis immo
nec iudiciū alicui⁹ auctoritatis ē dicendū aut
momenti: qꝛ cum ꝑ hereſim cecidiſſet a ꝓlatio
ne per conſequens auctoritate iudicandi pri-
uatus eſſet. vt in. c. Nouatianus. xxiiij. q. i. ⁊. c.
Factus. vij. q. i. ⁊ extra de offi. vica. c. Nos. in
tex. ⁊ in glo. Prelatio aūt vt ait Archidyaco.
in ca. Quis. di. xxi. cōſiſtit in trib⁹. In iudicijs
vt in. c. Inferior. in ꝓcepꝫ vt in. c. Nūc autē. in
ſentētijs vt in ca. Deniqꝫ. ea. di. Et ita pꝫ ꝙ ob
iectio illa aduerſarioꝝ nulla ſit. Ad octauā Ad octauū
obiectionē cum dicit̄ ⁊ arguit̄ de declaratiōe
facta per Anaſtaſium: reſpōdet̄ ꝙ falſum eſt
ꝙ declaratio prefata nō fuerit canonica ⁊ ve-
ra. Pro quo notandū ꝙ circa hanc materiā q̄
tangit̄ in ꝑdicta declaratione ſcꝫ an heretici
⁊ preſciſi vera ſacramēta cōferant ſunt quat-
tuor opiniones ſicut tangit magiſter ſentētia
rum. in. iiij. di. xxiiij: ⁊ ſctūs Tho. Prima ꝙ he-
retici ⁊ preſciſi nō conferūt ſacramenta: ſꝫ iſta
opinio nō tenet̄. Alia opinio eſt dicentium ꝙ
cōferūt ſed ꝓmoti nō recipiūt. hec opinio eti-
am nō tenet̄. Alia opinio eſt dicentium ꝙ poſ
ſunt conferre dum tamē ecclie formā ſeruent
⁊ intentionē: ⁊ ꝙ̄tum ad primū effectū qui eſt
collatio ſacramenti ⁊ ꝙ̄tum ad vltimū qui eſt
collatio gratie: ſed hec opinio etiā ſtare nō po
teſt: qꝛ ex hoc ꝙ aliquis cōmunicat heretico ꝑ
ſciſo ab ecclia in ſacramētis peccat ⁊ ita fict⁹
accedit. ⁊ per cōſequens grām conſeq̄ nō pōt
niſi forte in baptiſmo in articulo neceſſitatis
Alia opinio ē: ꝙ heretici vera ſacramēta cōfe
runt ſꝫ cū eis grām nō dant: nō ꝓpt̄ inefficaci-
am ſacramētoꝝ ſꝫ ꝓpt̄ peccata recipientiū ab
eis cōtra ecclie prohibitionē. Iſte vero Ana-
ſtaſius in hac ſua declaratione ꝙ̄tum colligi
poteſt ex forma ⁊ ſerie littere q̄cq̄d dicat Gra
tianus nō videt̄ aliud dicere niſi qꝺ dicit iſta
eccleſiaſtica tradit hyſtoria. Iteꝫ eadem rōne
ꝯgregata legitur ſynodus tp̄e regis Theodo
rici: in quo de contēdentibꝰ de papatu Syma
cho ⁊ Laurētio ſciſma ortum ē quod in. c. Sy-
machus. ij. q. vij. fuit extirpatū. Preterea eta-
te nr̄a tribus ꝯtendētibus de papatu. ſ. Bene
dicto. xiij. ⁊ Jo. xxiij. ⁊ Gregorio. xij. Synodus
congregata eſt Conſtantie in natione germa
nica: in quo vno: ſcilicet Gregorio renunciāte
ſi quid iuris habebat alijs duobus depoſitis:
ſcꝫ Johanne ⁊ Benedicto data eſt pax eccl'ie
Quarto congregata leguntur concilia ad re-
ductionem ſiue confutationem hereticoꝝ per
viam diſputationis: qua de cauſa tempore et
conſenſu beati Silueſtri pape: iuſſu Conſtan
tini imperatoris dicitur rome conueniſſe ma-
gnum epiſcoporum conuētum vt cum iudeis

diſputaret de lege vtrū.ſcʒ xp̄ianorum fides
legi iudeoꝝ p̄ferenda eſſet vbi longa cōcerta
tione expleta cum ꝓ fide xp̄i erat concluſum
auguſta helena cū tribus milibus iudeorū ad
fidem xp̄i cōuerſa baptiſmū ſuſcepit. Hac eti
am de cauſa diebus noſtris cōgregata eſt ſy⸗
nodus Baſilien̄. ꝓ reductione Bohemorum
vbi data Bohemis licētia diſputandi ⁊ dicē
di libere quicquid vellent in defenſionem er
rorum ſuoꝝ aſſignatiſq; ꝑ ſynodum quattuor
doctoribꝰ catholicis qui in publica cōgrega
tione illis reſponderēt lōgiſſima concertatio
facta eſt nobis ibi ſemꝑ p̄nte ſed q̄ꝙ manife
ſtiſſime cōuicti eſſent. foretq; cōdeſcenſum illꝭ
in multis gratia lucrificādi eos. nihilominus
receſſerūt peccatis eoꝝ ꝓmerētibus ita ſordi
di ſicut venerūt. Hac etiā de cauſa congrega
ta eſt Florētie ſynodus ampliſſima diebꝰ no⸗
ſtris ſub ſancte memorie Eugenio ꝓ reductō
ne grecoꝝ. vbi interfuit imꝑator grecorum et
patriarcha Conſtātinopolitanus cuʒ multis
alijs p̄latis oriētalis eccleſie. vbi operāte ſal⸗
uatore noſtro q̄ vera pax eſt ſublato de medio
pariete qui occidētalē orientalēq; diuidebat
eccl̄iam vnio ⁊ cōcordia cōcluſa eſt inter eos
licet heu ab om̄ibus in partibus oriētalibus
nō fuerit acceptata. Quinto cōcilia legūtur
cōgregata cum eccleſia habet magnos ⁊ po⸗
tentes hoſtes ⁊ ꝑturbatores. Tunc enim ſum⸗
mus pontifex eccleſie princeps: ac rex regum
terre dei vicarius ſolitus eſt congregare con
uentum patrū ⁊ p̄ncipum eccleſie. de quibus
in p̄s. Conſtitues eos p̄ncipes ſuper omnem
terram ad punitionē illoꝝ. Hac de cauſa Gre
gorius tertius cū imperatorē Leonem huius
nominis tertiū hereticū incorrigibilem com
periſſet ſuꝑ depoſitione ymaginū xp̄i ⁊ beate
virginis ac ſanctoruʒ quas omnes deſtrui ac
incendi fecerat in vrbe Conſtātinopolitana:
cōgregato cōcilio rome quaſi mille epiſcopo⸗
rum Romā ⁊ Italiam totā ab eius obediētia
et poteſtate diſcedere fecit ⁊ vectigalia inter
dixit ⁊ illum anathematizans venerationem
ymaginū cōfirmauit. Itē; hac de cauſa Gre⸗
gorius ſeptimus ꝯtra imꝑatorē Hēricū huiꝰ
nominis. iiij. qꝛ romane eccleſie ſcindere vnita
tem moliebatꝭ: cōgregauit rome conciliū. cx.
ep̄oꝝ ⁊ illū ibi excōmunicauit. Itē; hac de cā
Innocētiꝰ quartꝰ imꝑatorē Fredericū huius
noīs. ij. eccleſie hoſtē rebellē. ꝯtumacē ⁊ incor
rigibilē comperiēs cōciliū ꝯgregauit Lugdu
ni ⁊ ibi illū ab imperio depoſuit. Sexto legitꝭ
cōgregatū vniuerſale cōciliū gratia ſuperne
reuelatiōis impetrāde a deo ſuꝑ arduis in ec⸗
cleſia cōſtituēdis. Hac de cā cōgregata legitꝭ
ſynodus prima ab ap̄l'is vt ſcʒ quis ad itegri⸗
tatē apoſtolici collegij loco iude proditoris aſ
ſumēdus eſſet orationibꝰ a deo cognoſcerent.
vnde dicitꝭ act. i. Et ſtatuerūt duos. ſ. Ioſeph.
qui cognominatꝰ eſt iuſtꝰ ⁊ Mathiā ⁊ orātes
dixerūt. Tu dn̄e qui noſti corda hominū oſten
de quē elegeris ⁊c. Septimo ꝯgregata legun
tur cōcilia cū magna iminet xp̄iane reipu. ne⸗
ceſſitas aut perſecutio cui nō niſi a totiꝰ eccle
ſie auxilio ſubueniri poſſet. Hac q̇dem cauſa
inter alias maxime Urbanus. ij. audiens ciui
tatem ſanctā Hieruſalem ab infidelibꝰ captā
in xp̄iani populi dedecus ⁊ ꝯfuſionem concili
um generale conuocat in Claromonte Aluer
nie: ⁊ in ſubſidium illiꝰ paſſagiū tranſmarinū
ordinatꝭ. Octauo leguntꝭ concilia cōgregata
ad maiorē firmitatem fidei ⁊ acceptationem
plenariā tam conſtitutionū q̄ꝫ diffinitionū fa⸗
ctarū in precedentibꝰ concilijs. vnde poſt Ni
cenā ſynodum cōgregata eſt rome per beatuʒ
Silueſtrū ſynodus. ccixxvij. patrū. in qua ro⸗
borata eſt fides ſynodi Nicene ⁊ Arrius con
dēnatus: in qua ſic ait beatꝰ Silueſter. Quic⸗
quid in Nicena ſynodo conſtitutū eſt: ad ro⸗
bur ſancte matris eccleſie catholice ⁊ ap̄lice
a ſanctis ſacerdotibꝰ. cccxviij. noſtro ore ꝯfor⸗
tes firmamuſ: ⁊ oēs qui auſi fuerint diſſoluere
diffinitionē ſancti magni concilij quod apud
Nicenā ꝯgregatum eſt ſub preſentia pijſſimi
⁊ venerandi principis Conſtantini Auguſti
anathematizamus: ⁊ dixerunt oēs ep̄i placet.
Item ſexta ſynodꝰ apud Cōſtantinopolim ce
lebrata vt habetꝭ di. xvi. c. qm̄. ſic inquit. Cōfir
mamus ⁊ ceteros. ſ. ſanctoꝝ patrū canones ⁊
ſynodos. ſ. Nicenam Anthiritanā Antioche
nam ⁊c. Nono cōgregata leguntꝭ concilia gr̄a
inq̇rende veritatis ſuꝑ ſuſpitione hereſis orta
de romano pon. Hac de cā cōgregatum legitꝭ
cōciliū tam tēpore Symachi pape de quo in
§. hinc etiā. di. xvij. q̄ꝫ tp̄e Marcellini pape q̄
ſacrificauerat ydolis. de quo in. c. nūc aūt. di.
xxi. Decimo cōgregatum legitur cōciliū pur
gationis gratia quā papa voluit facere: vt qꝛ
ſi infamia fuit publica purgatio etiā omnibꝰ
nota eſſet. Hac ratione Damaſus papa ⁊ Leo
iiij. ⁊ Sixtus romani pon. bone fame ſue curā
gerentes ad ſedandū ſcandalū concilia ꝯgre⸗
gaſſe legūtur: ſicut de beato Damaſo habetur
. ij. q. vij. nos. circa finē. De Leōe. iiij. habetꝭ. ij.
q. v. omnibus. circa finē. De Sixto papa in. c.
mādaſtis. ij. q. vij. Undecimo cōgregandū ve
nit vl'e conciliū: qn̄ vehemēs dubitatio curre⸗
ret de iure electionis alicuiꝰ in ſummū ponti.
iuxta glo. in. c. ſi forte duo. di. lxxix. hac de cau⸗
ſa plura ꝯgregata ſunt ꝯcilia a ſanctis patri

bus q̄ ſupra gr̄a extirpādi ſciſmatis deſcripſimus. Duodecimo cōcilia aliquādo celebrata legunt̄: ⁊ celebrāda rōnabiliter veniūt: ad efficaciorē ac ſoléniorē ⁊ vniuerſaliorē reformationem eccleſie fiendā. ꝙꝙ em̄ ſummus pontifex ꝓ ſingularitate ꝑncipatus ſui oēm legē condere ⁊ dare poſſet toti eccl'ie iuxta. c. ſunt quidā. xxv. q. i. Nibilominꝰ ſepe( ⁊ hoc rationabiliter )patres eccleſie ſynodaliter cōuocat vt leges ad reformationē ꝑtinētes cōdende illoꝝ cōcilio ⁊ approbatione formate plus habeāt auctis ⁊ apꝺ fideles acceptabiliores fiant. Hac de cauſa plura ſunt cōgregata cōcilia. in q̄bus canones cōtinētes plura vtilia ad correctionum vitioꝝ: ad compōnēdos mores: ad honeſtatē vite: ad pacē populi xp̄iani ſunt inſtituti. Ex quibus ꝓ magna parte corpus decreti conflatum eſt: intra que eſt ſynodus illa ſingularis quā rome Gregoriꝰ ſeptimus celebrauit ad reformationem eccleſie: in qua anathematizauit ſymoniacos: clericis vxorem habentibus interdicit diuina: laicis eorum miſſas audire ꝓhibuit et inueſtituras ne a laicis ſuſciperent ſentētiam excōmunicationis adhibuit.



Cap̄. x. de vtilitate celebrationis conciliorum.

q

Uanquā ex ſupradictis ſatis perſpicuū ſit ꝙ plurimū vtilitatis afferat ſācte eccleſie ipa vniuerſaliū cōciliorum celebratio: nihilominus ad pleniorē huius rei notitiā aliqua q̄ſi repetētes ex precedenti. c. dicimus maxime valere ad ſex. Primo quidē valet celebratio vniuerſaliū conciliorum ad ꝯſeruandā chriſtianā religionē in vnitate fidei que primū vinculū eſt ſocietatis chriſtiane. vt dicit btūs Chriſoſtomus. Hanc vtilitatē conciliorꝝ vniuerſaliū aſſignat beatus Iſido. in. c. canones. diſtin. xv. ita dicens. Canones generaliū concilioꝝ a temporibus Conſtātini imꝑatoris ceperūt. In precedētibus nāq̄ annis ꝑſecutione feruēte docendarum plebiū minime dabat̄ facultas. vnde xp̄ianitas in diuerſas hereſes ſciſſa eſt: quia non erat eis licētia ꝯueniēdi in vnū: niſi tempore ſupradicti imꝑatoris. Ip̄e em̄ dedit facultatē xp̄ianis libere cōgregari. Item hac de cauſa Martianus imꝑator ſcribens ad om̄s vbiq̄ terrarū ep̄os vt ad ſynodū calcedonen̄. veniant. ita ad ꝓpoſitū loquit̄. Om̄ia ad verā fidē et xp̄ianam orthodoxā religionē tūc ꝑponenda alijs rebus exiſtimauimꝰ. deo em̄ propitio exiſtente ⁊ noſtrum imperiū ⁊ cōmunes cauſas meliores fore cōtendimus. Quia ergo dubitationes quedam circa orthodoxam fidem mote ſunt: ſicut indicant etiā littere ſanctiſſimi archiep̄i feliciſſime ciuitatis rome placuit nobis ꝓpere ſanctū ꝯciliū fieri quatenꝰ ꝯcordantibus patribus ⁊ veritate examinata ⁊ vacante omni ſtudio quo quidā iā abuſi religionem turbauerūt orthodoxā vera atq̄ ſaluberrima fides ſit omni mundo manifeſtiſſima. et de cetero oīs queſtio ⁊ dubitatio auferat̄. ⁊. j. quiſq̄s enim in generalem futurā ſynodum et omni mūdo vtilem peccat equidem cōtra deum ⁊ diuinitatē noſtrā offendit. hec ille. Secūdo valet ad faciliorem ⁊ firmiorē illucidationē veritatis in dubijs. faciliorem quidem. q: quod a pluribꝰ ſapientibꝰ querit̄ facilius inuenitur. vt ait Inno. in. c. de quibꝰ. di. xx. Firmiorem etiam dicimꝰ q: tanto firmius ſiue grauius eſt iudiciū quanto pluriū ſententijs ꝯfirmatur ⁊ approbat̄ aſſenſu. vnde in. c. extra cōſcientiam. di. lxiiij. dicit Inno. Integrū iudicium eſt qꝺ plurimoꝝ ſententijs cōfirmat̄. vnꝺ beatus Aug. dicit li. primo de bapt. cōtra donatiſtas ātiquos patres fluctuaſſe i fide quouſq̄ totius orbis concilio firmarent̄. Ait enī ſic. Iam ne videar humanis argumentis illꝺ agere qm̄ queſtionis huiꝰ obſcuritas prioribꝰ eccleſie tēporibꝰ ante ſciſma donati magnos viros ⁊ magna charitate preditos prēs ep̄os ita inter ſe cōpulit ſalua pace diſceptare atq̄ fluctuare vt cōciliorum in ſuis quibuſq̄ regionibus diuerſa ſtatuta mutarent donec plenario orbis cōcilio quod ſaluberrime ſentiebat̄ etiam remotis dubitationibꝰ firmaret̄. hec ille. Hinc etiā Theodoſius imperator ſcribens Dioſcoro archiep̄o alexādrino vt ꝯueniret cū ſuis metropolitanis Epheſi ſine dilatione ſic inq̄t. feſtineſq̄ cū vniuerſis ſanctis ep̄is quos cōuenire per ſacras noſtras ep̄l'as ſanximꝰ ad predictā ciuitatē ⁊ ſubtiliſſime inueſtigātibꝰ ⁊ querētibus oīs de medio error cōtrarius auferatur. catholica aūt doctrina ⁊ orthodoxa fides ſolidetur ⁊ quiete fulgeat qꝺ vniuerſi i poſterū incōcuſſū ⁊ intemeratū cuſtodiāt. Plane cum ꝯgregatio tāroꝝ patrū eccleſie quibꝰ ait dn̄s in euangelio Mathe. v. vos eſtis lux mundi. nil aliud videat̄ eſſe ꝙ multoꝝ luminariū ꝯgregatio. bene facit ad illuminationē populi xp̄iani ⁊ decorem vniuerſalis eccleſie ſynodalis patrū cōgregatio. vnde bene cōuenit ꝓpoſito illud eccle. xliij. ſpecies celi. i. eccleſie gloria. ſtellarū. i. doctoꝝ. mūdū illuminās vbi glo. ordinaria ita dicit. Species celi. i. ornatꝰ eccleſie. ſanctoꝝ plenitudo quos deꝰ excelſus ordinauit vt ꝑdicatione euāgelij mundū illuſtrarent. Tertio concilioꝝ vniuerſalium cele

bratio vtilis eſt ad culturā agri dominici. vt canon cōcilij Cōſtantieñ.dicit frequēs. Sūt quidē patres in cōcilio ꝯgregati miniſtri operarij agricole de quo dn̄s ait. Jo.xv. pater meus agricola eſt.quoꝝ miniſtroꝝ officium eſt erroꝝ vepres de agro dominico euellere.plantare fidem ⁊ euulſis vitioꝝ radicibus v̓tutes inſerere.vnde dn̄s hieremie in figura romani pōtificis qui cogregatoꝛ ⁊ directoꝛ concilioꝝ vniuerſaliū eſt videt̄ dixiſſe illud Hiere.ꝓmo Ecce cōſtitui te ſuꝑ gētes ⁊ regna vt euellas ⁊ deſtruas ⁊ diſꝑdas: ⁊ diſſipes:edifices ⁊ plātes.vt teſtat̄ papa Inno.in.c.ſolite. extra de maio.⁊ obe.vnde Adrianus papa loquēs patribꝰ in cōcilio qd̄ rome cōgregauit:ita ait ad ꝓpoſitum.Cū debeamus o fratres ⁊ filij dilectiſſimi dn̄ici agri ſtrēnui ⁊ fideles eſſe cultores ⁊ ſpiritalibus ad purgationē ipius celeſtium p̄ceptoꝝ vti ligonibus opꝫ vt ſiqua in eo ſpinoſa ſiqua germinare venenoſa cōſpicimꝰ pari laboꝛe vnanimiqꝫ zelo hec radicitꝰ extirpare ſtudētes arripiamus examinis roſtrum et falcem iudicij cōcordi ſnīa proferamus ne queſo in nos exprobrāter dicat̄. Meſſis q̇dē multa operarij aūt pauci:hec ille. Quarto celebratio cōciliorum vniuerſaliū vtilis eſt ad tyrannoꝝ ⁊ infideliū ſuꝑbiā humilandā plurimum ꝓfecto vt intelleximꝰ a fide dignis qui fuerūt infideles in orientalibus partibus.ſcꝫ Turci terrent̄ audiētes apud xp̄ianos vniuerſalia cōcilia cōgregari. ⁊ ita faciūt vbicunqꝫ latitent.⁊ hoc rōnabiliter: qm̄ eccleſia dei vt dr̄ Cantico.vi.Terribilis eſt vt caſtroꝝ acies ordinata. Caſtra ſunt doctores patres eccl̄ie ꝯgregati q̇bus tanq̄ militibus xp̄i ⁊ ꝓpugnatoribus munit̄ ꝓtegit̄ ⁊ defenſat̄ eccleſia. De q̇bus dr̄ Zacha.ix.Circūdabo domū meaꝫ.i. eccl̄iam.ex his qui militāt mihi.videlꝫ p̄latis doctoribus ⁊ p̄ncipibus fidelibus:q̇ eā defendēdo xp̄o militare ꝓhibent̄.vnde Paulꝰ apoſtolus ſcribēs Thimotheo ait.labora ſicut bonus miles glo.in p̄dicādo euangeliū ꝯtra hoſtes ad Thimoth.ij.c.ij.Quito celebratio cōcilioꝝ eſt vtilis ad refrenandū exorbitantias quorūdam pontificū qui pontificatū ſuū aut ſpretis ſanctoꝝ patrū regulis ꝓ volūtate exercēt aut ſymoniaca prauitate dehoneſtāt aut ſeculi vanitate ⁊ vita ſcādaloſa confundunt. huius cauſa cōgregatū legit̄ conciliū epoꝝ Italie rome ꝑ imꝑatorem cōtra Johānē papam duodecimū qui venatoꝛ ⁊ lubricus publicus ⁊ incorrigibilis erat. vt enim ait Hormiſda papa in epiſtola decretali ad epiſcopos ꝑ hyſpaniam conſtitutos difficile eſt vt cuiuſq̄ coꝛ ſic prauis cogitatōibus induret.vt in ſe patiat̄ culpandus fieri cum nouerit ſe iudiciū ſubeundū cōcilij. Sexto valet vniuerſalium ꝯciliorum celebratio ad omniū quaſi ſcādalorum q̄ ſuſcitant̄ in eccleſia extinctionē.Iſtud plane vt priora exēpla nos docēt.vltimū refugium eccleſie in omnibꝰ magnis anguſtijs ſuis ſicut in precedēti.c.exemplariter deductuꝫ eſt in multis.tam de ſcādalis occaſione hereticoꝝ aut ſciſmaticoꝝ ꝙ aliunde exortis. vnd̓ ꝓpter has multiplices vtilitates ꝯuenientes eccleſie ſancte dei ex celebratione ſacroꝝ concilioꝝ poſſet optime adaptari miſtice ꝓpoſito tanq̄ dictū ſummo pontifici illud Eſa.xvi. Ini ꝯcilium.ſ.cum ſapientibus.Coge concilium.i.cōgrega.vt exponit magiſter Nicolaꝰ de lyra.q.d.ſpiritus ſanctus romano pōtifici imminentibꝰ grauiſſimis periculis in eccl̄ia.Ini conciliū ⁊ coge.i.congrega vniuerſale concilium qm̄ ſi in medio duoꝝ vel trium in noīe xp̄i congregatoꝝ ipſe eſt vt ſpiratoꝛ: doctoꝛ ⁊ adiutoꝛ.vt habet̄ Mat.xviij. multo ampliꝰ vbi ſanctoꝝ patrum multorum ſocietas in nomīe cōuenerit ieſu xp̄i maxime pro rebus vniuerſitatem xp̄iane religionis reſpectiue cōcernētibus intereſſe credendū eſt. verū eſt hic aduertendū ꝙ hec que dicta ſunt. accipiēda veniūt cum in ꝯcilijs vniuerſalibus proceditur canonice ⁊ ſancte.qm̄ alias melius foret ſuꝑſedere a celebratione ꝯciliorum. qm̄ quēadmodū cōcilia rite celebrata ſaluberrimos fructus operata ſunt:ita nō rite celebrata maximis ſcādalis vniuerſam ꝑturbarunt eccleſiā.ſicut patꝝ traditiones ⁊ venerabiles hyſtorie nos docēt Quocirca Euſebiꝰ religioſiſſimus ep̄s dorilei ciuitatis (qui dānatus fuerat cum Flauiano iniuſte a Dioſcoro.vt habet̄ in prima actione Calcedoneñ.concilij ſynodi) ad ſynodum loquēs ita dicit.Adimꝰ veſtrā pietatem ſupplicantes iuſticiā ꝓmereri:cā aūt hec eſt nuper facto concilio in epheſo metropoli qd̄ vltime fuit:nō futurā ⁊c̄.vt nō tantis malis ⁊ perturbationibꝰ vniuerſum mundū repleſſet.

Capitulū.xi.Qr ro.pon.preſentia pſonalis nō neceſſario requiratur in concilijs vniuerſalibus.

**Licet vniuerſa**lia concilia vt prediximꝰ nō niſi per ro.pon. regulariter cōuocanda ſint ⁊ auctoritate fulcienda. nihilominus non eſt neceſſarium nec ſemper cōueniēs.vt ſemper illis preſentialiter interſit:ſed ſufficit ꝙ legati aut vicarij ſiue Apocriſarij eius interſint.qd̄ ex illo apertiſſime oſtēditur ꝙ nulli octo conciliorum vniuerſalium que in eccleſia vt preſtātioris auctoritatis de

ſcribunt romanus pōtifex pſonaliter interfuit: ſed p legatos ſuos. vnde Leo papa hui⁹ nominis primus ab imperatore chriſtianiſſimo Martiano ad Calcedonēſe cōcilium deuotiſſime inuitatus hac rōne inter alias ſe excuſauit. ꝙ nullū inde exemplū a predeceſſoribus acceperit. vt ipſe ſcribit tam patribus cōcilij Calcedoneñ. ꝙ pulcherrime auguſte. vñ hac excuſationē pfati beati Leonis legati fui aſſignantes in cōcilio Calcedoneñ. ſic dixerunt. Glorioſiſſimi ⁊ chriſtianiſſimi noſtri impatores charitatē catholicā fidem ⁊ affectū tenētes beatiſſimū noſtrū Leonē apoſtolice ſedis preſulē vt ad hoc venerabile ⁊ ſanctū ꝯciliū adeſſet dirigētes venerabiles epiſtolas ſupplicarūt cuius pietati placere poſſet ſi in hac re pbaret aliquod ſimile a pdeceſſorib⁹ factū Nam melius veſtra poteſt cognoſcere ſanctitas ꝗ nec in Nicena nec in Epheſina ſynodo nec alio tali ſancto cōcilio papa ſcē ſedis affuit. p qua huius forme ſequēs ꝯſuetudinē nos direxit: qui ſanctiſſimus nō dubitās ſe in his hic adeſſe quos pcipue cognoſcit oīa que ad fidei catholice ſinceritatē ⁊ que ad ſancti Petri apoſtoli ptinent reuerentiā agere que etiam p nos ad veſtrā beatitudinē congruas ſanctoꝝ patrum cōcilijs direxit epiſtolas ꝗs recipere ⁊ recēſeri pcipite. Hoc autē ꝙ pſentia romani pontificis nō neceſſario requirit in cōcilijs vniuerſalibus ſed bene eius auctoritas. ſatis videt aperte colligi ex eo ꝙ forma auctoritatū ſanctoꝝ patrū de quibus di. xvij. p totum. ſupius inductarū in. c. vi. non habet ꝙ abſq; pñtia romani pōtificis non debeant vniuerſalia ꝯcilia celebrari. ſed bene ꝙ abſq; eius auctoritate aut ſentētia celebrari nō debent. ⁊ hoc bene oſtēdit glo. decreti in. c. i. di. xvij. vbi diffiniēs conciliū vniuerſale dicit illud eſſe quod a papa vel eius legato cum omnibus epiſcopis conſtituitur. id eſt celebrat. huiuſmodi vero cōſuetudinis quia antiꝗs ſuperioribus temporibus ſummi pōtifices preſentialiter nō intererāt vniuerſalibus ꝯcilijs maxime tempore quo impatores plurimū dominabant in orbe: triplex ratio aſſignari pōt.

Prima ne romanis pontificibus inferretur aliqua violētia in cōcilijs per impatores aut alios tyrānos. ſicut de papa Felice legimus: ꝙ quia celebrato cōcilio excōmunicauit Urſacinum ⁊ Ualentem Conſtantino impatori in pfidia arriana ꝯſentiētes depulſus de ſede ⁊ ab ipſo impatore decollatus: martyrio coronatus eſt. Similiſq; violētia legit facta in ſecūda ſynodo Epheſina legatis apoſtolice ſedis vbi Fabianus qui vices beati Leonis pape agebat interfectus fuit. Secūda ratio vt romanus pōtifex qui ſolitus eſt vniuerſaliū concilioꝝ cōfirmare ſentētias ⁊ canones: vt infra oſtēſuri ſumus ex geſtis conciliorū cū plena libertate que plurimū eſt neceſſaria in hac parte in ppria ſede exiſtēs que ſibi confirmanda viderent cōfirmaret: ⁊ que nō confirmanda eſſent libera poteſtate vacua auctoritate relinqueret aut caſſaret. Tertia ratio eſt pter neceſſitates incumbētes tam eccleſie ꝙ ciuitati romane: ꝗbus romani pontificis pſentia maxime eſt preſidio ⁊ auxilio. Hanc rōnem aſſignat Leo papa patribus in concilio Calcedonēſi ꝯgregatis ſic loquēs de imperatore Martiano. Amplectendū eſt clemētiſſimi impatoris plenum religione cōſilium quo ſanctam fraternitatē veſtram ad deſtruēdas inſidias dyaboli: ⁊ ad reformandū eccliaſticā pacem maluit cōuenire beatiſſimi petri apoſtoli iure atq; honore ſuato adeo vt nos quoq; ad hoc inuitaret vt venerabili ſynodo noſtram ſententiā pbeamus: quod quidē nec neceſſitas tempis nec vlla poterat cōſuetudo pmittere: me tñ in his fratribus. hoc eſt paſchaſio ⁊ Licētio epis. Bonifacio ⁊ Baſileo preſbyteris qui ab apoſtolica ſede directi ſunt ſynodo veſtre. veſtra fraternitas cōfidat preſidere nec iniūctam vobis pñtiam meā exiſtimet. Item prefati legati ad ſynodū prefatam ita dixerūt. Notū eſt nempe ad hoc amabili cōcilio ad btm̄ ⁊ apoſtolicum ⁊ catholicū papam Leonē ſacras eſſe litteras deſtinatas ꝗ habēt vt huic ſacro cōcilio ſe pñtare dignaretur: ſed qm̄ nec antiqua cōſuetudo neq; generalis tempis neceſſitas pmitteret noſtrā paruitatem huic ſancto cōcilio p ſe preſidere precepit. Ideoq; neceſſarium eſt hec que in medium proferuntur per noſtram interlocutionem diſceptari.

Capitulū. xij. Qui ad vniuerſalia concilia neceſſario vocandi ſunt.

Cap. XII

c Auſis ⁊ vtilitatibus celebrationis generaliū concilioꝝ iam explicatis. Inquiramus qui ad generalia cōcilia ſint euocādi. In qua queſtione dicendū eſt ſolos eccleſie prelatos maiores neceſſario ad illa vocandos eſſe. Quod primo multꝭ patrum teſtimonijs oſtendemus. Secundo rationibus. Primo hoc colligitur ex illa diffinitione concilij generalis quam ponit gloſa in. c. i. diſtinctione. xvij. vbi dicitur. Concilium vniuerſale eſt quod a papa vel eius legato cum epis celebratur. Item hoc oſtenditur

ex canonibus vbi de ſynodis vniuerſalib⁹ an-
tiquis fit mentio:in quibus omnibus ſoli epī
videntur nominari.vnde in.c.omnia.di.xij.di
cit beatus Augu.Omnia talia que neqꝫ ſan-
ctarū ſcripturarū auctoritatibus continētur:
nec in cōcilijs epoꝝ ſtatuta inueniūtur.Item
in.c.canones.di.xv.habetur ꝙ prima ſynod⁹
ſcꝫ Nicena fuit.cccxviij. epōrum. Secunda.ſ.
Conſtantina fuit.cl.epoꝝ. Tertia que fuit pri
ma Epheſina.cc.epoꝝ.Quarta que fuit Cal-
cedoneñ.fuit.cccc.⁊.xxx.ſacerdotū: quod ex-
ponendum eſt.id eſt.epōrum:quia hi vt habeť
.ſ.patres vocantur:patres autem conciliorū
ſoli epī dicūtur vt patet eadem. di.c.Sancta
romana.⁊ in.c.ſexta ſynodus.di.xvi. vbi p̄res
vocantur qui in.c.canones.nomīati ſunt epī.
⁊ hoc cōuenientiſſime: q̄a ita a ſpiritu ſancto
nominati legūtur.ps.xliiij.vbi ita iquit eccle-
ſie militāti.Pro patrib⁹ tuis nati ſunt tibi fi-
lij.vbi glo.Hiero.de epīs hoc exponēs inquit
ffuerunt in eccleſia apoſtoli patres tui:qꝛ ipſi
te genuerunt.nūc autem qꝛ ipſi receſſerunt a
mundo habebis pro his epōs q̄ a te creati ſūt
Sunt eñ vt hi patres tui qꝛ ab ipſis regene-
raris.Item huius teſtimoniū colligitur aper-
tiſſime ex.c.ſynodum di.xvij.vbi beat⁹ Mar
cellus papa ſynodum vniuerſalez vocat ſyno
dum epoꝝ.Item hoc habeť expreſſe ex illo qđ
in geſtis Calcedoneñ.cōcilij legitur ꝙ catho-
lici epī videntes quoſdā egiptiacos nō epōs
qui de alexandria cum Dioſcoro heretico cal-
cedoniam venerant tentantes intereſſe cōci-
lio clamauerūt dicentes ꝙ concilium epōrum
eſſet ⁊ alij expelli deberent.Ceterū hoc etiam
arguitur ex eo ꝙ Leo papa Epheſino concilio
ſcribens poſtꝙ̄ de Eutic errore ⁊ ſuorum com
plicum locutus eſt ſic ſubiunxit:verum quia ⁊
talium nō eſt intelligenda curatio pie ac reli-
gioſe chriſtianiſſimus imperator habere volu
it epiſcopale cōcilium vt pleniori iudicio om-
nis poſſet error aboleri.Item in epiſtola quā
xpianiſſima pulcherrima auguſta ad conſulē
bitinie ſtratigium vt curā haberet circa diſci
plinam ſynodi perhibendam anteꝙ̄ placeret
ei ⁊ patribus de Nicena ad Calcedoniā mu-
tare conciliū ſic dicitur.Quidam autem ſicut
agnouimus cū ſint ſolliciti cōturbare ⁊ ꝯfun-
dere deo placitam diſciplinaꝫ ſuperuenietes
in Nicena clerici ac monachi ac laici tumul-
tus facere tentāt neceſſario has pias litteras
ad tuam dileximus claritatē:quaten⁹ cū omī
virtute eos q̄ p̄ter nr̄am euocatōem aut ꝑmiſ
ſionem ſuoꝝ epoꝝ ibidem commorātur: cleri
cos mōachos atqꝫ laicos quos nulla ratio ad
conciliū vocat omnino valeas remouere ⁊ ab

ipſis locis expellere:hec ibi.Item vt habetur
in prima actione Calcedoneñ. ſynodi abbas
Martinus req̄ſitus ab Euthico vt ſe ſubſcri
beret in geſtis cōcilij Epheſini nō acquieuit
dicens.nō eſt meū ſubſcribere: epōrum tm̄ eſt
et eorum qui digni ſunt. Preterea ſecundo
loco clariſſime demonſtrať rationibus: ſolos
epiſcopos ſiue p̄latos maiores neceſſario cō-
uocari debere ad cōcilia vniuerſalia. Primo
ſic. Illi ſoli veniūt neceſſario conuocandi ad
vniuerſalia cōcilia cum quibus tractāda ve-
niūt que vniuerſitatē xpiani populi reſpiciūt
qui cōſtituti ſingulariter leguť chriſtiani po
puli p̄ncipes ⁊ rectores.patet hoc qꝛ ſtatuere
corrigere ⁊ reformare cū ſint actus iuriſdictō
nis: vt de re. eccle.non ali.c.ſi.ad ſuperiores
ꝑtinent.ſed epī ſoli ſunt hmōi. vt pꝫ ex aucto
ritate inducta ꝓphete cum glo.ps.xliiij.Con
ſtitues eos p̄ncipes ſuꝑ omnē terrā. ergo ipſi
ſoli epiſcopi ad vniuerſalia cōcilia veniūt vo
candi. Secūdo ſic cōfirmando rationē iam
factam.Illi veniūt ſolum vocandi neceſſario
ſuꝑ rebus vniuerſitatis q̄ maiores ſūt de vni-
uerſitate.cū vniuerſitas ipa tota cōuocari nō
poſſit:quia in maioribus minores cōtineri vi
dētur.vt notať extra de his q̄ ſi. a.ma.par.ca.
quaſi ꝑ totum.ſed epī ſoli ſunt hmōi in repu.
chriſtiana:vnde patres eccleſie vocati ſunt:
vt in.c.canones.di.xv.⁊ colūne eccleſie dei:⁊
legati ⁊ apoſtoloꝝ ſucceſſores vt ait Anacle
tus in.c.accuſatio.ij.q.vij.ergo ipſi ſoli neceſ-
ſario ⁊c. Tertio ſic.Illi ſoli veniunt ad vni-
uerſale cōcilium vocandi quibus ſpecialiter
a xp̄o credita eſt poteſtas iudiciaria in cauſis
diſcernēdis.patet.ſed epī ſoli qui apoſtolorū
ſunt ſucceſſores eoꝝ loca tenētes in eccl'ia ſūt
hmōi.iuxta.c.in nouo.di.xxi.ergo ⁊c.quib⁹ ſo-
lis dictū eſt. Matth.xviij.Quecūqꝫ ligaueri
tis ſuꝑ terrā erunt ligata ⁊ in celis. g̊ hoc idē
quod p̄us. Quarto ſic. Illi ſoli videnť vocā
di neceſſario ad vniuerſale cōciliū qui ex iura
mento teneňť ad illud venire:⁊ quibus pena
iuris venit infligēda ſi venire contēnant.ſed
ſoli epī ſunt qui ad vniuerſale conciliū vocati
iurāt venire:vt in.c.Ego.n.extra de iureiurā.
Ipſi etiam ſunt quibus venire negligētibus
pena infligiť.vt.c.placuit.diſti.xviij.ergo ipi
ſoli videnť neceſſario vocandi. Quinto ab-
bates ⁊ alij inferiores prelati nō ſunt neceſſa-
rio vocandi ad concilium prouinciale: nec te
nentur ad illud venire: niſi ex aliqua magna
cauſa et ſpecialiter vocati: ſed archiepiſco-
pus vel epiſcopus infra ſex menſes tenetur
omnibus abbatibus prouincie ſue vel dyoce
ſis denunciare: vt ea ſeruent que in concilio

ſtatuta ſunt. vt in. c. ſi eṗs. ⁊ in. c. diſcernimus
di. xviij. ergo multo minus euocādi veniūt ad
vniuerſale conciliū. ꝯſequētia eſt manifeſta.
Sexto ſic. ſi inferiores ꝓlati eſſent neceſſario
vocandi ad conciliū vniuerſale ſequeretur ꝙ
ipſis nō vocatis redderet̄ conciliū ſiue ſyno-
dus nulla. ſed hoc eſt manifeſte falſum. g̊ illō
⁊c. Septimo ſic. Si inferiores ꝓlati eſſent de
neceſſitate vocādi ad conciliū vniuerſale vt
habētes voces diffinitiuas ſequeret̄ ꝙ cū ipi
eēnt plures numero ꝙ̄ epi. ſi differētia eēt int̄
eos ⁊ eṗos tota auctoritas ſynodi vniuerſal̄
deueniret ſiue reuolueret̄ ad īferioꝝ vota pre
latoꝝ: cum a maiori parte cōcluderet̄: ſed hoc
abſurdū ⁊ incōuenientiſſimū eſſet. ergo illud
etiā ex quo ſequit̄. Octauo nō parū fauet pro
poſito ꝙ ꝓlati maiores iuxta theologoꝝ ſen-
tentias ſuperiores angelos habēt cuſtodes ⁊
illuminatores. et per ꝯſequēs illorum iudicia
maiori ⁊ pleniori credēda ſunt firmari verita
te ⁊ auctoritate.

Capitulum. xiij. In quo ponunt̄ obiectiones con-
tra iam dicta.

Cap. XIII

## Aduerſus ea que

iaz de euocādis ad vniuerſalia
ꝯcilia dicta ſunt. ab aduerſarijs
multipl'r obijcit̄. Primo ex illo
Argu. primū
Actuū. xv. i ſynodo ꝑ apoſtolos celebrata hie
roſolymis dicunt̄ tam apoſtoli ꝙ̄ ſeniores cō
cōueniſſe. ⁊ ita videt̄ ꝙ ad cōciliū vniuerſale
nō ſolum epi ⁊ qui loco apoſtoloꝝ ſunt. ſ3 etiā
pb̄ri qui ibi vident̄ dicti ſeniores vocādi ſūt.
Secundum — Secūdo ſic ex. c. ꝯuenietibus. i. q. vij. vbi q̄
dam Petrus archidyaconus. ⁊ q̄dā Petrus
ꝑſbyter: ⁊ quidā abbas interfuiſſe dicunt̄ ſe-
cūde ſynodo Nicene tenētes locum Adriani
Tertiū — pape. Tertio ex. c. Adrianus. diſti. lxiij. vbi
papa Adrianus d̄r celebraſſe ſynodū cū. cliij.
Quartum — eṗis religioſis ⁊ abbatibus. Quarto ex. c.
ſequēti in ſynodo ea. di. vbi ſynodo celebrate
rome ſub Leone papa dicunt̄ interfuiſſe tot⁹
Quintum — clerus ⁊ ppl's romanus. Itē q̄nto ſic obijciūt
preſbyteri curati ſunt prelati ⁊ habēt curam
animarū ſicut epiſcopi. ⁊ ſicut ꝑſidet eṗus in
ſuo epiſcopatu: ita archidyacon⁹ in archidya
conatu ſuo ⁊ curatus in parochia ſua. ergo vi
tur ꝙ ipſi ita ſint vocādi ad conciliū ſicut pre
lati maiores. ⁊ cōfirmat̄ ex. c. concilia. di. xvij.
vbi cōcilia dicunt̄ ſynodi ſacerdotum. ⁊ in. §.
hinc etiā. ea. di. d̄r ꝙ impator ſacerdotes con-
Sextum — uenire precepit ad vrbem. Sexto. Domini
cardinales preſbyteri ⁊ dyaconi non ſunt de
numero prelatorū maiorū vt colligit̄ tam ex
textu ꝙ̄ ex glo. c. ꝙꝙ̄. ij. q. vij. ⁊ tamen ſi verum
eſt ꝙ ſoli prelati maiores vocādi eēnt neceſſa
rio ad conciliū vniuerſale. Cardinales ꝑfati
nō venirēt vocādi quod videtur eſſe falſum.
Septimū — Septimo ſic. Ubi eſt eadē rō ibi videt̄ eſſe
idem ius. ſed cauſa et ratio quare in antiquis
cōcilijs ſoli epiſcopi vocabant̄ erat ex eo ꝙ in
fide ⁊ doctrina religionis xp̄iane ampli⁹ eēnt
eruditi ⁊ in moribus plus compoſiti: ac in re-
gimine ſubditoꝝ plenius circūſpecti: ſed hec
quādoqꝫ ⁊ frequēter cōcurrūt abundanti⁹ in
alijs ꝓlatis inferioribus: in doctoribus ⁊ eru-
ditis religioſis: abbatibus: ꝓuincialibus: mi
niſtris atqꝫ ꝑoribus. ergo videt̄ ꝙ tales eodē
Octauū — iure vocādi eēnt. Octauo. Que in vniuer-
ſali cōcilio agenda ſunt oīs fideles vidētur
reſpicere ⁊ tangere. g̊ videt̄ vt ab oībus ap
probent̄ q̄ in eis cōſtituēda ſunt ⁊ oīs debe-
ant cōuocari cū regula iuris ſit. Quod oēs
Nonum — tangit ab oībus approbari debet. Nono
Conciliū vniuerſale repn̄tat vniuerſalē eccle
ſiam. ſed vniuerſalis eccleſia d̄r collectio oīm
fideliū vt in. c. eccleſia. de conſe. di. i. g̊ videt̄
ꝙ ad hoc ꝙ tale conciliū veraciter vniuerſa-
lem eccl'iam repn̄tans recte celebret̄: omnes
fideles: aut ſaltē de quolibet ſtatu aliqui: de
Decimum — beāt neceſſario ad illud vocari. Decimo ar
guit̄ ꝙ in cōcilijs vniuerſalibus ꝑmis legunt̄
nō modo epi ſed etiā monachi ⁊ pb̄ri et etiam
laici ſubſcripſiſſe. ſicut poteſt colligi ex ſexta
et octaua ſynodo. ergo videt̄ ita eſſe obſeruā-
dum in alijs.

Capitulum. xiiij. In quo ponitur ſolutio ad obie
cta facta.

Cap. XIIII

## Ut plenior habe

atur veritatis notitia ⁊ clari⁹ ſa
tiſfiat obiectiōibus factis ex ad
uerſo. Conſiderāda ſunt q̄ in ſu-
perioribus tetigimus: vbi deſcripſimus con-
cilium vniuerſale. ſynodus vniuerſalis cōgre
gatur ꝑncipaliter ad ordinandū auctoritati-
ue aliq̄d in eccleſia dei. ⁊ q̄r ad hoc recte faciē
dum neceſſario ꝑire opꝫ maturū conſiliū: qm̄
vt dicit quidā ſapiēs. Diu deliberandum eſt
quod cōſtituendū eſt ſemel. Hinc due voces
diſtingunt̄ in cōcilio. ſcꝫ vox conſultoria ſiue
cōſultiua ⁊ vox deciſiua ſiue diffinitiua. ꝑma
vox eſt ꝓprie eorū qui prudētia ꝑcellunt: que
mater eſt cōciliorum et ſapiētia ad altiſſima-
rum rerum que in cōcilijs vniuerſalibus ſepe
cōſiderande veniūt cognitionē illuſtrat. Se-
cunda vox eſt eorū qui poteſtate clauiū aucto
ritatem in eccl'ia ſuperiorē tenēt. ⁊ qm̄ prelati
maiores in eccleſia vtrūqꝫ habent vtpote qui
apoſtolis ſuccedunt: quibus dominus ait.

Matth. xviij. quecũq; ligaueritis ſup terram
⁊c. Ipſi ergo de iure cõuocãdi ſunt ad vniuer
ſale conciliũ vtpote q̃bus ex officio cõuenit
intereſſe: quod nulli alij licitũ eſſe videt̃: q̃m
vt in. c. ſatis euidẽter di. xcvi. Illicitũ nãq;
eſt eum qui nõ ſit in ordine ſanctoꝝ epoꝝ ec-
cleſiaſticoꝝ intereſſe tractatibus. ⁊ ſunt v̾ba
Theodoſij impatoris ſancte ſynodo Epheſi-
ne ſcribẽtis. Secũdo cõſiderandũ ꝙ lz p̃lati
maiores vocandi ſint de iure ad conciliũ vni
uerſale. poſſunt etiã alij vocari p ſummũ pon
tificem ad voces cõſultiuas. qui aut ꝓ ſingu-
laritate prudẽtie eoꝝ et experiẽtia in agẽdis
dubijs occurrẽtibus: aut doctrina diuini vel
humani iuris ydonei queadmodũ multi ma-
giſtri ⁊ doctores excellẽtes in eccleſia ſunt: ſi
ue ſint ſeculares ſiue religioſi qui nõ ſunt pre
lati. queadmodũ nõ tm̃ factũ tempore preteri
to legimus. ſed etiã in diebus noſtris tam in
ꝯcilio Cõſtantiẽ. ꝙ Baſiliẽ. vidim⁹ practi-
catum q̃bus interfuimus: quod etiã opportu
nũ erit cõtinuare plus vel minus ſm cauſas
ꝓpter quas cõgreganda veniũt talia cõcilia
⁊ hoc q2 in his noſtris diebus ꝓh dolor mul-
ti dñi epi ſiue p̃lati maiores nõ tanta pruden
tia ⁊ ſapiẽtia ſplendẽt: q̃ta ꝓ ſingularitate di
gnitatis qua ceteris eminẽt refulgere debe-
rẽt. ⁊ ita hoc modo plures nõ prelati vocant̃
ad conſiliandũ ſup rebus agẽdis vel inquirẽ
dis veritatibus ad conciliũ vniuerſale qui de
iure nec venire nec intereſſe habẽt. ⁊ tales ſo
lam vocẽ ꝯſultiuã habere debẽt: epi v̾o ⁊ con
ſultiuã ⁊ deciſiuam. Non negamus tamẽ q̃n
papa vocãs aliquas pſonas notabiles inferi-
oris ſtatus ad cõciliũ vniuerſale: vtputa pre-
latos minores aut alias pſonas doctas: poſſz
illas gratioſe honorare dando eis auctem vt
etiã habeant vocẽ diffinitiuã cum epis. ſicut
forte factũ eſt cũ abbatibus. vt in. c. Adrian⁹
⁊ in. c. in ſynodo. di. lxiij. Sed hoc nec regula-
riter fiendũ eſt. ne ex cõſuetudine pretendant
ius habere in diffinitionibus vniuerſalis con
cilij. nec etiã cũ multis hoc agendũ eſt: al's iu
dicio noſtro: ſaluo ſemp meliori: plura incõue
niẽtia ſequi poſſent. Primũ eſt q2 vt dictũ eſt
in p̃cedẽti. c. frequẽter cõtingeret vt iudiciũ
vniuerſalis eccleſie nõ ad vota dñoꝝ maiorũ
p̃latorum ſed inferioꝝ reuolueret̃. ⁊ tota vni-
uerſalis cõcilij auctoritas ſederet apud infe-
riores ⁊ minores in eccleſia: quod q̃tum eſſet
periculoſum ⁊ q̃ abſurdũ vnuſquiſq; bene do
ctus ⁊ ſanus mẽte intelligit. Intelleximꝰ tm̃
cum in Baſiliẽ. cõcilio fuimus quoſdam no
uellos magiſtros nõ etate ſ3 doctrina ad hoc
ſumma violẽtia intẽdere: cognoſcẽtes ꝙ ad-
miſſis nouellis doctrinis eorum de auctorita
te concilioꝝ ⁊ admiſſione inferioꝝ p̃latoꝝ ad
voces diffinitiuas. maior ps eccleſie eſſet ſem
per apud eos quotieſcũq; celebrarent̃ vniuer
ſalia cõcilia: a quo periculo dignet̃ eccleſiam
ſuam ſanctã xp̃us cuſtodire. Scd̃m incõueni-
ens quod ſequeret̃ ſi alij q̃ epi admitterẽtur
in multitudine ad voces diffinitiuas eſt. Q2
hoc dato eſſet in ptãte vnius p̃ncipis in cui⁹
terra celebraret̃ conciliũ vniuerſale diffinire
quicq̃d veller in cõcilio: ſiue aduerſus papã:
ſiue clericũ: ſiue alios p̃ncipes ſeculares. cum
mittere poſſz tot doctores magiſtros ⁊ abba-
tes pb̃ros curatos qui ſupgrederent̃ multitu
dinem epoꝝ. Practicã hanc ſacrilegã partim
oculis noſtris aſpeximus dolẽter in Baſiliẽ
cõcilio. Quid aũt hoc magis inimicũ fidei et
vnitati ac paci eccl'ie eſſe poteſt? plane nihil.
Preterea tertiũ incõueniẽs quod ſequeret̃ ẽ.
ꝙ ſi inferiores p̃lati in cõcilijs vniuerſalibus
haberẽt voces diffinitiuas queadmodum dñi
epi. iã in regimine vniuerſalis eccl'ie inferio
res equarent̃ ſuperioribus quod nec natura pa
titur nec ratio admittit: nec diſpoſitioni diui
ne cõſonare põt. Tenendũ eſt ergo ⁊ diligent̃
obſeruandũ vt ad conciliũ vniuerſale nõ niſi
p̃lati ad voces diffinitiuas regulariter admit
tant̃. his habitis ad rõnes iam deueniendũ
eſt. Ad primã reſpondet̃ negãdo ꝯñtiam ſi Ad primũ
ex illo veller aduerſarius arguere ꝙ ſeniores
illi qui cũ apoſtolis ꝯueniſſe dicunt̃ habuerit
voces diffinitiuas in illo ꝯcilio: maxime quia
ſeniores illi qui etiã ibi dicunt̃ preſbyteri du-
bium eſt an fuerint laici vel ſacerdotes. cũ gl.
ſup verbo. preſbyteros: dicit etate vel gradu
Sciendũ q̊ videt̃ ꝙ ſeniores illi lz cõuenerint
cum apoſtolis in cõcilio cõſultãdo. nihilomi-
nus determinatio ⁊ diffinitio facta fuit per apl'z
petrũ. Naz vt ait Hiero. in epiſtola ad Aug.
Petrus princeps fuit illius decreti. vnde gl.
ſup verbo. tacuit omnis multitudo. dic̃ cõcor
dans petro. Et ita etiã exponit magr̃ Nicola
us de Lira. nec obſtat quod ſequit̃: viſum eſt
ſpũiſancto ⁊ nobis: quia hoc nõ arguit ꝙ oẽs
habuiſſent in decreto auctoritatẽ diffiniẽdi:
qd̊ ſolis maioribus conuenit: ſed bene ꝙ om̃s
cõcurrerint in conſultãdo ⁊ diſcernẽdo quid
cõueniebat. Preterea nec obſtat ꝙ in pſona
omniũ ſcripta legatur epiſtola quam ad fra-
tres Antiochie exiſtẽtes mittebant. quoniã
vt ibidem dicit glo. ⁊ cõmemorat dñs Hugo
cardinalis in expoſitione. Ideo titulus com-
munis ponitur in epiſtola ne aliqua diſſenſio
nis occaſio relinqueretur. id eſt vt daretur in
telligi ꝙ omnes in illa ſententia conuenirent

ratione cuius cōis ſenſus noīe oīm ſcripta eſt epiſtola illa. nō aūt ex hoc ꝙ oēs habuerunt voces diffinitiuas in illo cōcilio. Ad ſcōm Ad ſcōaꝫ rōnem reſpondet ꝙ tex. pfatus nō eſt ad ppoſitum: quoniā illi dicunt ibi a papa miſſi tanꝙ eius legati vt locū eius tenerēt in concilio hoc autem fieri bene poteſt auctoritate pape quemadmodū etiā alij etiā minores vt dyaconi loca tenere poſſunt alioꝝ patriarcharū in cōcilijs: vt colligit in.c. pcipimus. diſtin. xcij. quod eſt factuꝫ in ſexta ſynodo. ⁊ ex.c.i. xciij. diſtin. quod eſt Symachi pape. Ad tertium Ad tertiā reſpondet negādo ꝯſequētiam: quia lꝫ abbates legunt interueniſſe in pfato cōcilio generali cuꝫ epīs: differēter tamē. pmo q: epi ſunt hi qui de iure et officio intereſſe debebāt. abbates vero ſunt hi qui de gratia ſummi pōtificis vocabant. Secundo q: in concilio epi habebāt voces cōſultiuas ⁊ diffinitiuas: abbates vero cōſultiuas tm̄: vel ſi etiā diffinitiuas hoc erat ex bn̄placito romani pontificis qđ fieri poteſt ſic ſupra diximꝰ. Ad quartum Ad quartā dr ꝙ nullo mō facit ad ppoſitū: qm̄ clerus totus et populus nō eſt vocatus ad conſulendū ſiue diffiniendū aliqđ ſynodaliter: ſed ad hoc ꝙ ipſis pn̄tibꝰ ⁊ gratū habētibus Leo papa cum maiori ſolēnitate daret regi Carolo patriciatus dignitatē ⁊ ordinationē apoſtolice ſedis. ⁊ ita nō eſt ad ppoſitum. Ad quintum Ad q̄ntam reſpōdetur negādo aſſumptū: nō em̄ videtur cōcedendū iuxta ſanctū Tho. tam in. ij. ij. ꝙ in quotlibetis: ⁊ vt nos ſupra induximꝰ li. i. huiꝰ noſtre ſumme. c. lxxviij. ꝙ archidyaconi ⁊ pbri curati ita plati veniāt dicendi ſicut epi. quia epi ſunt qui pncipaliter habent curā populi: preſbyteri aūt vel archidyaconi habēt aliqs ſubminiſtratiōes ſub epīs. vnde ſup illđ pme Corinth. xij. alij opitulatōes alij gubernationes. dicit glo. ſic. opitulatōes. i. eos qui maioribus ferūt opem. vt Titus Paulo vel archidyaconi epīs. gubernatōes. i. minoꝝ pſonarū vt preſbyteri qui plebi documēto ſunt. vnde et hoc ipm oſtendit in ordinatione ſacerdotū de q̄bus eps ita dicit. q̄to fragiliores ſumus ſcꝫ apoſtolis: tanto magis his auxilijs indigemus. vnde in.c. cūctis. ex auctoritate Clemētis pape. oībus pbr̄is ⁊ dyaconibus ⁊ reliqs clericis attendendū precipit: vt nihil abſqꝫ ꝓprij epi licentia agat. ⁊ idem in.c. nō debere. diſti. lxxx. vnde patet ꝙ ad epōs pncipaliter ptineat regimē eccleſie. ipi em̄ ſunt veri ⁊ pncipales plati: ⁊ ideo ipoꝝum tm̄ eſt habere voces diffinitiuas in cōcilijs vniuerſalibus. in cuius ſignū cuꝫ diffinitio aliqua fienda eſt in cōcilio vniuerſali. ipſi ſoli regulariter ornamētis pōtificalibus induunt. vtpote ad quos iudicium illius tribunalis tm̄ ſpectat. Ad confirmationē autē inductā ex.c. concilia. rn̄det vt ibi glo. exponit ꝙ per ſacerdotes intelligūtur epi. Ad ſextā de cardinalibus rn̄detur Ad ſextum ꝙ lꝫ nō oēs ipſi ſint epi: ſunt tamē quaſi vnū corpus cū romano pōtifice ſummo epoꝝ. vn̄ cum pſona pape qui caput cōcilioꝝ eſt intelligendi veniūt ipſi cardinales cū ſint ſpūalia membra eius: vt notat Hoſtieñ. in.c. antiqua de priuile. ⁊ nō minus ꝙ ipſi epi vocē diffinitiuam habent in cōcilijs. vnde ſimul cū epīs id eſt pōtificalibus veſtibus ⁊ mitris in diffinitionibus ſynodalibus cōcurrunt. Preterea lꝫ nō omnes cardinales ſint epi vt dictū eſt, nihilominus habent epalem iuriſdictionem. vnde in.c. in nomine dn̄i. Cardinales epi vocant. vt ait glo. ſup verbo cardinales epi. ſuccedūt etiā aplīs i dignitate aplica. ſicut in pmo huius operis declarauimus. q̄ pncipaleꝫ locū in eccleſia tenēt. Ad ſeptimā rn̄detur Ad ſeptimum negādo aſſumptū. videlꝫ ꝙ ideo pncipaliter ad conciliū euocādi ſunt vniuerſale. quia i lege dn̄i fuerint plenius eruditi ⁊c. hoc em̄ falſum eſt. licet tales eſſe deberēt. iuxta.c. qui eccleſiaſticis. di. xxxvi. Sed hoc debet eis iure dignitatis eorum. ſunt em̄ pncipes eccleſie a deo ꝯſtituti. ps. xliiij. Ad octauā reſpondetur negando ꝯn̄tiam. ⁊ cū dr ꝙ regula iuris eſt Ad octauum Reſpondet dupl'r. Primo ꝙ ab omnibus intelligit approbatū quod a potioribꝰ ſiue maioribus in vniuerſitate approbat. Scđo rn̄detur ꝙ regula illa nō facit ad ppoſitū cum nō habeat locū niſi vbi iura aliquoꝝ tangerētur cum aliquo pjudicio. vnde Inno. notat in.c. veſtra. ⁊ in.c. ij. de offi. leg. dicens ꝙ cum eps vel legatus velit facere ſtatutū tangēs iura aliorum. hoc debet facere cū eoꝝ aſſenſu etiā ſi ſint laici: vel ſi nō ꝯſentiant ſaltem debent eſſe pn̄tes. hoc aūt nō eſt in cōcilijs vniuerſalibus vbi regule viuēdi ⁊ doctrine nemini pjudiciales ſed ſalutares inſtituunt. Ad nonum Ad nonuꝫ reſpondet negādo ꝯſequētiam. dicimus em̄ ꝙ ad hoc ꝙ cōciliū vniuerſale repn̄tet vniuerſaleꝫ eccl'iam nō requirit preſentia omniū fidelium. hoc em̄ eſt impoſſibile nec aliquo tēpore factū legitur. ſed ſufficit ꝙ in eo ſint maiores ſiue potiores reipub. xp̄iane cuiuſmodi ſunt prelati maiores vt dictum eſt. vnde fcā in concilio per tales tota eccleſia feciſſe dicitur. vt aperte colligitur ex.c. confidimus. xxv qōne prima. Ad decimum Ad decimam reſpondetur ꝙ licet in aliquibus concilijs legantur interfuiſſe preſbyteri aut monachi ſiue etiā laici. nō tamen ad diffinitiuas voces admiſſi: ſed vel

ad cōſultatiuas vel vt teſtes eſſent. quod ma-
nifeſte colligit ex varietate formarū ſubſcrip-
tionū quibus vtunt iſti ⁊ illi. Forma aūt epo-
rum ſubſcriptionis eſt talis. Flauius eps Cō-
ſtantinus iudicās ſubſcripſi. Forma vō pbro-
rum archimandritarū ſic. Fauſtus preſbyter
archimādrita monaſterij ſancti Dyoniſij ſub-
ſcripſi ecce ꝙ nō ait ſicut eps iudicās ſubſcri-
pſi. Impatores vero ſubſcribētes nō dicebāt
ſe diffinire vel iudicare. ſed diffinita ⁊ iudica-
ta ſuſcipe. vt pꝫ ex ſubſcriptionibꝰ impatorū
in octaua ſynodo. De iſta aūt materia etiā ali-
quid in ſequēti. c. dicetur.

Cap. xv. Qui admittendi ſunt ad concilium vniuer-
ſale; et qui non.

Cap. XV

# Poſtquā oſtēdi-

mus qui regulariter ad vniuer-
ſalia cōcilia neceſſario vocandi
ſunt: ⁊ qui nō. Qm multi etiam
nō vocati veniūt petētes admitti. iā enuclee-
mus qui ⁊ quibus de cauſis admittēdi veni-
ant ⁊ qui nō. In pmis notū eſt hereticos non
eſſe admittēdos ad conciliū iuxta. c. cū quibꝰ
xxiij. q. iij. vbi Gelaſius papa dicit nō eē eccle-
ſiaſtici moris cū his qui pollutā habēt cōmu-
nionē pmixtāqꝫ cū pfidis miſcere concilium.
De fidelibus vero ꝙ omnes petētes admitti
admittēdi ſint videt aliqbus de numero no-
uellorū magiſtroꝝ inducētibus p ſe ⁊ practi-
cam aliquoꝝ antiquoꝝ conciliorū ⁊ aliquas p-
ſuaſiones. ex practica quidē concilioꝝ arguē-
tes inducūt pmo ꝙ in concilio celebrato per
Nō prima quo-
dam ⁊c.
apoſtolos ſup electione Mathie de quo act.
pmo. nō ſolum interfuerūt apoſtoli. ſed etiam
laici ⁊ mulieres vident admiſſi. vt videt colli-
Secunda gi ex lra illius. c. Secūdo inducūt idem ex cō-
cilio ſecūdo apoſtoloꝝ. vbi mltitudo diſcipu-
lorū vocata legit vt eligerēt aliquos ad quo-
tidiane diſpēſationis miniſteriū pagendū vt
Tertia habet Actuū. vi. Tertio inducūt practicā cō-
ciliorum modernoꝝ. ſ. Piſani. Conſtantini ⁊
Baſilieñ. in qbus indifferēter abbates: magi-
ſtri. doctores: licētiati: etiā baccalarij: preſby-
teri: religioſi: pcuratores: immo etiā quaſi q-
Quarta cunqꝫ volebāt admiſſi fuerūt. Quarto ratiōe
ſic ad conciliū vniuerſale in quo decidēde ve-
niūt ardue cauſe vident oms admittēdi quo-
rum res agit ⁊ vertit intereſſe pprie ſalutis:
ſed hmōi ſunt omnes fideles. g nullus fidelis
qui intereſſe vult debet excludi ſiue nō admit-
Quinta ti. Quinto quilibet filius tenet p ſua facul-
tate ſuccurrere matri ſue in anguſtijs conſti-
tute. ſed omnes fideles ſunt filij matris eccle-
ſie vt patet. ergo omnis fidelis tenetur p ſua
poſſibilitate ſubuēire ſancte matri ecclie. ſed
vniuerſale conciliū ad hoc congregat: vt ne-
ceſſitatibus ecclie ſubuēiat. g ad illud debēt
admitti oms qui opem volūt cōferre. Sexto Sexta
confirmat ſic ratio ipa: qlibet homo ſanꝰ mē-
te videns domū ppriaꝫ vel domini ſui ardere
debet occurrere vel cum aqua vel cum aliqua
alia re ad extinguendū incendiū: ſed domꝰ p-
pria ſiue dñi noſtri dei eſt vniuerſalis eccleſia
g incenſo in illa ſcādalo debent oms fideles
cōcurrere. iuxta illud pphete ps. lxxviij. zelus
domus tue comedit me. ⁊ opprobria exprobrā-
tium tibi ceciderūt ſup me: ſed hic concurſus
fit in cōcilio vniuerſali: ergo ad id ſunt admit-
tendi omnes fideles cōcurrētes ad pſciniū
conferendū. In oppoſitū tamē vident eſſe q
dicta ſūt in pcedēti. c. Preterea ſi paſſim om-
nes fideles petētes admitti ad concilium ad-
mittēdi eſſent. maxime ad voces diffinitiuas
⁊ cōſultiuas plura mala ſequerent. vt pertur-
batio pacis: ſcandaloꝝ materia: ſeditōes: rixe
cōtentiones: difficultas aliquid recte conclu-
dēdi orirent: qm vt ait btūs Criſ. in pn. ſupra
Jo. in cōmento lrali. Multitudo mater ē ſe-
ditiōis et cōtumacie paucitas magiſtra diſci-
pline. ⁊ Auguſtinus cōtra Julianū. li. ij. ar. ij.
dicit in cauſa iudicādi amoto ſtrepitu turba-
rum honorandā eſſe paucitatē quam rō erudi-
tionis libertaſqꝫ ſublimat. Reſpondēdo ergo
ad hanc queſtionē videt nobis dicendum ꝙ
nullo modo cōueniat admittere omnes q ad-
mitti poſtulāt ad vniuerſale cōciliū ad voces
diffinitiuas nec ēt cōſultiuas: niſi vt ſupra di-
ximus. Et tamē notandū ꝙ reuoluētibus no-
bis multas hyſtorias ⁊ practicas obſeruatas
in multis cōcilijs cognoſcimus occurriſſe in
facto ꝙ multis et varijs de cauſis aliqui pret
prelatos ſuperiores quos ſupra diximus i his
que ptinent ad corpus vniuerſalis cōcilij ad-
miſſi ⁊ poſſunt admitti ad vniuerſalia ꝯcilia
Primo quidē modo ad plenius conſulendū
in agendis ⁊ diſponēdis in concilijs vniuer-
ſalibus vt aliqui prudentes ⁊ experti viri i no-
titia rerum tractandarum in concilio vt etiā
ſi diſponeretur via in hieruſalem: aut de bel-
lo contra turcos. admittendi venirent homi-
nes. qui in diſpoſitione rerum neceſſaria-
rum pro tali negocio eſſent docti et experti.

Secundo leguntur admiſſi gratia diſpu-
tationis tantum vt ſi contra hereticos diſpu-
tatione agendum eſſet: vt aliqui doctiſſimi
magiſtri et doctores: ſicut diebus noſtris pri-
mo vidimus Baſilee cum contra Bohemos
diſputabatur. ſecundo Florentie ad diſpu-
tandum cum grecis: hoc etiam ſuperioribus

temporibus legim⁹ latius ptractatũ ſup que
ſtione de gradibus cõſanguinitatis p Alexã-
drum papã ſecundũ de quo in.c.ad ſedẽ.xxxv
q.v.ita papa loquit̃.ad ſedem apoſtolicã per
lata eſt queſtio nouiter orta de gradibus con
ſanguinitatis quã quidã legum ⁊ canonũ im
periti excitãtes ⁊c.ſequit̃.j.hanc queſtionem
diſcutere curauimus in ſynodo habita in la-
teranenſi conſiſtorio:cõuocatis ad hoc opus
epĩs ⁊ clericis atq͂ iudicibus diuerſarũ puin
ciarum.hec ibi. Tertio admiſſi legunt̃ aliq̃
tanq̃ iudices diſcretiui:ad diſcernendũ inter
altricãtes aliquos ſup aliq̃ pfũda ſiue ardua
q̃ſtiõe.vnde i ſynodo illa ampliſſima celebra
ta rome: in qua cum corã imperatore Conſtan-
tino ⁊ Helena diſputandũ veniret inter xp̃ia
nos ⁊ iudeos tpe beati Silueſtri:que lex: an
ſ.xp̃ianoꝝ an iudeoꝝ p̃ferenda veniret. Iudi-
ces duo poſiti ſunt nõ ſuſpecti.ſ. Crato pb̃us
qui nihil terrenũ habere volebat. ⁊ zenoſmo
qui cõſul exiſtẽs nunq̃ munus ab aliquo ſuſ-
cepit. Legimus etiam in cõcilio Calcedonẽ-
ſi in diſputatõe cõtra Dioſcoꝝ iudices diſcre
tiuos poſitos fuiſſe. vnde de eis in actõe.xvi.
ſic habetur. Glorioſi iudices dixerunt ex his
que geſta ſunt vel ab vnoquoq͂ depoſita ãte
omnia quidẽ p̃matum ⁊ honorẽ p̃cipuum ſ̃m
canones antiquos rome deo amãtiſſimo ar-
chiepiſcopo cõſeruari oportet. Item in octa-
ua ſynodo actione.i.ſic habet̃. Impatores no
ſtri miſerũt nos ſ̃uos ſuos qui ſenatores eoꝝ
ſenatus vocamur qui volũtate dei honorat⁹
eſt ſ̃m omnia vt ſimus diſcreti eoꝝ que gerũ-
tur auditores. Quarto admiſſi legunt̃ ad vni
uerſalia cõcilia ⁊ etiã admitti poſſent ad con
ſeruationẽ fidei ⁊ defenſionẽ:⁊ geſtarũ reruz
pleniorem acceptationẽ. Hoc modo impato
res ⁊ p̃ncipes quãdoq͂ legunt̃ ad vniuerſalia
concilia admiſſi.ait em̃ Martianus impator
in Calcedonẽ.cõcilio. Nos ad cõſeruandaz
fidem non ad potentiã oſtendendã exemplo
glorioſiſſimi p̃ncipis Conſtãtini ſynodo iter
eſſe volumus vt inuẽta veritate nõ vltra mul
titudo prauis doctrinis attracta diſcordet.
Quinto admittunt̃ aliq̃ ad conciliũ gratia p
tectionis ſynodi et libertatis illius. vt prin-
ceps vel eius locum tenẽs in cuius territorio
ſynodus celebrat̃:maxime quando ſynodum
extra terras eccleſie romane celebrare cõtin-
git. Sexto admittunt̃ aliq̃ ad cõciliũ gratia
doctrine ⁊ eruditionis.hac rõne nõ modo cle
rici ſed etiã laici admitti poſſunt: cuz aut de
fide agit̃ aut de gradibus cõſanguinitatis vt
erudiant̃. Unde Nicolaus papa in.c.vbi.di.
xcvi,inquit, Ubi nam legiſtis impatores an-
teceſſores veſtros ſynodalibus interfuiſſe cõ
uẽtibus niſi forſan vbi de fide tractatum eſt:
que vniuerſalis eſt que omniũ cõmunis eſt q̃
nõ ſolum ad clericos verũ etiã ad laicos ⁊ ad
omnes ptinet xp̃ianos. Septimo admittunt̃
aliqui qui habẽt aliq̃d opponere: vtputa aut
querelas: vt qui habẽt cauſas litigioſas vel q̃
ſup aliquibus grauibus occurrẽtibus cauſis
circa materias ſup quibus ſynodus eſt cõgre
gata petunt ſibi p ſynodum puideri. verũ iſti
nec diffinitiuã nec conſultiuã vocem habent
in concilio. ſed expoſitiuã tm̃. vnde expoſitis
verbo vel ſcripto que exponere voluerũt non
habent amplius ſynodo intereſſe. Octauo
aliqui legunt̃ admiſſi ad concilia ad amplio
rem notitiaz iuſtitie ⁊ veritatis. hac de cauſa
Inno.in.c.ad apoſtolice. de ſentẽtia ⁊ re iu-
di.li.vi.dicit. Si diceret ſcz ipe Fredericus q̃
in nullo cõtra iuſtitiam eccl̃iam leſerat. vel q̃
nos eum contra iuſtitiã leſiſſemus. parati era
mus cõuocare reges p̃latos ⁊ p̃ncipes taz ec
cleſiaſticos q̃ ſeculares ad aliquẽ tutuz locũ
vbi per ſe vel ſolẽnes nuncios conueniret ⁊c.
Nono admiſſi legunt̃ aliqui ad cõcilia gratia
miniſterij vt officiales notarij ⁊ pcuratores.
vnde plurima verba legunt̃ in geſtis cõcilio-
rum que ſunt verba notarioꝝ referẽtium tam
dicta patrum q̃ etiam imperatoruz. Decimo
admiſſi legunt̃ aliqui ad maiorẽ ſolẽnitatem
eiuſdez: ſicut patet in ſynodo rome celebrata
in qua Leo papa clero ⁊ populo ſimul conue-
niente dat regi Carolo patritiatus dignitatẽ
vt in.c.ſynodo.diſtin.lxiij. hoc etiam patet in
ſynodo Rome celebrata in qua Nicolaus pa
pa formã electionis romani pontificis diſpo
nens in.c.in nomine domini.diſtin.xxiij. In
talibus em̃ ſynodus ad que nõ fiebat conuo-
catio ep̃orum de diuerſis puincijs admitte-
bant̃ quãdoq͂ alij inferiores vt dyaconi pb̃ri
et monachi: ſicut in predictis concilijs legi-
tur factum pro honore ⁊ amplitudine concilij

Undecimo reperiuntur aliqui admiſſi ad
concilium vt ſint teſtes geſtorum in concilijs
per ſubſcriptiones eorum: ſicut in quinta et
octaua ſynodis legitur q̃ preſbyteri mona-
chi dyaconi lectores ſubſcripſerunt et impe-
rator ac ſenatus. Duodecimo leguntur ali-
plici rōne. Primo qꝛ cū id qđ factū eſt tūc cuꝫ
per vnā obedientiā factū fuerit videlꝫ ꝑ obe⸗
dientiā Ioh.xxiij.que apud alias duas obedi⸗
entias ſcꝫ Gregorij ⁊ Benedicti non credeba
tur facere concilium vniuerſale ſiue eccleſiaꝫ
catholicam repreſentare non eſt multū pon⸗
derandū ſicut nec multa alia ibi facta/ſicut ſu
perius diximus in varijs locis loquēdo de de⸗
cretis factis ꝑ illam obedientiā. Secūdo da⸗
to ꝙ conceſſa fuiſſet indulgentia ꝑ concilium
poſtq̄ fuerat congregatum ex om̄ibus tribus
obedientijs ratio adhuc non militat quia in⸗
dulgentia illa non fuit plenaria que reſeruat̄
roma.ponti.hoc em̄ non preſumpſerūt prelati
conſtantie cōgregati ſcientes ꝙ cū ea que ſūt
multitudinis alicuius diſtribuere ſingulis de
multitudine ſolū cōpetit ordinaria poteſtate
ei qui multitudini preeſt. diſtribuere vero the
ſaurum eccleſie pape ſoli competit qui toti ec
cleſie preeſt ⁊ nō multitudini. vt ſanctꝰ Tho.
in iiij.di.xx.dicit. Preterea cū ad ſponſum ſo⸗
lum pertinere videatur diſpēſatio dotis ſpon
ſe.vt in.l.dote ancillam. C.de rei vendi.⁊ ad
patrēfamilias theſauri domꝰ in.l.fi. C. de bo⸗
nis que liberis ⁊ huiuſmodi.ſic ſummus pon⸗
tifex ad eū ſolum auctoritate ordinaria qui ſo
lus vocatus eſt in plenitudinē poteſtatis per
tinet dare plenariā indulgentiā. vnde ad pa⸗
pam ſolum pertinet indulgentiā plenariā cō⸗
cedere:ad multitudinē aūt ſiue cōgregatōem
ſynodalē orationuꝫ ſuffragia impartiri:quod
apertiſſime colligit̄ ex forma indulgentiarum
datarū in lateranenſi ꝯcilio pro paſſagio: que
habet̄ in ca. Ad liberanduꝫ.extra de iudeis ⁊
ſaracenis. vbi Innocētiꝰ in apparatu ⁊ poſt
eum Ioh.an.formā indulgentiarum de q̄bus
ibi fit mentio narratis quibuſdā ponentes ta
lem dicunt fuiſſe formā indulgentiaruꝫ. Nos
ergo de om̄ipotētis dei miſericordia ⁊ beatoꝝ
apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli auctate confiſi ⁊ ex il⸗
la quam nobis licet indignis contulit deus li
gandi atqꝫ ſoluendi poteſtatē om̄ibus qui la⸗
borem iſtum in ꝓprijs ꝑſonis ſubierint ⁊ expē
ſis ſuoꝝ peccaminuꝫ de q̄bus veracit̄ fuerint
corde cōtriti ⁊ ore cōfeſſi veniā indulgētiā ⁊c̄
ſequit̄ infra.ſancta vniuerſalis ſynodus orati
onū ⁊ beneficioꝝ ſuoruꝫ ſuffragia impartit̄ vt
eis digne ꝓficiat ad ſalutē:datū laterani.xix.
kal'.ianuarij pōtificatus noſtri anno.viij. Ec⸗
ce ꝙ ſynodus tam vniuerſalis tam glorioſa ſi⸗
cut illa nō preſumpſit dare indulgētias ſciēs
ꝙ ad ſponſum ⁊ ad theſaurariuꝫ ⁊ preſidentē
huiuſmodi diſpēſatio tantūmodo cōueniebat
vnde prelati conſtantie exiſtētes nō plenariā
ſꝫ multo minorē dabāt.ſ.centū dierū vel q̄dra⸗
ginta:⁊ hoc auctate legatoꝝ dñoꝝ cardinali⸗
um prefati Ioh.xxiij.qui ex antiqua conſuetu
dine dant centū dies indulgentiarū licꝫ cōci⸗
lio aſcripta ſit. Tertio dato ꝙ illa indulgētia
plenaria fuit poſtq̄ om̄ibꝰ tribus obedientijs
ſimul cōuenietibus cōciliū habitū eſt indubi⸗

tatū dicim⁹ ꝙ data eſt ſub ſpe ratihabitionis futuri romani pon. ⁊ ita ratio nō ꝓcedit. Ad quartum Ad quartū de cōcilio Seneñ. rñdetur ꝙ nō eſt ad ꝓpoſitū: qꝛ cōciliū illud nō dedit indulgētias licet ſtatuerit ꝙ indulgentiā talē vel talez cōſequerētur preſtantes fauorē inqſitorib⁹ fidei ⁊ quicqd ibi ſtatutū fuit: fuit de mente ⁊ volūtate ſummi pon. ⁊ ei⁹ auctoritate. ſ. dñi Martini. vnde indulgētia illa data. ſ. preſtantibus fauorē inquiſitorib⁹ ſub bulla eiuſdē dñi Martini proceſſit. vt a dño Paduano bo. me. q̄ in eodē ꝯcilio vn⁹ de p̄ſidentib⁹ fuit ſepenūero Baſilee audiuim⁹. Ad quintū Ad quintū qđ inducit̄ de Baſilieñ. ꝯcilio ſupra rñdim⁹ ꝙ cū in illo multa p̄ſumptuoſe in toti⁹ eccl'ie ꝑturbationē attentata fuerūt magis memoria illoꝝ execranda venit q̄ ex eo exempla ſumenda.

Capitulū. xliiij. In quo oſtēditur ꝙ romanē pon. auctoritate iuriſdictionis ſuperioꝛ ſit vl'i concilio.

Caplm XLIIII

Et ſi ex ſupradictis poſſit quilibet doct⁹ ſufficienter intelligere veritatē huius queſtionis q̄ inter multos decurrit. An. ſ. Roman⁹ pon. ſuperioꝛ ſit iuriſdictionis auc̄te vl'i ꝯcilio vel econuerſo: nihilomin⁹ ꝓ ampliori illuſtratōne veritatis hoc paucis rōibus ꝓbare volum⁹: videlicz ꝙ roman⁹ pō. ſuperioꝛ ſit vl'i ꝯcilio capiendo vl'e ꝯciliū vt dicit diſtinctā cōgregationem prelatoꝝ vl'is eccleſie condiſtinctā contra romanū pont. licet aūt ad hoc ꝓbandū efficaces ſint omēs rōnes quas ſupra in ſc'do libro induxim⁹ ad oſtendēdum ꝙ in eccleſia neceſſario eſſet dandus vn⁹ rectoꝛ ⁊ princeps ſupremā poteſtatē habēs ſuper totam vl'em eccleſiam quē ip̄m vl'e conciliū repreſentat: nihilomin⁹ in ſpeciali ⁊ ex ꝓprijs illud ꝓbam⁹. Et primo ſic. omne qđ tribuit alteri ptātem eſt ſuperi⁹ illo cui auc̄rem tribuit. hoc patet: qꝛ cauſa potioꝛ ē ſuo effectu ſ; papa tribuit auc̄tez concilio vl'i vt ſupra circa. c. xxxij. ſufficiēter oſtēdim⁹. ⁊ habet̄ di. xvij. per totū ⁊ extra de electione. c. ſignificaſti. ergo papa auctoritate iuriſdictōis ſuperioꝛ eſt vl'i concilio. ꝯña eſt bona. Secūdo omne qđ tribuit eſſe ⁊ quaſi formā alteri eſt ſuperi⁹ illo cui eſſe tribuit. patet hoc. ſed papa tribuit eē et quaſi formā vniuerſali cōcilio illud cōuocando ⁊ approbando. patz. Nā abſq; romani pō. licentia celebratū nō ꝯciliū: ſed conciliabulū aut cōuenticulū noīatur. vt in. c. in multis dicit̄. di. xvij. Tertio ſic. omne illud quod in aliqua cōitate habet rationē rectoris ⁊ preſidentis eſt ſuperi⁹ auc̄te tota illa multitudine cui p̄eeſt vt rectoꝛ. patet ⁊ colligit̄ ex primo politicoꝝ: ſed papa eſt rectoꝛ ⁊ p̄ſidens cōcilio vt oſtendimus ſupra in ca. xxij. ergo idē qđ prius. Quarto ſic. papa tribuit robur canonib⁹ et cōfirmat ſentētias cōcilioꝝ vniuerſalium vt multiplicit̄ oſtendimus ſupra in. c. xxxiiij. ergo papa eſt ſuperioꝛ iuriſdictōis auc̄te vniuerſali cōcilio. ꝯſequētia pz. Quinto ſic. ſedes apoſtolica abſoluit quādoq; qđ cōciliū ligat ⁊ dānat: ergo ſequit̄ ꝙ roman⁹ pontifex ſit ſuperioꝛ auctoritate cōcilio vniuerſali. cōſequentia pz ⁊ colligit̄ manifeſte ex ca. Inferioꝛ. diſ. xxi. antecedēs pz ex eo qđ papa nicolaus in ep̄la quā ſcribit patriarche ⁊ toti clero cōſtantinopolitano. necnō ⁊ patrū ⁊ p̄deceſſoꝝ noſtroꝝ ſecuti veſtigia qui ſoliti ſunt etiā vniuerſoꝝ ꝯcilia nequiter celebrata caſſare pontificum ſi qua ſocia ſunt crebro dicte vel exēplaria fortaſſis ep̄le q̄n poti⁹ nō ſolū hoc ſ; ⁊ oīa ſcripta vel aduerſus fratrē ⁊ coep̄m noſtrū ignatium inique confecta vel aduerſus nos cauſā illius canonice ꝓſequētes furioſe deprompta ſunt perēni damnationi mādam⁹. hec ibi. Itē patet ex eo ꝙ papa pelagius vniuerſis ep̄is ꝑ dardaniā cōſtitutis ſcribens: vt habet̄ in ca. cuncta ꝑ mundū. ix. q. iij. ait. Sed nec illa preterimus ꝙ ap̄lica ſedes frequent̄ more maioꝝ etiā ſine vlla ſynodo precedēte exoluēdi quos ſynodus iniqua damnauerat ⁊ damnādi nulla exiſtēte ſynodo quos opoꝛtuit habuit facultatem ⁊ hoc nimirū ꝓ ſuo p̄ncipatu quē btūs petrus ap̄ls dñi voce ⁊ tenuit ſemꝑ ⁊ tenebit ſancte quippe memorie athanaſium ſynodus orientalis abdixerat quē tamē exceptū ſedes ap̄lica qꝛ damnationi grecoꝝ nō cōſenſit abſoluit. ſancte memorie Joh. conſtātinopolitanum ſynodus catholicoꝝ preſulū dānauerat quē ſimili modo ſedes ap̄lica qꝛ non conſenſit abſoluit. Itaq; ſanctuz Flauianū pontificem grecoꝝ dānatū pari tenore qm̄ ſola ſedes apoſtolica nō conſenſit potius qui illic receptus fuerat ſedis ſecūde preſulē ſua auc̄tate dānauit ⁊ impiā ſynodū nō cōſentiēdo ſola ſubmouit ⁊ auc̄tatē vt ſynodus fieret calcedonēſis ſola decreuit. hec ibi. Ex q̄bus manifeſte patz falſitas interp̄tatiōis cuiuſdā aduerſarij q̄ vt ſcribit auc̄tas ap̄lice ſedis poterat abſoluere quos cōcilia ꝓuincialia ſiue patriarchalia dānauerāt non aūt quos vniuerſalia: vniuerſale eñ fuit ephesinū ſecūdū in quo Flauianus p̄ſidens pape fuerat cōdēnat⁹. Sexto ſic. ſolus roman⁹ pōtifex eſt vocatus in plenitudinem ptātis: nā ſolus ip̄e habet ptātem illimitatā in cui⁹ argumentū: vt dicit ſctūs Tho. in. iiij. di. xxiiij. papa nō vtitur baculo ſicut alij ep̄i in ſignū ꝙ nō habz coartatā ptātē quā curuatio

baculi deſignat: ſed alij prelati ex q̄bus cōgre
gatur cōciliū cōuocati ſunt in partē ſollicitu-
dinis: vt in.c. Decreto ait Grego.ij.q.vi.⁊ ita
habēt ptātē limitatam ergo ſequit̄ ꝙ papa ſit
ſuperior auctate vniuerſali cōcilio. Septi-
mo ſic.om̄is paſtor ſuperior eſt auctate grege
ſuo patꝫ: ſed papa eſt paſtor oium ouiū xp̄i ſm
illud Joh.vlti. Paſce oues meas ⁊ cōcilium
vniuerſale ptinet ad gregē xp̄i vt pꝫ: ergo ne-
ceſſario cōfitendū eſt ꝙ papa ſit auctate ſupe
rior cōcilio vniuerſali. Cōfirmat̄ ſic iſta ratio
cōciliū vniuerſale ſeorſum ſumptū a papa aut
eſt paſtor aut ouile ſiue grex: non pōt dici ꝙ ſit
paſtor quia nō pōt aſſignari cuius gregis aut
ouilis ſit paſtor: ptꝫ: q: nō pōt dici ꝙ ſit paſtor
vniuerſalis eccl̄ie: q: cū illā repreſentet ⁊ au-
ctoritate illiꝰ dicat̄ fulciri non pōt dici paſtor
eius ſic nec ſupior illa. nō pōt dici ꝙ ſit caput
fideliū ſingulorꝝ qui ſunt extra conciliū. Tum
q: etiā illos rep̄ſentet ⁊ ſit repreſentatiue ipſi
Tum q: papa eſt paſtor oim fideliū: vnius aūt
ouilis vnus ē paſtor ſm illud Joh.x. Erit vnū
ouile ⁊ vnus paſtor. Si aūt ꝯciliū eſt grex ne-
ceſſe eſt ſi ſit grex ouiū xp̄i ⁊ non dyaboli ꝙ ſit
ſub romani pontificis cura ⁊ ptāte cui in btō
petro xp̄s vniuerſas oues ſuas ſine exceptōne
quacunqꝫ paſcēdas cōmiſit. Octauo ſic: ca
put ſuperiꝰ eſt nō ſolū ſitu ſed etiā auctate to
to reſiduo corpe pꝫ. ſed romanꝰ pontifex ē ca-
put cōcilij: ergo neceſſario dicendū eſt ꝙ ſit ſu
perior auctate vniuerſali cōcilio. cōſequētia ē
manifeſta. maior ē nota. minor etiā notiſſima
cuꝫ ſit caput vniuerſalis eccl̄ie quā rep̄ſentat
ip̄m cōciliū vt in ſuperioribꝰ eſt demōſtratum
vnde etiā btūs Criſo. beatū petrū verticē no
minabat ap̄lici chori. ⁊ ſynodus calcedoneñ.
leonē papā caput ſuū ꝓfitet̄ aperte vt ſuperiꝰ
introductū eſt. Nono ſic. xp̄s ē ſuperior vni-
uerſali cōcilio ptāte auctatis vt pꝫ. ergo ⁊ pa
pa. pꝫ cōſequētia qm̄ papa eſt vicariꝰ genera-
lis eius vices ip̄ius gerēs in eccl̄ia dei ⁊ ꝑ con
ſequēs in cōcilio vniuerſali: ergo papa ē ſuper
cōciliū vniuerſale. Unde btūs Cyrillus in li-
bro theſaurorꝝ dicit ꝙ ap̄li in euāgelijs ⁊ epi-
ſtolis affirmarūt petrū eſſe loco dn̄i ⁊ eiꝰ eccle
ſie: eidē dantes locū in om̄i capitulo ⁊ in om̄i
electōe. Decimo. papa preeſt auctate ⁊ ꝑlati
one toti eccl̄ie dei vtpote qui caput ⁊ p̄nceps
eiꝰ eſt vt in ſecūdo li. multiplicit̄ ꝓbatū eſt: er
go etiā ſuperior eſt vniuerſali cōcilio illā rep̄-
ſentanti. cōſequētia eſt nota. ex alijs etiā dicē
dis infra hoc magis firmabitur. Ex quibꝰ iam
dictis ⁊ ſuperiꝰ ꝑ diuerſa capitula explanatis
faciliter quiſqꝫ intelliget papā multiplicit̄ eē
ſupra cōciliū videlicꝫ cauſalitate ꝑlatōnis di

gnitate ampliſſime auctoritatis ⁊ extenſione
adminiſtratiōis. Ex quo manifeſte conuincit̄
error dicētiū cōciliū vniuerſale eſſe maius ſim
plicit̄ roma. pon. auctate ⁊ ptāte iuriſdictōis.

Capitulū. xlv. in quo ponuntur aduerſariorum obie
ctiones.

## C Ontra iam dicta Capl'm. XLV

de auctoritate roma. ponti. ⁊ ſupe-
rioritate ſup vniuerſalia ꝯcilia ad-
uerſarij multa moliunt̄ ⁊ inducūt vt eis appa
ret pro ſe plurima de auctoritatibus ſacre ſcri
pture ⁊ de vniuerſalibꝰ concilijs atqꝫ de dict̄
ſanctorꝝ patrū ſumpta addētes inſup aliquas
ratiōes de quibꝰ multis p̄ncipaliora ⁊ que eo-
rum iudicio potiora ſūt colligemꝰ que ſequūt̄
Primo em̄ arguunt ex illo Math. xviij. Si Argumētū p̄mū
peccauerit in te frater tuus ⁊c̄. ſequit̄: dic ec-
cleſie in quo loco petrus q̄ futurus ordinabat̄
ſummus pontifex remitti videt̄ ad eccl̄iam in
caſu iudicij ſicut ad tribunal maius ⁊ ꝑ conſe
quens nō dubiū quin eccl̄ia vniuerſalis ſyno-
daliter congregata ſit ſuperior ip̄o papa cum
nullus remittat̄ in tali caſu niſi ad ſuperiorē.
Q aūt cōciliū vniuerſale ſit intelligendū per
eccl̄iam cui xp̄s dixit dic eccl̄ie. ꝓbare nitunt̄
ex tribꝰ. Primo per Grego. qui in regiſtro ſuo Probatio p̄ma
ep̄la. cclxv. rep̄hendēs Joh. cōſtantinopolita
num eo ꝙ vniuerſalē ſe vocabat dic̄ ſic. Nos
quidē in quibꝰ talis tantaqꝫ per auſum teme-
rariū culpa cōmittit̄ ſeruamus qđ p̄cepit veri
tas di. Si peccauerit in te frater ⁊c̄. ſequit̄: er-
go itaqꝫ ꝑ reſpōſales meos ſemel ⁊ bis verbis
humilibꝰ hoc qđ in tota eccl̄ia peccat̄ corripe
re ſtudui: ꝑ me ſcribo quicquid humilit̄ facere
debui nō omiſi: ſi in mea correctōne deſpiciar.
reſtat vt eccl̄iam habeā adhibere. hec Greg.
vbi dicit aduerſarius ꝙ ꝑ ly eccl̄iam adhiben
dam Gregoriꝰ intelligat cōcilium vniuerſale
Jtē idē ꝓbare ſecūdo nitunt̄ auctate Nico- Secunda
lai pape qui in ca. Precipue. xi.q.iij. ita dicit
regi lothario. Ceterū caue ne qn̄ nobis ſm p̄-
ceptū dn̄i duos vel tres teſtes adhibeamꝰ im
mo vero hoc ſancte eccl̄ie dicamꝰ: ⁊ (qđ non
optamus) decetero cūctis fias ethnicus ⁊ pu
blicanꝰ. hec ibi. dicit aduerſarius ꝙ ly ſcrē ec-
cleſie dicere intelligat dicere cōcilio vniuerſa
li tanqꝫ tribunali maiori. Tertio ꝓbare nitū Tertia
tur per albertū magnū qui dicit̄ ſic expoſuiſſe
auctatem illam dic eccl̄ie. i. ꝑlato vel ſynodo.
Secūdo p̄ncipalit̄ arguunt ex illo Act. viij. Secundū arg
vbi dicit̄ ꝙ cū audiſſent apoſtoli q̄ erāt hiero-
ſolymis ꝙ recepit ſamaria verbū dei miſerūt
ad illos petrū ⁊ iohannē. Ex quo arguūt ꝙ cū
miſſio importet ſuperioritatē in mittēte reſpe

etu miſſi ꝙ collegiũ aplõꝝ qḋ repreſentat cõ/
ciliũ vniuerſale eſſet maius ⁊ ſuperi⁹ auctate
ipo petro.⁊ ꝑ cõſequẽs cõciliũ vniuerſale ipſo
Tertium roma.pon. Tertio ex illo Act.xv.vbi cũ que/
ſtio fieret ſup obſeruatõe legaliũ inter aplos
petrus volens votũ ſuũ dicere ſurrexit: vt ait
tex.Surgens petrus dixit ad eos: qḋ videt̃ fe
ciſſe in ſignũ reuerẽtie ꝗ reuerẽtia debet̃ ſupe
riori:ergo videt̃ ꝙ collegiũ aplõꝝ fuerit ſupe/
Quartum rius auctate petro. Quarto ex concilio.viij.
conſtantinopolitano in quo habet̃ ſic.ſi ſyno/
dus vniuerſalis fuerit cõgregata ⁊ facta fue/
rit etiã de ſancta romana ecclĩa queuis ambi
guitas ⁊ cõtrouerſia oportet venerabilit̃ ⁊ cũ
ꝯueniẽti reuerentia de ꝓpoſita queſtione ſci
ſcitari ⁊ ſolutionẽ accipere aut ꝓficere aut ꝓ/
fectũ facere nõ tamẽ ſententiã audacter dare
contra ſummos ſeniores pontifices.ex quo ex
aduerſo arguit̃ ꝙ ſynodus vniuerſalis dum tñ
nõ audacter ſed cũ ꝯuenienti reuerẽtia aduer
ſus romanũ pontificẽ poſſet ꝓferre ſententiã
ſi fuerit incuſat⁹ ⁊ ꝑ cõſequẽs ꝙ ſynodus vni/
Quintum uerſalis ſuperior ſit auctate papa. Quinto
ex cõcilio cõſtantienſi vbi declaratũ eſt ꝙ con
ciliũ vniuerſale habeat a deo immediate pote
ſtatem cui ꝗlibet fidelis cuiuſcũq; dignitatis
Sextum ſit etiã papalis tenet̃ obedire. Sexto ex eo/
dem concilio vniuerſali papa Martinus ap
probante eodẽ cõcilio condẽnans articulũ il/
lum non eſſe de neceſſitate ſalutis:credere ro
manã ecclĩam eſſe ſupremã inter alias eccleſi/
as.dicit error ſi per romanã ecclĩam intelliga
tur vniuerſalis ecclĩa aut ꝯciliũ generale aut
pro q̃to negaret ꝓmatũ ſummi pontificis ſup
alias eccleſias particulares.Ex quo arguit̃ ex
aduerſo ꝙ ꝯciliũ legitime cõgregatũ ſit ſuper
oẽs ecclĩas ⁊ earũ rectores ⁊ ita ſup romanaꝫ
Septimum ⁊ ei⁹ põtificẽ. Septimo ex ṽbis hylarij pape
q̃ cũ quadã edidiſſet ꝯſtitutõeꝫ corrigẽs exceſ
ſus quorũdã ſic ad ꝯgregatã ſynodũ dixiſſe fer
tur:vt hr̃ in ca.Nõ qs.xxv.q.ix.Nõ vt dein/
ceps poſſit illa tenaci⁹ cuſtodire ſctã ſynodus
ſententiã ⁊ ꝓpriã ſuſcriptionẽ accõmodet vt
ſynodali iudicio aditus recludat̃ illicitus.Ex
quo arguit̃ ex aduerſo papã in ecclie reforma/
tione ſynodi ꝯgregate iudiciũ vt ſupremũ tri
bunal cognouiſſe:cũ potẽti⁹ ſynodali iudicio
q̃ſuo aditũ ad illicita poſſe claudi iudicauerit
Octauum Octauo ex ṽbis ſymachi pape q̃ in ſynodo
pſidẽs cũ de valitudine cuiuſdã ſcripture qua
cautũ erat vt ſi ro.pon. hoc ex ſeculo migrare
ꝯtigeret ñ ſine ꝑfecti vrbis ꝯſultatõe cuiuſq̃
noua celebraret̃ electio q̃ſtionẽ referret ĩ me/
diũ illã voluit in ſctã ſynodo ꝑlegi vt cui⁹ eẽt
vigoris poſſit agſci dicẽs id agere ne ipꝫ ipo/
ſterũ diſputare ꝯtingeret cũ ſacra poſſet ſyno
dus iudicare ⁊c̃.vt in.c.Bñ.di.xcvi.Ex quo ex
aduerſo arguit̃ ꝙ ro.pon. ꝓfitet̃ ſanctã ſyno/
dũ iudicare poſſe ſup eo qḋ abuſum ꝯtinet et
diminutionẽ eccleſiaſtice libertatis. Nono Nonum
ex.§.item Symach⁹.ij.q.vij.vbi ita inq̃t Gra
tianus.Item Symachus papa in romana ſy
nodo dignitate ſua ſpoliatus pri⁹ ſtatui priſti
no reſtitui diſcernit̃ ⁊ tunc venire ad cauſam ⁊
ſi ita recte videret̃ accuſantiũ ꝓpoſitionibus
reſpõderet digna res viſa eſt maximo numero
ſacerdotũ ac mereretur effectũ:ſed cum poſtmo
dũ ordinaret̃ quõ eſſet accuſandus ꝓfatus pa
pa vt cãm diceret occurrebat ſed ab emulis ẽ
impeditus ⁊c̃.Ex hoc arguit̃ ex aduerſo luci/
de haberi ꝙ romani pon. cauſam ſi incuſatus
fuerit ſi velut ſpoliatus reſtitutioni ſiue recu/
perationi intẽdat deferri debere ſupremo tri/
bunali vniuerſalis cõcilij. Decimo ex.c.pro Decimum
uidentie.di.xcix.vbi beat⁹ Anacletus ⁊ papa
Lucius etiam in.c.vrbes.di.lxxx. plane dicũt
nõ ſolum Petrũ: ꝗ etiã oẽs aplos in quib⁹ ip/
ſe includebatur tanꝙ primus diſtinxiſſe ꝓuin
cias patriarchas archiepos ⁊ epos cõſtituiſſe
que oĩa ſignũ ſunt iuriſdictionis eminẽtiſſi/
me.Ex quo arguit̃ ꝙ Petrus nõ fuerit maior
collegio apoſtoloꝝ ⁊ per ꝯñs nec papa vlĩ cõ
cilio. Undecimo ſic.Eleutherius papa di/ Undecimum
cit in.c.q̃uis.iij.q.vi.ꝙ a cetu apoſtoloꝝ: quẽ
generalis ſynodus repñſentat diffinitũ eſt nõ
niſi romanũ põ.debere diffinire põtificũ accu
ſationes.Item Julius papa dicit in.c.dudũ.
iij.q.vi.a ſanctis aplis ⁊ ſic ab eoꝝ cetu ſtatu/
tũ fuiſſe nõ oportere abſq; ſentẽtia romani põ
ti.concilia celebrari que quidẽ inquiũt aduer
ſarij euidẽtiſſime demonſtrant ſuperioritateꝫ
congregatoꝝ aploꝝ ⁊ ꝯñter ꝯcilij vlĩs in Ro
manũ pon.cũ ex eoꝝ decretis ⁊ nõ ecõtra Pe
tri poteſtas fuerit ſublimata.plane ⁊ ſi diffini
tionẽ cauſe accuſati epi trãſtulerit cetus apo
ſtolic⁹ in romanũ pon.nõ tñ illam a ſe abdica
uit ⁊ ꝯñter nec a ſynodo gñali vt eſt clariſſim⁹
textus.iiij.q.v.ca.quiſq̃s. Duodecimo argu Duodecimum
unt ſic Ro.pon.tenet̃ obedire ſtatutis vniuer
lis cõcilij ⁊ illa ſeruare nec poſſe ſoluere.vt pꝫ
in.c.ſicut.di.xv.inquit Greg.⁊ etiam idem ha
bet̃.c.cõtra.xxv.q.i.⁊ per multa.c. ibidem. er/
go ⁊c̃. Tredecimo ſic.ſentẽtia romani pon Decimũtertiũ
ti.examinatur in concilijs vniuerſalibus.ḡ vi
detur ꝙ vniuerſale concilium ſuperi⁹ ſit ptãte
⁊ aucte romano pon.ꝯña videtur nota.añs ni
tuntur oſtendere tribus exemplis. Primo de
depoſitione Dioſcori facta per leonem papaꝫ
que fuit examinata in concilio Calcedonen/
ſi.Secundo de depoſitione Pyrri et Sergij

facta per martinū papā in ſynodo romana q̄
fuit examinata in ſynodo cōſtātinopolitana.
Tertio de depoſitione focij cōſtantinopolita
ni que fuit ꝑ nicolaum ⁊ adrianū romanos pō
tifices que poſt examinata fuit in. viij. ſynodo

Decimūquartū.
Decimoquarto ſic auctãte beati Ambro. in
epl̄a. lxxij. vbi ipē referēs epl̄am beati damaſi
pape directā iudicibꝰ deputatis a capueñ. ſy-
nodo in cauſa bonoſi epi ſic dicit eū dixiſſe ꝓ
veritate vel ꝓ modeſtia noſtrā ſentētiā ſciſci-
tari voluiſtis: ſed cū huiuſmodi fuerit cōcilij
capuenſis iudiciū vt finituri bonoſo ac eiꝰ ac-
cuſatoribꝰ iudices tribuerēt ⁊ p̄cipue macedo
nes qui cum ep̄o thaſſaloniceñ. de eius factis
agnoſcerēt aduertimꝰ ꝙ nobis iudicandi for-
ma cōpetere nō poſſet. Naꝫ ſi integra eſſet ho
die ſynodus recte de his que comp̄hendit ve-
ſtroꝝ ſcriptoꝝ ſeries decerneremus. veſtrū ē
ergo q̄ hoc recepiſtis iudiciū ſentētiā ferre de
oīmibus: vicem em̄ ſynodi accepiſtis quos ad
examinandū ſynodus elegit. deniq; cū boſſus
ep̄s poſt iudiciū veſtrū miſiſſet ad fratrē nr̄m
Ambroſiū qui eius ſentētiā cōſuleret interdi-
ctam ſibi eccl̄iaꝫ interrūpere ac ingredi reſpō
ſum eſt ei ꝙ nihil temerandū foret ſed oīa mo
deſte patiunt̄ oportere ferenda nec contra ſen
tentiā veſtrā tentandū aliq̄d vt qꝺ videretur
vobis iuſticie cōuenire ſtatueretis q̄bus hec
ſynodus dederat auctãtē. Et ideo p̄mū eſt vt
hi iudicent q̄bus iudicandi facultas ē data.
vos em̄ totius vt ſcripſimꝰ ſynodi vice diſcer-
netis: nos em̄ quaſi de ſynodi auctãte iudica-
re nō cōuenit ⁊c. ⁊ infra ſubiungit ſic: vnde ve
ſtre normā expectamus ſentētie. hec ibi. Ex h̄
arguūt aduerſarij ꝙ romanꝰ pontifex fatet̄ ꝙ
ſi ſynodus integra fuiſſet hoc eſt ſi alteri cau-
ſam non delegaſſet ipm̄ de cauſa potuiſſe co-
gnoſcere: ſed qꝛ ſynodus alij delegando preue
nit dicit ſe iudicandi onus nō poſſe aſſumere
cū illi ſynodi vice decernāt: ſibi aūt de ſynodi
auctãte iudicare nō cōuenit cū tamē ſi ipſe ſy-
nodo ſuperior foret aduocare poſſet cauſam ꝑ

Decimūquintū
ſynodū delegatā. de appel. c. Ut noſtrū. De-
cimoquinto ſic. ex auctoritate eiuſdē Ambro.
qui in quadā prefatōe dedicatōis altaris ma-
ioris eccl̄ie Mediolaneñ. inter alia dicit ſic: ꝑ
xp̄m dn̄m noſtrū qui eminētiā ptātis accepte
eccl̄ie cōtulit quā pro honore ſuſcepto reginā
cōſtituit ⁊ ſponſam cuiꝰ ſublimitati vniuerſa
ſubiacer ⁊c. Ex quo arguitur ſic ex aduerſo: ſi
igit̄ eminentiā ptātis accepte contulit eccl̄ie
vniuerſa eius ſubijciens ptāti neceſſario con-
tulit quod in eandē tranſtulit ptātem ſummū

Decimūſextū
ponti. iudicandi in caſu neceſſario. Decimo-
ſexto ſic auctãte bti Hiero. qui in ca. Legimꝰ.
diſt. xciij. dicit ſic. ſi auctoritas queritur orbis
maior eſt vrbe. Ex quo arguit̄ ex aduerſo ꝙ ſi
auctãs orbis maior eſt vrbe romane eccl̄ie. er
go cōcilij vniuerſalis potius ⁊ maius eſt iudi-
cium in quo rep̄ſentatio eſt orbis. Decimoſe Decimūſeptimū
ptimo auctãte eiuſdē Hiero. ſic. Hieronymꝰ
loquēs in quadā epl̄a ad Damaſuꝫ papam de
ſupremo ordine eccl̄ie ſcilꝫ ep̄ali ſic ait. de hoc
officio amplius diſputare nō poſſuꝫ qm̄ q̄cq̄d
in clericis conſecratū eſt prediximus ep̄m ſolū ha-
bere. manifeſtū eſt in illis partes ⁊ mēbra vir
tutū in ep̄o plenitudinē diuinitat̄ corporalit̄
habitare: atq; ita eſt vt in ep̄is deū in preſby-
teris ap̄los qui ⁊ ip̄i ſunt recognoſcas. ⁊ .j. oēꝫ
em̄ ptātem deꝰ diſcipulis dedit: ⁊ moyſen do-
minū dici voluit pharaonis. Ex hoc arguit̄ ex
aduerſo ꝙ ſi dn̄s deus oēm poteſtatem dedit
diſcipulis ſuis ſequit̄ ꝙ ⁊ poteſtatē ſupra ro-
manū pontificē dedit ap̄lis cōgregatis quoꝝ
vices rep̄ſentant ep̄i congregati in vniuerſa-
li concilio. cōſequentiā ꝓbare nitunt̄ ꝑ hoc ꝙ
ap̄lus loquens de xp̄o ad Heb. ij. ſup illud ps.
Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. dicit in eo
qꝺ dicit oīa ſubiecit nihil dimiſit non ſubie-
ctum ei. Decimooctauo ſic ex dictis bti Au- Decimūoctauū
guſtini in epl̄a q̄dā quā ſcribit ad gloriū eleu-
ſium ⁊ felicē grāmaticū qui aduerſus donatū
⁊ aliquos alios calūniatores ſententiam quā
melchiades papa cū ep̄is q̄buſdā ꝓmulgaue-
rat in cecilianū ep̄m in ſuo ep̄atu confirmaue
rat ſcribēs ita dicit. Ecce putemus illos ep̄os
qui rome iudicarūt nō bonos iudices fuiſſe. re
ſtat adhuc plenariū vniuerſalis eccl̄ie cōciliū
vbi etiā cū ip̄is iudicibꝰ cauſa poſſet agitari ⁊
ſi male iudicaſſe cōuicti eſſent eoꝝ ſentētie ſol-
uerent̄. Ex hoc arguit̄ ex aduerſo ꝙ ſententia
data per romanū pon. ſi recta nō fuerit retra-
ctari poſſet ꝑ vniuerſalē ſynodū tanq̄ per tri-
bunal ſuperiꝰ. Decimonono ſic ex dicto Au- Decimūnonum
guſtini q̄ in ca. Puto. ij. q. vij. ita dicit. Cū pe-
trus a paulo poſteriore corrigit̄ ⁊ pacis veri-
tatis vinculo cuſtodito ad martyriū ꝓmouet̄
q̄to facilius ⁊ fortius qꝺ per vniuerſe eccleſie
ſtatū firmatū eſt vel vnius ep̄i auctoritati vel
ꝓ vnius ꝓuincie cōcilio preferendum eſt. Ex
quo ex aduerſo concludunt̄ duo. Primū eſt ꝙ
petrus licet eſſet ſummus pontifex non recte
agens a paulo bene ſentiente licite argui po-
teſt. Secūdū eſt ꝙ ſtatutū vniuerſalis cōcilij
ſtatu cuiuſlibꝫ ep̄i etiā romani preferendū ſit.
Uigeſimo ſic ex glo. in. c. Anaſtaſius. di. xix. Uigeſimū
vbi ponit̄ ꝙ vbi de fide agit̄ tūc ſynodus ma-
ior eſt papa. Uigeſimop̄mo ſic. conciliū vni- Uigeſimūprimū
uerſale nō poteſt errare in fide vt videt̄: papa
vero ſic: vt in. c. Si papa. di. xl. ergo ꝯciliū vl̄e

Uigeſimūſecun-dum. eſt ſuperi⁹ romano pon. Uigeſimoſecundo
ſic.ex geſtis octaue ſynodi vbi reperit̃ dixiſſe
zacharias ep̃s contra ſentẽtias Nicolai pape
⁊ Adriani ſummoꝝ pōtificū ⁊ omniū patriar-
charū.canon'princeps eſt ⁊ ẜm illū agẽtes ni-
hil faciūt extra illud qđ decet.cū ṽo extra hūc
faciūt ſiue papa Nicolaus ſiue alius quis nō
acq̃eſcimus.ergo videt̃ ꝙ ſi canō ſit princeps
Uigeſimūtertiū. pape ꝙ ꝑ ꝯñs ꝯcilium. Uigeſimotertio ſic
ꝯcilium vl'e iudicat ⁊ deponit papam.ẜ con-
cilium vl'e eſt auctoritate ſuperi⁹ papa. ꝯña ē
manifeſta:q2 hmōi iudiciū nō eſt niſi ſuperio-
ris.vt patet ex.c.inferior.di.xxi.añs etiā patz
Uigeſimūq̃rtuz. tū ex.c.preallegato.ſi papa.di.xl.tuz ex practi
ca ſepe habita in eccleſia. Uigeſimoquarto
ſic:ſi conciliū vniuerſale nō eſt maioris aucto-
ritatis ꝙ̃ papa tunc fruſtra ſit celebratio vni-
Uigeſimūq̃ntū. uerſaliū conciliorꝝ.ſed hoc nō eſt dicendū: er-
go idem qđ prius. Uigeſimoquinto ſic.i.c.
de quibus.di.xx.traditur ordo talis ſeruãd⁹ in
ſolutione alicui⁹ q̃ſtionis vt primū recurrẽdū
ſit ad ſcripta veteris vel noui teſtamẽti. ſcđo
ad canones apl'oꝝ vel ꝯciliorꝝ.tertio ad decre
ta ⁊ decretalia ſummoꝝ pontificū. Ex quo ar
guunt aduerſarij ꝙ conciliū vl'e cuius ſunt ca
nones ſit ſuperioris auc̃ris ꝙ̃ romanus pon.cu-
ius ſunt decretalia. Alia argumẽta tangẽtur
cum de appellatione.j.erit ſermo ⁊ alia tacta
ſunt in ſcđo li.circa.c.xcvij.

Capitulū.xlvi. In quo r̃ndetur obiectionib⁹ p̃fatis.

Caplm. XLVI

# Is nō obſtanti

b bus quib⁹ facile eſt reſpōdere li
cet ſint multa numero ſtandum
videtur firmiter in ſentẽtia pri
us poſita videlicet ꝙ papa xp̃i gñalis vicari⁹
⁊ vices ſuas ⁊ locū tenens in terris: nō ſolum
quolibet prelato eccl'ie ꝑticulari eſt auc̃te ma
ior atq3 ſuperior:ſed etiam concilio vl'i ex om-
nib⁹ alijs mundi p̃latis congregato.vnde di-
Ad primū argu. cendū eſt ad ſingulas rationes. Ad primā
reſpōdem⁹ ſicut alias in ſecūdo li.c.xcviij. r̃n-
ſum eſt pleniſſime vbi in ꝯcluſione habitū eſt
ꝙ per ly eccleſiā ad quā ſicut ad iudicẽ videt̃
quiſq3 fidelis remitti i auctoritate illa Mat.
xviij.dic eccleſie:nō eſt regulariter accipiẽda
vl'is eccleſia nec ꝑ orbem diſperſa nec in vnuz
ſynodaliter ꝯgregata:ſed p̃latus eccl'ie iuxta
expoſitionẽ Criſo.beati Aug.⁊ beati Thome
⁊ q̃ſi oium doctoꝝ antiquoꝝ. Ad illa aũt teſti
monia inducta ꝑ aduerſarios ad ꝓbãdum ꝙ
p̃fatus tex.dic eccleſie ſit intelligẽdus de ꝯci-
lio vniuerſali:reſpōdemus ꝙ falſum ſit ꝙ ali-
quis illoꝝ doctoꝝ voluerit hoc intelligere.qđ
patet diſcurrẽdo ꝑ ſingulos. Nō quidẽ beat⁹

Grego.cum ait.reſtat vt eccleſiã habeã adhi- Ad ꝓbationẽ pri-mam.
bere q̃n ibi eccl'iam nō vniuerſalẽ eccl'iam q̃
collectio eſt omniū fideliū nec ſynodū vniuer
ſalẽ vocat ſed diſciplinã aut cẽſuram eccleſia-
ſtice auctoritatis:qđ pȝ manifeſte ex duobus.
Primo ex forma ẜmonis:ait em̃.ſi in mea cor-
rectione deſpiciar reſtat vt eccl'iam debeã ad
hibere:qđ nihil aliud videt̃ ſonare ꝙ̃ ſi in mea
correctiōe quã ſepe feci meis litteris ⁊ per nū
cios meos deſpiciar reſtat vt diſciplinã eccle
ſiaſticã adhibeã puta excōmunicationis vel
ſuſpenſionis. Secundo colligit̃ hoc idẽ ex ge
ſtis beati Greg. circa illã cauſaȝ q̃n deſpect⁹
beat⁹ Greg.in correctōe ſua a prefato Joh.pa
triarcha ꝯſtantinopolitano:nō adhibuit vni-
uerſale conciliū ad correctionẽ illius ſed diſci
plinã eccleſiaſticã.vñ mãdauit reſpōſalib⁹ ſu
is quos ad conſtantinopolim mittebat ne cō-
municarẽt cū eo in diuinis.Unñ idẽ Greg. ſcri
bens imꝑatori mauricio de eodẽ dicit eundeȝ
fratrẽ ⁊ conſacerdotẽ meū ſtudioſe admonere
curaui vt ſi pacẽ oim concordiamq3 deſiderat
a ſtulti vocabuli appellatōne compeſcat. Itẽ
in ep'la ſequenti ad Eugeniū ep̃m alexandri-
num ⁊ Anaſtaſiū ep̃m antiochenū de cyriaco
patriarcha qui ſecut⁹ fuerat Joh.in vſurpati-
one nois vniuerſalis dicit ſic. Meus ṽo dya
conus cū predicto fratre noſtro cyriaco miſſa-
rum ſolẽnia celebrare nō debet:q2 ꝓphanum
vocabulū culpa ſupbie aut cōmiſit aut ſequit̃
ne ſi ( qđ abſit ) ei tali elatione poſito proce-
dit:vanitatẽ ſtulti nois cōfirmare videamur:
eundem vero fratrẽ admonere ſtudui vt ſe a
tali ſuperſtitione corrigat:q2 ſi hanc nō corre-
xerit pacẽ nullo modo nobiſcū habebit. Item
in ep'la alia ad eundẽ cyriacum patriarcham
ita ſcribit. Cū ea charitate q̃ dignū eſt ſtude-
mus vt ꝓphanã elationẽ peruerſi ſuperbiq3
vocabuli ſcãdalū de medio eccl'ie feſtinet̃ au-
ferre:ne a pacis nr̃e ſocietate diuiſi iueniri poſ
ſitis. h̃ ille. Ecce q̃d btũs Greg. vocat eccl'iaȝ
quã adhibere vel adire voluit q2 nō niſi eccle-
ſiaſticã cenſurã quã ip̃e facere poterat. Secū
do reſpōderi pōt ꝙ dato ꝙ btũs Greg.ꝑ eccle
ſiam ibi conciliū vniuerſale intelligere voluiſ
ſet nō ſequit̃ ꝓpt̃ hoc ꝙ conciliū vniuerſale ſit
ſuperi⁹ auc̃tate romano pon.cū vt ip̃e Grego.
ſcribens imperatori mauricio contra prefatū
Joh.patriarchã conſtantinopolitanū dicat.
Ecce claues regni celeſtis accepit petrus:po
teſtas ei ligãdi ⁊ ſoluẽdi tribuit̃: cura ei toti⁹
eccl'ie ⁊ ꝑncipatus cōmittit̃ ⁊ tñ vniuerſalis
apl'us nō vocat̃.vnde non eſt accipiendum ꝙ
adhibiturus erat eccl'iaȝ tanꝙ̃ tribunal mai⁹
ſed ad maiorẽ cōfuſionẽ ⁊ erubeſcentiã illius

queadmodū inquit glo. Hiero. ſup illō Mat. xviij. dic eccl'ie vt ſcȝ maiorē erubeſcentiā patiatur. poſt hec oīa ſequit̄ excōicatio q̄ fieri debet p os eccl'ie. i. per ſacerdotē. Qđ vero ſecūdo inducit̄ ex ca. Precipue. xi. q. iij. etiā non facit p aduerſarijs: q2 cū nicolaus papa dicit q̄ dicam⁹ eccl'ie: noīe eccl'ie nō intelligit vniuerſalē eccl'iam vel vniuerſale ꝯciliū ſed ſeipſ deſignat vt in iudicio p̄ſidētē. Nam vt ſctūs Tho. tam in. iiij. di. xix. q̄ in. ij. ij. q. xxxiij. ꝯtractans intellectum prefate auctātis. Si peccauerit in te ⁊c. dic eccl'ie: dicit q̄ dicere prelato in iudicio p̄ſidenti eſt dicere eccl'ie: ⁊ q̄ ita ſit in p̄ſenti loco p3 p glo. p̄fati. c. que ita habet̄ ſic ergo in cauſa denūciatōnis idē pōt eſſe iudex accuſator ⁊ teſtis. extra de ſymo. c. Licet. Qđ vero tertio inducit̄ ex alberto magno nō facit p aduerſarijs ꝑpter duo. Primo q2 falſū eſt q̄ ita albertus magnus dixerit ſicut allegatur ſed verba ſua formalia ſunt q̄ ſequunt̄: dic eccl'ie. i. prelato in cōſpectu vel ſynodo ita q̄ ſynodo ē ablatiui caſus ſicut ly cōſpectu. Secundo q2 dato q̄ diceret albertus ſicut inductum eſt ex aduerſo nō ſequit̄ ꝑpt̄ hoc aliq̄ ſuperioritas in ſynodo ſupra romanū pōtificem vt manifeſtū eſt. Ad ſecūdā rationē p̄ncipalem de actib⁹ aploꝝ. viij. c. reſpōdet̄ q̄ falſum eſt q̄ ſemp miſſio importet ſupioritatē in mittente reſpectu pſone miſſe vt pleniſſime oſtēdim⁹ in. ij. li. c. xiiij. ibi vide. Ad tertiā que ſumitur ex illo Act. xv. ſurgēs ⁊c. dicendū q̄ parum valet q̄m btūs petrus nō dicit̄ ſurrexiſſe ad loquēdū ꝑpter reuerentiā exhibendā alijs apl'is tanq̄ maioribus aut ſubiectionē oſtēdendam cū p̄nceps eſſet aploꝝ ⁊ caput apl'i chori ſed vt in tanta multitudine meli⁹ audiret̄. vt Nicolaus de lyra exponens illud Act. xi. exurgens petrus dicit. Et ſimili modo reſpōdetur ad aliā obiectionē aduerſarioꝝ qua arguūt ex eo q̄ p̄ſidentes pape legunt̄ quādoq3 cū deberent loqui ſurrexiſſe in cōcilijs vniuerſalibus: ſicut in. vi. concilio in actione. i. Ad quartā de ſynodo. viij. reſpōdetur q̄ auctas illa ſano oculo bene viſa cōſideratis etiā que p̄cedunt nō facit aliq̄d p aduerſarijs ſed magis contra qđ ſic p3. dicit eñ ſynodus illa q̄ ſi aliq̄ ambiguitas orta fuerit de eccl'ia romana liceat venerabiliter ⁊ cū ꝯueniēti reuerētia ſciſcitari. i. perſcrutari de illa ⁊ ſic venerabilit̄ perſcrutādo ſolutionē accipere aut ꝑficere aut ꝑfectuȝ facere nō tñ audacter ſententiā dare ⁊ q̄ſi rationē aſſignās ſubiungit ꝯtra ſummos ſenioris rome pōtifices. plane roman⁹ pontifex nō eſſet ſummus ſi cōtra eum ex ſuperioritate q̄s poſſet ſentētiā dare. ꝯſeq̄ntia vero quā aduerſarij faciunt dicendo q̄ ſynodus ⁊ ſi nō audacter tamē reuerent̄ poſſet ferre ſentētiā cōtra romanū pontificē eſt nulla: q2 in hoc vacat argumentū a cōtrario ſenſu q2 nō eſſet reuerētia ſed irreuerentia ⁊ cōfuſio ⁊ temeraria p̄ſumptio cōtra ſummū pontificē inferiores pōtifices ferre ſentētiā. Similia notat Archi. in. c. Non decet. di. xij. ſup illo verbo p̄ceptis apoſtolicis nō dura ſupbia reſiſtat̄ ita dicens: vacat hic argumentū a cōtrario ſenſu q2 nō eſſet humilitas ſed ſupbia: nō diſcretio ſ; indiſcretio ſi ei reſiſtatur. Ad quintā que ſumitur ex declaratiōe facta cōſtantie p patres aliquos obediētie Joh. xxiij. ſic in ſua obediētia nominati ſufficient̄ reſpōdim⁹ ſupra li. ij. c. xcix. ibi vide. Ad ſextam que ſumit̄ ex bulla dñi martini reſpōdetur negando cōſequētiā: q̄m ex ſ; q̄ ſynodus vniuerſalis dicat̄ ſuprema int̄ alias eccleſias nullo modo ſequit̄ q̄ auctoritat̄ ſuperioritate ſit ſupra caput ſuū qđ eſt romanus pōtifex: maxime cū tota auctoritas ip̄oꝝ concilioꝝ ⁊ nomen ⁊ dignitas ab apoſtolica ſede in qua dñs totius eccl'ie poſuit p̄ncipatū cenſeatur dependere. vt di. xvij. per totū. Ad ſeptimā que ſumit̄ ex ca. Quiſquis. xxxv. q. ix. reſpōdet̄ q̄ aduerſarij in duob⁹ peccant. Primo quia male allegant auctoritatē. Secūdo quia ex illa male concludūt. p̄mū p3: textus eñ ille non habet ſicut induct⁹ eſt ſed ſic. dicit eñ Hylarius papa qđ ſcȝ conſtitutū per eum vt deinceps poſſit tenacius cuſtodiri ſi placȝ oēs vos ſentētias ⁊ ſubſcriptiones ꝑprias accōmodate ⁊c. ſecūdū p3 ſcȝ q̄ ex illo textu male arguat̄ ex aduerſo: q̄m papa Hylari⁹ nō requirebat ſentētias ⁊ ſubſcriptiones patruȝ illius ſynodi tanq̄ ſuperioris tribunalis aut maioris ꝑtātis: ſed quia omniū eoꝝ interuenientе conſenſu ⁊ approbatione tenacius: vt habet text⁹ ſentētia ſua ac inſtitutio cuſtodiret̄. ſuperius eñ diximus q̄ conſenſus ⁊ approbatio ſynodi multū operat̄ tam ad faciliorē obediētiā ſtatutoꝝ ro. pon. q̄ ad firmiorē cuſtodiam eoꝝ. Preterea ſi aduerſari⁹ cōſideraſſet plene tex. illū magis inueniſſet cū ꝯtra ſe q̄ p ſe. Pmū ex eo q2 papa in illo cōcilio dr̄ preſidere. ſecundo ex hoc q̄ ip̄e ſolus regulā dabat in reformatōe eccl'ie ⁊ ſynodus aſſentiēdo cōcurrebat. Ad octauā que ſumit̄ ex. c. Bene. diſt. xcvi. reſpondet̄ q̄ in nullo fauet aduerſarijs ſ; maxime cōfirmat ꝑpoſitū p3. q̄m in iſto loco nō petit papa vt ſynodus ſententiet auctoritatiue tanq̄ ſupior iudex q̄d agēdū ſit de illa ſcriptura: ſ; tñ vt cōſulat ſiue dicat q̄d appareat ſue diſcretōis iudicio vtrū aliq̄d roboris hēat illa ſcptura vel nō. vñ oēs illi epi q̄ reſpōderūt

Marginalia: Ad pbationē ſecundam — Ad tertiam — Ad ſecūdū argu. — Ad tertium — Ad quartum — Ad quintū — Ad ſextum — Ad ſeptimū — Ad octauū

ꝙ nullius eſſet roboꝛis aſſignauerunt hanc ra
tionē q2 ap̄lice ſedis que ſtatutis ſynodalib⁹
ꝯſueuit tribuere firmitatē nō erat auc̄tate ro
boꝛata. Preterea hoc idē fit manifeſtū ex ver
bis ipſius ſynodi q̄ locuta eſt poſt p̄fatos ep̄os
ſic dicēs. licȝ ſm ꝓſecutionē venerabiliū fra-
trum noſtroꝝ laurētij petri ⁊c̄. nec apud nos
habet᷑ incertū hanc ipam ſcripturā nulli⁹ eſſe
momēti verūtamē ⁊ ſi aliq̄ poſſit rōne ſubſiſte
re om̄ibus modis in ſynodali cōſpectu proui-
da beatitudinis tue ſentētia eneruari ꝯuenie
bat ⁊ irritū deduci ⁊c̄. Ecce ꝙ ſynodus cogno
ſcens p̄ncipatū auc̄tatis eſſe apud romanum
pontificē ꝓfitet᷑ ad ipam ſpectare in ſynodo
ſentētiā diffinitiuā dare q̄d agēduȝ eſſet circa
p2efatā ſcripturā vel declarando nullius eſſe
roboꝛis vel caſſando ſiue irritando illā ⁊ non
Ad nonum ad ſynodū. Ad nonā que ſumit᷑ ex. §. Itē ſy-
machus. reſpōdet᷑ ꝙ nō fauet in aliquo aduer-
ſarijs. Tum p̄mo q2 ſynodus illa auc̄tate ipi⁹
ſymachi pape ꝓcedebat. Tum ſecūdo q2 dato
ꝙ in caſu aliquo vtpura ꝙ papa incuſaret᷑ de
hereſi aut ſpoliat⁹ ⁊ reſtituēdus veniat vel nō
ꝯciliū eſſet iudex cōpetēs: iuxta notata ꝑ do-
ctoꝛes in ca. Si papa. di. xl. nō ꝓpter hoc ſeq̄t᷑
ꝙ cōciliū ſupꝛa papā verū ac indubitatū eſſet
Ad decimū ſuperioꝛitate auc̄tatis. Ad decimā que ſumi
tur ex. c. Prouidērie ⁊c̄. reſpōdet᷑ ꝙ nihil facit
ad ꝓpoſitū aduerſarioꝝ ꝓpter multa. Primo
q2 ap̄li ſimul congregati ſynodalit᷑ nō legunt᷑
diſtinxiſſe aliq̄s ꝓuincias aut conſtituiſſe ali
quos patriarchas ſiue p̄mates ſiue archiep̄os
⁊c̄. Secūdo q2 ⁊ ſi ap̄li diſperſi ꝑ mūdū p̄dicā
do ⁊ cōuertēdo populos ad fidē xp̄i crexerint
aliquas eccl̄ias ⁊ cōſtituerint aliquos p̄latos
hoc fecerūt auc̄tate beati petri q̄ princeps eo-
rum erat: ⁊ q2 qđ per eccl̄ie romane auc̄tatem
factū eſt ipa eccl̄ia romana dicit᷑ feciſſe. dicit
em̄ nicolaus papa in. c. Oēs. di. xxij. Oēs ſiue
patriarche cuiuſlibet apicē ſiue metropoleon
p̄mat⁹ ac epiſcopatuū cathedras vel eccleſia-
rum ſiue cuiuſcūq3 oꝛdinis dignitatē inſtituit
romana eccl̄ia illam vero ipſe ſolus fundauit
⁊ ſupꝛa petram fidei mox naſcentis crexit qui
beato petro et̄ne vite clauigero terreni ſimul
Ad vndecimum ⁊ celeſtis imperij iura cōmiſit. Ad vndecimā
que ſumit᷑ ex. c. Nuis. ⁊. c. Dudū. iij. q. vi. reſpō
detur p̄mo ꝙ falſum dicūt aduerſarij videlicȝ
ꝙ cetus ap̄loꝝ q̄ſi ſynodalit᷑ congregat⁹ talia
diffinierit nec h̄ dicūt capitula inducta. Se-
cundo reſpōdet᷑ ꝙ dato ꝙ ita eſſet qđ aduerſa
rius dicit videlȝ ꝙ a cetu ap̄loꝝ q̄ſi ſynodalit᷑
cōgregatoꝝ fuerit diffinitū nō niſi romanum
pontificē debere diffinire accuſatōnes epiſco
poꝛum ⁊ congregare vniuerſalia concilia: nō
ſequitur ex hoc ꝙ aliqua ſuperioꝛitas ſit in cō
cilio ſupꝛa papam aut fuerit in cōcilio ap̄loꝝ
ſupꝛa petrū. Tum p̄mo q2 talis diffinitio non
contulit petro aliquā ſublimitatē ſicut falſe ⁊
erronee intelligit aduerſarius ſed bn̄ declara
uit id qđ rōne primatus petro debebat᷑. Tum
ſecūdo q2 falſum eſt qđ ſubiungit aduerſarius
ꝙ cetus ap̄loꝝ trāſtulerit in petruȝ auc̄tatem
tam de cōgregandis cōcilijs vniuerſalibus ꝙ
de determinatōne cauſarū ep̄oꝝ: qm̄ nihil au-
ctoꝛitatis roma. pon. ab ap̄lis alijs ſuſcepit ſ3
potius ipſi ab eo: vt ſuperi⁹ li. ij. ca. liiij. multi-
pliciter oſtēdimus. ⁊ habet᷑ in ca. ita dn̄s. diſ.
xix. ⁊ in. c. Loquit᷑. xxiiij. q. i. qđ vero aduerſarij
inducunt de ca. Quiſq̄s. vbi videt᷑ ꝙ olim pri
mas vel conciliū deponebat ep̄m parū valet:
q2 hoc fuit de licētia pape: vt dic̄ glo. in. c. Ac-
cuſatis. iij. q. vi. Ad duodecimā in qua dicit᷑ Ad duodecimuȝ
ꝙ papa teneat᷑ obedire ⁊c̄. reſpondet᷑ ꝙ dupli
citer poteſt intelligi papā teneri obedire ſta-
tutis cōcilij vniuerſalis. vno modo q2 ſtatuta
ſunt cōcilij vniuerſalis: ⁊ ſic dicimus ꝙ falſuȝ
eſt ꝙ papa teneat᷑ neceſſario obedire ſtatutis
cuiuſcunq3 concilij: qm̄ taliter teneri obedire
ſtatutis alterius deſignat inferioꝛitatē in eo
qui obedire tenet᷑: cum aūt papa ſit ſup om̄ia
concilia vt pꝛobatum eſt hoc modo: nullo mo-
do dicendum eſt teneri de neceſſitate obedire
cuicūq3 niſi deo qui ſolus eſt eo ſuperioꝛ: ſicut
de hoc nos infra pleni⁹ loquemur. Alio modo
poteſt intelligi teneri obedire ſtatutis conci
lij non quia ſunt ſtatuta concilij ſed quia ſunt
de tali materia puta fidei: aut ſunt ſpectātia
ad ius diuinum ſicut potiſſime ſunt ſtatuta ſi-
ue diffinita pro maioꝛi parte quattuoꝛ conci-
lioꝛum vniuerſalium de quibus Grego. loqui-
tur in. c. Sicut. di. xv. ⁊. c. Cōtra. xxv. q. i. ⁊ alia
ſimilia. ⁊ hoc modo obedire teneri ſtatutis cō
cilioꝝ appꝛobatis tamē per ſedē apoſtolicam
rōne materie de qua loquunt᷑ nō arguit ſupe-
rioꝛitatē in concilijs ſupꝛa papam ſicut nec in
p̄deceſſoꝛe ſi ſimilia ſtatuat que cōcernūt fidē
aut ius diuinū. ſicut Greg. in. c. Si ea. xxv. q. i.
dicit. Si ea deſtruerē que anteceſſoꝛes noſtri
ſtatuerunt non conſtructoꝛ ſed euerſoꝛ eſſe cō
pꝛobarer: ⁊ hoc ē quia talia ſic diffinita in cō-
cilijs vniuerſalibus nō habent robur a conci-
lijs ſed a iure diuino cui ſubijcit᷑ papa. vn̄ etiā
glo. ſup ca. Sicut. di. xv. dicit ſic. videt᷑ ergo ꝙ
papa nō poſſet deſtruere ſtatuta ꝯcilij ſed in-
tellige qđ hic dicit᷑ contra articulos fidei. Itē
dn̄s Archi. in roſario ad idē reſpondens dicit
ſic. fateoꝛ in his que ad fidē pertinēt ⁊ genera
lem ſtatū eccl̄ie: in alijs pōt ꝯtra ſtatuta cōci-
lioꝝ venire. Ad tredecimā que ſumit᷑ de exa- Ad decimūtertiū

minatione ſente ntiarū pape reſpōdeꝫ negan
do aſſumptū: dicimus eñ ꝙ falſum eſt ꝙ vnꝗ̃
ſentētia romani pon. habita ſit tanꝗ̃ ſuſpecta
de veritate aut iuſticia in aliquo concilio vni-
uerſali ⁊ inde veniſſe in eo examinanda. vnde
Agapto papa ſcribēs impatoribꝰ ad ſextā ſy-
noduꝫ de legatis quos mittebat ita inq̇t: qui
ſuggeſtionē in qua apoſtolice noſtre fidei con
feſſionē prelibamus offerre debeant nō tñ tā-
ꝗ̃ de incertis contēdere ſed vt certa atq̧ imu
tabilia cōpendioſa diffinitione ꝓferre ſimpli
citer. Ea vero que inducta ſunt ex aduerſo ad
ꝓbandum: aiñs nullꝰ ſunt roboris ſi geſta pre
fatoꝝ concilioꝝ recte ponderētur. Sentētie
quidē romanoꝝ pon. ꝯtra prefatos hereticos
nō ſunt refutate aut lecte in ſynodis vt exami
narētur per ſynodum ſed prout ex geſtis p̄fa-
torum ꝯciliorum colligitur hoc factū eſſe vide
tur duplici ratione. Primo vt oībus patribus
exiſtētibus in ꝯcilio noticia fieret ſentētiaruꝫ
que date erāt a romano pon. vnde in ſexta ſy-
nodo Georgius archieps Cōſtantinopolita-
nus ⁊ que ſubeſt ſynodus dixerūt ad īperato-
rem: petimꝰ veſtrā tranquillitatem ſuggeſtio
nes directas ad a deo inſtructā veſtrā fortitu
dinē tam ab Agaptōe ſanctiſſimo papa apo-
ſtolice ſedis antique rome ꝗ̃ ab eius ſynodo
relegantꝫ vt auditū capiamus quatenꝰ ⁊ nos
cognitionē accipiamus totiꝰ virtutis que in
ipſis ꝯtinentur. hec ille Item in octaua ſyno
do in. v. actione habeꝫ ꝙ cum Focius ductus
in p̄ſentia ſynodi interrogatꝰ a ſynodo ip̄a an
aplice cathedre iudicia tā de ſe ꝗ̃ de Ignatio
p̄riarcha ꝓmulgata amplecteretur ⁊ ille tace
ret: vicarij ſenioris rome dixerūt. ecce homo q̇
obturat aures ſicut aſpis ſurda ⁊ nō audit vo
cem quā ei ſancta ſynodꝰ obijcit ſed vult per
hoc ſilentiū effugere ꝯdēnationeꝫ quā ſancta
romana eccleſia ante multos annos ꝓmulga
uit aduerſus eū: verūtamen legātur epiſtole q̄
de eo miſſe ſunt a ſancta romana eccleſia. pla
cet ergo oībus vt legātur: ſancta ſynodꝰ dixit
placet. Ecce ꝙ ad petitionem vicarioꝝ pape
lecte ſunt eple iſte ⁊ hoc vt venirent in notici
am omniū ⁊ nō vt examinarēꝫ an iuſte vel ca
nonice eſſent. licet aūt poſt cōpletionem p̄me
epiſtole legantur vicarij pape dixiſſe ad ſyno
dū: ad hoc q̇d dicit ſancta ſynodus eſt canoni
ca expoſitōe plena epla hec an non? ⁊ rñderit
ſancta ſynodꝰ canonicam legē cōplet ⁊ ſyno-
dicam preceptōem ⁊ legiſlationē. nihilominꝰ
iſta nō ſunt facta aut dicta p viā examinatōis
qm̄ in actōe quarta eiuſdē ſynodi omēs epiſto
le ipſe lecte fuerūt iam acceptate ⁊ cōmenda-
te. nec interrogatio iſta vicariorum pape fuit

interrogatio dubitatiōis ita ꝙ dubitarent de
veritate epiſtolarum aplicarū ſed facta eſt vt
calūniā tollerent aduerſarioꝝ ſicut fuit q̄ſtio
illa Ioh. Math. xi. Tu quis es an alium expe
ctamꝰ. Item q̄ſtio xp̄i cū de lazaro querit: vbi
poſuiſtis eū: nō q2 ignoraret ſ; vt illi q̇ oſtende
rent ſepulchrū nō poſſent negare nec calūnia
ri. Ita hic interrogant vt ex reſpōſione danda
per ſynodū plenꝰ auferreꝫ calūnia hereticoꝝ
Secūdo q2 cōdeſcenſum ē vt corā ſynodo ipſi
iudicati ſiue cōdēnati audirenꝫ ſi quid vellēt
contra iudicata obijcere: tam vt obturarenꝫ
ora obloquētiū maxime q2 conquerebanꝫ licꝫ
falſe nō audiuiſſe depoſitionē ſuā. vñ dicebāt
audiamus depoſitionē noſtrā damnemur no-
bis audientibus ꝗ̃ vt iuſticia romani pontifi
cis illuſtrior fieret. q̇d patꝫ ex his que habenꝫ
in actione quarta octaue ſynodi vbi ſic legiꝫ.
Poſt hec magnificētiſſimi ⁊ glorioſiſſimi p̄n
cipes per bahanim ⁊c̄. ſup̄ eſt in. c. xxv. ad lon
gum. Ceterū hoc manifeſtū fit ex actōne q̄rta
vbi bahanis magnificētiſſimꝰ patritius dice
ret ꝙ focius ⁊ cōplices ſui ignorarent iudiciū
factū per papam cōtra eos ⁊ ideo deberet co-
ram ipis ſentētia cōdēnatōnis recitari. dicūt
ſic vicarij nicolai pape. nobis nō licꝫ reſcinde
re iudiciū ſacroꝝ romanoꝝ pontificuꝫ hoc eñ
ꝯtrariū eſt canoniq̄ inſtitutis: qm̄ p̄ſentes illic
per ꝓprios miſſos ⁊ rome demorātes cōtra ſe
ſentētiā ⁊ ꝓlatā damnationē in fociū ⁊ in ma
nus impoſitionē eiꝰ ⁊ audierūt ⁊ liquido didi-
cerunt. verūtamē vt manifeſtiorē eis iuſtā iu-
dicatōnē ſancte romane eccleſie faciamus in-
grediantꝫ ⁊ audiant legi ſynodicas diffinitio-
nes ⁊ iudicia beatiſſimi nicolai pape ⁊ certifi
cētur magis ac magis: magnificētiſſimi ⁊ glo
rioſiſſimi dixerūt hoc probū ⁊ bonū eſt hec ibi
Ex q̇bus verbis manifeſte ptꝫ ꝙ talis refrica
tio ſentētie romani pōtificis ratiōibꝰ aſſigna
tis facta in ſynodo ad inſinuationē prefatorū
p̄ncipū nullā in ſynodo ſuperioritatē ſupra ro
manū pōtificē arguit. Ad decimāquartā q̄ Ad decimū
ſumiꝫ ex epla beati Ambroſij reſpondeꝫ ꝙ ni
hil eſt in illa epla beati Ambro. q̇d in veritate
faueat aduerſarijs q̇d ex mr̄is colligiꝫ. Tum
p̄mo q2 cū illud cōciliū capuenſe fuerit ꝓuin-
ciale ⁊ nō vniuerſale ſi ratio ꝓcederet nō mo-
do vniuerſale ſ; etiam ꝓuinciale argueret eſſe
ſupra papā q̇d eſſ; error peior priore. Secūdo
diciꝫ ꝙ dato ꝙ eſſet vle conciliuꝫ epla in oībꝰ
illis partibꝰ ex quibus argumēta ſumunt ad-
uerſarij habet aliam intelligentiam ꝗ̃ aduer
ſarius pretendit. Nam cum ait Dama. pa-
pa nobis iudicandi forma competere non poſ
ſet: non eſt ſenſus ꝙ ipſe papa non haberet

facultatē iudicandi ſed dicit ꝙ forma iudicā⸗
di ſcʒ ꝑ modū delegatōis a cōcilio nō poterat
ſibi cōpetere cū ſcʒ eſſet ſuperioꝛ. Et hoc ē qᷦ
infra ſubiūgit. Nos em̄ quaſi de ſynodi aucto
ritate iudicare nō cōuenit qui ſcʒ xp̄i legatiōe
fungimur nō concilij veſtri. Cū vero cōſequē⸗
ter ait: nam ſi integra eſſet hodie ſynodus re⸗
cte de his q̄ cōpꝛehendit veſtroꝝ ſcriptoꝝ ſe⸗
ries diſcerneremꝰ. non eſt ſenſus ille quē dat
aduerſariꝰ dicēs ꝙ papa cōfiteat̄ ꝙ ſi ſynodꝰ
nō delegaſſet papa potuiſſet de cauſa cogno⸗
ſcere ſed qꝛ ſynodus delegando pꝛeuenit dicit
ſe iudicandi onus ſuſcipere nō poſſe. iſta ſunt
verba cōficta nec talia in pꝛefata littera cōti
nentur: ſed verus ſenſus ē Damaſus papa dic̄
ꝙ ſi ſynodus integra eſſet cōuenient̄ de cauſa
illa iudicaſſet aſſumēdo ad ſe iudiciū ſed quia
integra non erat qꝛ iam diſſoluta ⁊ iudiciū ex
parte ſynodi erat cōmiſſum illis iudicibꝰ q̊bꝰ
ſcribebat dicit cū ad ip̄m nō ꝑtineat talis foꝛ
ma iudicādi ſcʒ ꝑ delegationē a cōcilio ꝙ ipſi
q̊bus cauſa erat delegata pꝛimo iudicēt ⁊ ip̄e
expectabit noꝛmā ſententie eoꝝ ⁊ tūc poterit
ip̄e iudicare eoꝝ iudiciū appꝛobando aut diſ⸗
ſoluendo. vnde nulli dubiū eſt ꝙ ex hoc ꝙ pa⸗
pa noluit aſſumere ad ſe cauſas delegatas ꝑ
ſynodū ſed voluit ꝙ iudices deputati p̄mo iu
dicarent nō arguit̄ ꝙ ſynodus ſit ſupꝛa papā:
ſed bene veruʒ eſt ꝙ arguit̄ in papa honeſtas
cū voluerit ꝙ delegatio cauſe facta ꝑ ſynodū
Ad decimūq̄ntū haberet locū. Ad decimāquintā que ſumit̄
ex auc̄tate beati Ambꝛo. reſpondet̄ ꝙ auc̄tas
illa in nullo fauet aduerſarijs. dicimꝰ em̄ ꝙ ve
rum inq̄t Ambꝛo. ꝙ xp̄s dedit eminētiā pote⸗
ſtatis eccl̄ie ei cūcta ſubijciēs ſed nō ad intel⸗
lectū aduerſarioꝝ ſcilʒ ꝙ eccl̄ie vniuerſali vt
vniuerſitati in om̄ibꝰ eius mēbꝛis cōiunctim
data ſit talis excellētia ꝑtātis: qꝛ vt inq̄t Am
bꝛo. li. de peni. ⁊ habet̄ de peni. di. i. §. certū eſt
In ſolis pꝛeſbyteris eccl̄ia claues accepit. er⸗
go excellentia ꝑtātis eccl̄ie ē in pꝛelatis ⁊ p̄ci
pue in p̄latoꝝ pꝛelato xp̄i generali vicario qui
ſolus vocatꝰ eſt in plenitudinem ꝑtātis: ⁊ cui
vt inq̄t Cyꝛillus om̄es iure diuino caput incli
Ad decimūſextū nant. Ad decimāſextam q̄ ſumit̄ ex ca. Legi⸗
mus. di. xciij. reſpondet̄ ꝙ nihil facit ad ꝓpoſi
tum ꝓpt̄ duo. Pꝛimo qꝛ ibi Hierō. nō loquit̄
de auc̄tate iuriſdictiōis oꝛbis reſpectu eccl̄ie
romane ſiue apoſtolice ſedis ſed loquit̄ de au
ctoꝛitate cōſuetudinis q̄ tanto maioꝛis aucto
ritatis eſſe dicit̄ quāto generalioꝛ eſt ⁊ a pluri
bus appꝛobat̄: vt colligit̄ ex ca. Nouit. diſ. xij.
quēadmodū de canonicꝭ ſcripturis dic̄ Augu.
⁊ habet̄ in ca. in canonicis. diſt. xix. ſm quā re
gulam non dubiuʒ eſt quin conſuetudo oꝛbis
maioꝛ ſit cōſuetudine vꝛbis quā apoſtolica ſe⸗
des in om̄ibꝰ obſeruare non iubet. Mꝛ hoc mo
do loquit̄ Hiero. pʒ ex intētiōe Hiero. loquen
tis. loquit̄ em̄ cōtra conſuetudinē q̄ in vꝛbe re
gnabat vt q̊dam dyaconi p̄ferrent̄ pꝛeſbyte⸗
ris ex q̄ conſuetudine alij dyaconi ꝑ oꝛbē vole
bant p̄cedere ſuos pꝛeſbyteros cū t̄n cōtraria
cōſuetudo eſſet ꝑ oꝛbē: de q̄ cōſuetudine ita in
tex. loquit̄. q̊d mihi pꝛofers vnius vꝛbis cōſue
tudinē q̊d paucitatē de q̄ oꝛtū ē ſupciliū in le⸗
ges eccl̄ie vendicas: om̄e qᷦ rarū eſt plus ap⸗
petit̄. pulegiū apud indos pipere p̄cioſius eſt
dyaconos paucitas honoꝛabiles facit pꝛeſby
teros vero turba contēptibiles facit. hec ille.
hoc etiā qᷦ tex. ille de cōſuetudine loquat̄ pʒ
ex glo. que ſic ibidē ait ſup verbo maioꝛ: maioꝛ
eſt ⁊ ideo magis ē ſequēda cōſuetudo genera⸗
lis vt hic. Tum ſecūdo auc̄tas p̄fata Hierō.
nō militat ꝓ aduerſarijs: qꝛ romanꝰ pontifex
nō ſolum vꝛbis ſed oꝛbis eſt ep̄s cū caput ⁊ p̄n
ceps ſit vniuerſalis eccl̄ie. vnde ip̄e Hiero. de
obitu ſiue oꝛtu ſanctoꝝ patrū de beato petro
loq̄ns ita ait. Petrus in xp̄o eccl̄ie fundamē⸗
tum cephas coꝛpoꝛis xp̄i p̄ncipatꝰ ⁊ caput eſt
apl̄oꝝ p̄nceps paſtoꝛ hūani generis petra ec⸗ Ad decimūſepti⸗
cleſie clauicularꝰ regni. Ad decimāſeptimā mum
que ſumit̄ ex quadā ep̄la eiuſdē Hiero. reſpon
detur ꝙ in nullo fauet aduerſarijs. qᷦ em̄ dic̄
Hiero. ꝙ deꝰ omnē ꝑtātē ſuā dedit diſcipulis
ſane eſt intelligendū: qꝛ nō eſt intelligēdū ſic
nec intellexit btūs Hiero. de omni ꝑtāte diui
na abſolute: qꝛ nec ꝑtātem auc̄tatis q̄ eſt ſolꝰ
dei nec ꝑtātem excellētie que eſt pꝛopꝛia xp̄o
dedit diſcipulis ſ; t̄m miniſterialē: vt dic̄ Au⸗
gu. Nec iſtā miniſterialē dedit diſcipulis ſuis
ſine oꝛdine: qꝛ omnia que ſunt a deo oꝛdinata
ſunt. ad Rom̄. xiij. Dicit̄ ergo xp̄s dediſſe oēm
poteſtatē diſcipulis: qꝛ om̄es fecit participes
illius poteſtatis non tamē ſic: vt q̊libet eoꝛuʒ
vocaret̄ in plenitudinē poteſtatis ſed vnꝰ t̄m
ſcʒ petrus quē caput ⁊ p̄ncipem om̄ibus pꝛe⸗
fecit: ſicut ip̄e Hiero. ait vt patʒ in reſpōſione
p̄cedentis rōnis. Et ita pʒ ꝙ licʒ alij pꝛelati q̄
ſuccedūt apoſtolis participes ſint ꝑtātis cla⸗
uium romanus tamē pontifex qui ſuccedit pe
tro pꝛe om̄ibus accepit: ⁊ per cōſequēs om̄ibꝰ
illis ſiue diſperſis ſiue congregatis maioꝛ ⁊ ſu
perioꝛ eſt. Ad decimamoctauā que ſumitur Ad decimūocta⸗
ex epiſtola Auguſtini reſpondetur ꝙ in nullo uum.
re. Secūdo ſic. ad illū precipue ⁊ ſingulari-
ter ſpectat diſpenſatio in legibus reipu. ꝓut
temporū ⁊ perſonarū cōditio exigit apud quē
reſidet auctas publica. ſed hmōi in repu. xpia
na eſt ro. pon. ſiue aplica ſedes in qua dn̄s toti
us eccleſie principatū diciť collocaſſe. ḡ ſequi
tur ꝙ ad apoſtolicam ſedem ſpectabit ſingula
riter ⁊ maxie diſpēſatio canonū ſiue regularū
ſanctorū patrū. Hoc etiā cōfirmat beatꝰ Ber
nardus qui ad Eugeniū ſcribens romanū pō.
noiat patrē regū legū moderatorē ſal terre or
bis lumen ſacerdotē altiſſimi. de qua auctē ro
mani pon. in canonibꝰ diſpenſandis ſiue mo-
derādis illuſtre teſtimoniū dat dn̄s Archiepſ
remen̄. li. de ſynodis. c. xxxix. ita dicens. Facul
tatē temperandorū ſiue mutandorū canonū ro
mano pon. potiſſimū adiacere nō dubitamus
vt ſancti patres docuerūt. nā beatus Gelaſiꝰ
⁊ Nicolaꝰ papa primꝰ in decretis eorū Syma
chus vero in generali ſynodo diuerſo quidem
tpe ſed eadē voce de romani pon. auctē ita ꝓ-
teſtati ſunt. Neceſſaria inquiūt rerū diſpoſiti
one ꝯſtringimur ⁊ aplice ſedis moderamie cō
uenimur ſic canonuꝫ paternorū decreta libra-
re ⁊ retro preſulum predeceſſorūq; noſtrorum
pcepta metiri vt que pſentiū neceſſitas tēpo-
rū in reſtaurādis eccleſijs relaxanda depoſcit
adhibita ꝯſideratione diligēti quantū pōt fie
ri temperemꝰ: habeť. i. q. vij. c. neccia. Ne mire-
ris ſi romani pon. hanc peculiariter habuerūt
poteſtatē vt canones pro tempe diſpēſarent:
ipſi eīn ſunt auctores canonū ⁊ illa ſedes ſem-
per hoc priuilegiū habuit vt ligatum ⁊ ſolutū
ſit quicqđ ipſa ligauerit ⁊ ſoluerit. vnde iuxta
atteſtationē ſanctorū patrū oībus eccleſijs pe
minet ⁊ de omnibus iudicare pōt. hec ille. De
neceſſitate vero ponendi hanc ptātem in ro-
mano pon. idem doctor in eodē. c. ita dicit. Ne
quaꝙ aūt eccleſiaſtica diſciplina ꝯſiſtere poſ-
ſet ſi nō preſul aplicus illam auctēm haberet
de canonibus quā ſupra retulimꝰ. nam prece-
dentiū patrū ſtatuta eccleſiaſticā diſciplinaꝫ
aliqū nō tā inſtituerēt ꝙ cōfunderent ſi nulla

ratione a ſucceſſoꝛibus eoꝝ mutari poſſent cū
tamen neceſſitas tp̄is nūc minus nūc ſeueriꝰ
incedendū perſuaderet qđ illū nō latebit qui
pꝛecedentiū patrū ⁊ ſubſequentiū ſtatuta di-
ligenter inueſtigare curauerit. Nēpe ſi beatꝰ
Pelagius numerū annoꝝ quos ſui anteceſſo-
res ſingulis gradibꝰ pꝛeceperūt minuere non
poſſet penurie clericoꝝ ſui tp̄is per pb̄ꝛos ex
laicis infra annū maturatos nullo modo ſuc-
curriſſet. Item ſi moderni pontifices antiquo
rum rigoꝛem canonū per lapſos ſacerdotes re
mittere nequiſſent ipſa xp̄iana religio deſtitu
ta ſacerdotali officio penitꝰ ſtare nō poſſet cū
iā pene nulli ſacerdotes niſi criminalit̄ lapſi
reperiātur quos antiqui canones depoſuiſſe
legūtur. hec ille. ⁊ tāgit̄ in. c. requiſitis. i. q. vij.
Eſt ergo priuilegium ap̄lice ſedis vt iudex ſit
canonū ⁊ decretoꝝ vt pro tp̄is ꝯditione ⁊ re-
rū neceſſitate nunc intendat nūc remittat ꝓ-
ut neceſſitati ⁊ vtilitati eccl̄ie expedire ꝓſpe
xerit. huiꝰ ſentētie eſt beatus Tho. tam in. ij. ij.
ꝙ in quotlibetis ꝙ etiā in tractatu contra im
pugnātes religionē dicens: oīa ſtatuta ſancto
rū patrū q̄ ſūt iuris poſitiui ſunt relicta diſpo
ſitioni pape vt ea poſſit mutare vel diſpenſa-
re ſ̄m oppoꝛtunitas tempoꝝ vel negocioꝛum.
Ubi pro amplioꝛi declaratōe huiꝰ. c. eſt notan
dū ꝙ duplex eſt genꝰ canonū vel regularū aut
decretoꝝ ſanctoꝝ patrū vt ſanctꝰ Tho. inuit
quotlibeto. iiij. ar. xiiij. Eſt vnū genꝰ canonū q̄
īſtituti ſunt iure diuino ſicut ptinētia ad arti
culos fidei ad ſubſtantiā ſacramētoꝝ aut que
manifeſtā habent ꝯnexionē ad legem diuinā
ſiue naturalē pertinētia ad bonos moꝛes: ⁊ in
talibus papa diſpēſare nō pōt. Et ratio huiꝰ
eſt ſ̄m ſcm̄ Tho. qꝛ iſta habent efficaciā ex iſti
tutione diuina de quibꝰ venit intelligendū ꝙ
papa zozimꝰ in. c. ꝯtra. xxv. q. i. ait. Cōtra ſtatu
ta ſcōꝝ patꝝ ꝯdere aliq̄d vel mutare nec huiꝰ
quidē ſedis pōt auctoꝛitas. Scđm genus ca-
nonū ſiue decretoꝝ eſt eoꝝ que inſtituerūt pa
tres de iure poſitiuo. lʒ em̄ canones a ſanctis
patribꝰ vnanimiter inſtituti dicātur conditi
a ſpirituſācto nō tm̄ oēs dicūtur pertinere aut
ad legem nature aut ad legem diuinam: ſ̄ ali-
qui dicūtur pertinere ad ius humanū ſiue po-
ſitiuū. ſicut licet omnis veritas a quocūqꝫ di-
catur vt ait Ambꝛo. a ſpirituſancto eſt non tm̄
omnis veritas pertinet ad ius diuinū ſed erit
alterius inferioꝛis generis aut oꝛdinis. vide-
licet aut legalis aut canonici aut facultatis
medicinalis ⁊ ſic de alijs. ⁊ de hoc genere ca-
nonū loquētes dicimus iuxta iam dicta ꝙ ro-
manus pon. poteſt diſpēſare in eis a quocūqꝫ
ſint editi etiam ab ap̄lis vt dicit ſanctꝰ Tho.
in tractatu ſupꝛa noīato. hoc duplex genus ca
nonū aut ſtatutoꝝ ſanctoꝝ patrum tāgit Leo
papa in. c. ſicut ſunt. diſ. xiiij. ita dicens. Sicut
ſunt quedā que nulla poſſunt rōne cōuelli: ita
multa ſunt que aut ꝓ neceſſitate tempoꝝ aut
pꝛo conditione etatū opoꝛtet temperari. Ex q̄
bus cōfutatur aduerſarioꝝ quoꝛūdaʒ erroꝛ di
centium Romanum pon. non habere ptātem
in canonibus concilioꝝ vniuerſalium.

Capi. lv. Q᷑ Ro. pon. hʒ auctoꝛitatē tollendi ſtatuta aliqua tā ſacroꝛū concilioꝛū ꝙ pꝛedeceſſoꝛum ſuoꝛum.

**S**I quis bene ꝑ
ſcrutet̄ pꝛincipatum Romani
pon. reperiet ꝙ Ro. ponti. nō
ſolū auctoꝛitatē in canōibus
ſacroꝝ cōciliozum etiā vniuerſaliū ⁊ decretis
ſuoꝝ pꝛedeceſſoꝝ diſpenſandi habeat. verum
etiā tollendi aut reuocādi aut mutādi ꝓut tē-
poꝝ aut cauſarum neceſſitas expoſcerit. Pꝛo
quo notandū circa intelligentiā aliquoꝝ ter-
minoꝝ iuxta dn̄m Petrū de palude in. iij. ſnīa
rū. ꝙ diſpēſatio ⁊ reuocatio in aliquo ꝯueniūt
⁊ in aliquo differunt. Conueniūt aūt in hoc ꝙ
tam diſpēſatio ꝙ reuocatio impoꝛtāt amotio-
nē ad obligationē p̄cepti. Sed differūt in hoc
ꝙ diſpēſatio īpoꝛtat amotionē p̄cepti in caſu:
⁊ quo ad aliquem vel aliquos: non autem quo
ad omnes: ſed reuocatio abſolute impoꝛtat a-
motionem obligationis quo ad omnes. Amo
ta autem obligatiōe ſiue quo ad aliquem ſpe
cial̄r ꝑ diſpenſationē: ſiue quo ad oēs genera-
liter ꝑ reuocationeʒ efficit̄ licitū qđ pꝛius erat
illicitū: ⁊ ſic ſunt tria circa pꝛeceptū ſiue legē
aut canonē. Pꝛimū eſt interp̄tatio que nō tol
lit obligationē aliquā: ſed declarat ſolū inten
tionē p̄cipientis vel p̄cepti. Scđm eſt diſpē-
ſatio que tollit obligationē quo ad aliquos vl̄
aliquē ſoluʒ: ſicut ſi diſpenſaret̄ cum aliquo ꝙ
nō ieiunaret in quadrageſima. Tertium eſt re
uocatio que tollit obligatōnē ſimpliciter quo
ad oēs: ſicut ſi papa reuocaret ieiuniū quadra
geſime nullus obligaret̄ ad ieiuniuʒ illud. In
ſupioꝛibus duobꝰ capitulis oſtendimus ꝙ ro-
ma. pon. p̄ꝛogatiua pꝛimatus ſui poterat tam
interpꝛetari dubia que in canonibus concilio
rū ſacroꝝ oꝛirentur ꝙ diſpēſare in illis: nūc re
ſtat oſtendere ꝙ etiā poſſit tam canones vni-
uerſaliū concilioꝝ ꝙ decreta ſuoꝝ pꝛedeceſſo-
rum aliq̄n ꝓ tempoꝝ ⁊ cauſarū neceſſitate re
uocare tollere atqꝫ mutare: licet nō vniuerſali
ter. qđ nos triplici via oſtēdemꝰ: videlicet au
ctoꝛitatibus rōibus ⁊ exēplis. Auctoꝛitate p̄-
mo videt̄ colligi ex. c. non dʒ. de cōſang. ⁊ affi.
vbi ſic dicit papa Inno. iiij. Nō debet rep̄hen

ſibile iudicari ſi ſm varietates ſtatuta varie-
tur humana. Et ideȝ extra de ſen. exc. c. alma.
Preterea auctoritate Aymari archiepi Re-
meñ. de quo. ſ. in libro de ſynodis idem patet
dicẽtis ſic vt ſupra extitit allegatũ in pceden
ti. c. Temperandoꝝ ſiue mutandoꝝ canonuȝ
facultatem Romano põ. adiacere nõ dubita
mus. Itẽ ad ideȝ eſt auctas beati Tho. qui in
tractatu ſuo cõtra ipugnãtes religionẽ ita in
quit: vt in. c. pcedenti inductũ eſt. Oĩa ſtatu-
ta que ſunt iuris poſitiui ſunt relicta diſipoſi-
tioni pape vt ea poſſit mutare vel diſpenſare
ſm oportunitates tempoꝝ vel negocioꝝ. Se
cunda via. ſ. rõnibus hoc idẽ oñditur ſic. Eiuſ
dẽ eſt deſtruere amouere ⁊ abrogare cuius eſt
condere. vt habeť. C. de legi. l. i. de in integ. re
ſti. cũ veniſſet. ſed pape auctẽ cõduntur cano
nes concilioꝝ: vt ſupra ꝓbatũ eſt. ergo apud
illũ erit facultas illos amouendi ſi neceſſitas
eccleſie aut vtilitas expoſcerit. Iteȝ ſcdo: ſic
par in parem impiuȝ nõ habet: ſed tm̃ ptãtis
hȝ vnus papa ſicut alius. ergo cõſtitutio vniꝰ
nõ artat aliũ qn poſſit illaȝ tollere ⁊ reuocare
ſi voluerit. Tertio ſic: ſicut ſe habȝ impator ad
impatoreȝ ita papa ad papã: ſed impator põt
tollere determinata per aliũ impatorẽ aut cõ
tra ea facere. ergo ⁊ papa tollere poterit inſti
tuta ſuoꝝ predeceſſorũ. Ratio aũt quare hoc
rõnabiliter põt facere lȝ ſtatuta ſuoꝝ pdeceſ
ſoꝝ fuerint rõnabiliter ordinata eſt iuxta di
cta in ſuperiori. c. qꝛ bonum vt inquit Diony.
ꝯſtat ex omni parte: ita ꝙ defectus vnius cir
cunſtãtie debite ineſſe ſtatim ponit rõnẽ ma-
li: ⁊ ideo ſm pħum. ij. Ethy. Virtus ꝯſiſtit in
medio ſm ꝙ ſapiẽs determinabit: et qꝛ aliud
expedit vni vno tpe ꝙ̃ alio: ⁊ ſic de alijs circũ
ſtantijs. Omni. n. negocio tp̃s eſt ⁊ oportuni
tas. Eccleſiaſtes. viij. ideo frequenter ea que
rõnabiliter fuerunt facta reuocãtur: maxime
in agibilibus: in qbus non põt haberi firma
ſtabilitas nec infallibilis certitudo. Tertia
via. ſ. exemplis oñdiť. primo exẽplo ſacre ſcri-
pture ꝯſtat ꝙ dñs mandauit exaltari ſerpen-
tem eneũ in deſerto vt in eũ aſpicientes ſana-
renť a morſibus ſerpentũ. ſicut patȝ Numeri
xxi. quẽ tamen rex Ezechias cõfregit: ſicut pa
tet. iiij. Regũ. xiiij. qꝛ filij iſrael ſibi adolebant
incenſuȝ. Ex quo patet ꝙ id qđ ex pcepto dñi
rõnabiliter ordinatũ fuit: poſtea eiuſdẽ inſtin
ctu rõnabilius reuocať: qꝛ frequenter qđ vno
tpe fuit expediens alio tpe nociuũ reperitur.
Itẽ exemplũ habemus etiã ſacre ſcripture de
Rege Artaxerxe qui reuocans lr̃as quas ad
ſuggeſtioneȝ pncipis Aman dederat vt tota
gens iudeoꝝ deleret ait ſic. Nec putare debe
tis ſi diuerſa iubeamus ex animi noſtri veni-
re leuitate ſed ꝓ qualitate ⁊ neceſſitate tẽpo
rum vt reipub. poſcit vtilitas ſententiam fer
re. Heſter. xvi. Tertio patȝ exemplo ⁊ magis
ad propoſitũ ex canone. vi. ſynodi: qui canon
vult ꝙ ſubdyaconus non minor. xx. annorum
ordineť in. c. ſubdyaconus. diſ. lxxvij. Item ex
canone Carthagineñ. ꝯcilij. qui vult in. c. pla
cuit. eadeȝ di. ꝙ nullus ante. xxvij. annos ordi
netur dyaconus. Ad ideȝ eſt canon Agareñ.
in. c. ep̃s. eadem di. Ad idem canon quarti cõ
cilij Toletani in. c. in veteri lege. ea. diſt. ⁊ ni-
hilominus Roma. pont. omnes illos ſuſtulit:
vt patet in clemẽtina generalẽ. de eta. ⁊ qua.
vbi glo. dicit ſic. hic corrigit canones. lxxvij.
di. peruenit. lxxviij. diſ. c. i. ij. iij. ⁊ vlti. ⁊. xxviij.
di. c. de his. in quibus dicitur ꝙ habẽs. xx. an-
nos ſubdyaconus. xxvij. dyaconus. xxx. pſby-
ter poterit fieri. ⁊ hec ibi.

Ca. lvi. In quo obijciť p aduerſarios contra pdicta. Cap. LVI

Gre multum fe
e
rentes aduerſarij ꝙ Romanus
pont. mutare ⁊ tollere poſſit ca
nones ſacroꝝ concilioꝝ multi-
pliciter nituntur arguere in contrariũ. Pri- Argu. primum
mo ex. c. in iſtis. diſt. iiij. vbi inquit Augu. In
iſtis temporalibus legibus quanꝙ̃ de his ho
mines iudicent cum eas inſtituunt. tamẽ cuȝ
fuerint inſtitute non licebit iudici de ipſis iu
dicare ſed ſm ipſas. Ex hoc arguiť ex aduerſo
ꝙ papa non poſſit mutare canones aut tolle-
re ſed neceſſario ſm eos iudicare. Secũdo Secundum
arguiť ex. c. ſicut. xvij. diſ. vbi beatus Grego.
ita inquit. Sicut euangelij quattuor libros:
ſic quattuor concilia ſuſcipere et venerari me
fateor. ⁊ infra. cunctas vero perſonas quas p
fata veneranda concilia reſpuunt reſpuo et
que venerantur amplector: quia dum vniuer
ſali cõſenſu ſunt cõſtituta ſe ⁊ nõ illa deſtruit
qſquis preſumit abſoluere quos ligant: aut li
gare quos abſoluunt. Ex hoc arguunt aduer-
ſarij ꝙ Romanus pon. nõ poſſit mutare ſtatu
ta concilioꝝ vniuerſaliũ: quia eadem ratio q̃
currit de iſtis videť currere de omnibꝰ alijs. Tertium
Tertio arguiť ex. c. ſancta octo vniuerſalia
concilia. diſt. xvi. vbi enumeratis octo vniuer
ſalibus cõcilijs ſic ſequitur in ꝓfeſſione Ro-
mani pon. vſq; ad vnuȝ apicem inmutilata ſer
uare: ⁊ pari honore ⁊ veneratione haberi: ⁊ q̃
predicauerũt ⁊ ſtatuerũt modis omnibus ſe-
qui: ⁊ quecunq; damnauerũt ore ⁊ corde dam
naſſe profiteor. Ex iſto aduerſarij arguunt id
qđ prius maxime: quia nõ videtur ꝙ papa ire
vellet cõtra ſuã ꝓfeſſionẽ. Quarto arguiť Quartum

ex.§.hoc aũt intelligendũ eſt.di.xix. vbi ſic dicit Gratianꝰ. Hoc autem intelligendũ eſt de his ſanctionibꝰ vel decretalibꝰ epl'is in quibꝰ nec precedentiũ patrũ decretis nec euangelicis aliq̄d ꝯtrariũ inuenitur. Ex hoc arguũt aduerſarij ꝙ romanꝰ pon. precedentiũ patrũ decreta tollere nõ poſſit. ⁊ per ꝯñs nec canones vniuerſaliũ concilioꝝ.

Quintum

Quinto ex.c. ſunt q̄dam.xxv.q.i. vbi Urbanus papa inquit ꝙ vbi aperte dñs vel eiꝰ apoſtoli ⁊ oẽs ſequẽtes patres ſentẽtialiter diffinierũt ibi nõ nouã legẽ ro.pon. põt dare ſed potiꝰ qđ predicatũ eſt vſq̃ ad aĩam ⁊ ſanguinẽ ꝯfirmare debet.

Sextum

Sexto inducit̃.c.ſequens vbi Zozimꝰ papa ita inquit. Contra ſtatuta patrũ cõdere aliquid vel mutare nec hmõi quidẽ ſedis poteſt auctas: apud nos eñ incõuulſa radicibꝰ viuit antiq̃tas cui decreta patrum ſanxerũt reuerẽtiam.

Septimum

Item ſeptimo arguit̃ ex illo Leonis primi qui in octauo cõcilio tuba euãgelice veritatis legit̃ nomĩatus ad Martianũ imperatorẽ de canonibꝰ Nicenis ſcribens dicit ꝙ nulla poſſunt improbitate conuelli nulla nouitate violari. ⁊ addit: in quo ope auxiliãte xp̄o fideliter exequẽdo neceſſe eſt me perſeuerantẽ exhibere famulatũ: qm̃ diſpenſatio mihi credita eſt ⁊ ad meũ tẽdit reatum ſi paternarũ regule ſanctionũ que ſpũ dei ſpirante ſunt condite meq̃ (qđ abſit) cõniuente violent̃.

Octauum

Octauo arguit̃ ex.c. violatores.xxv.q.i. vbi Damaſus papa dicit. Violatores canonũ ⁊ volũtarie grauiter a ſanctis p̃ribus iudicant̃ ⁊ a ſanctoſpũ inſtinctu cuiꝰ ac dono dictati ſunt dãnantur.

Alij dictati alij ditati ligunt

Nonum

Ex quo videt̃ nono formari talis ratio: inferior nõ põt tollere aut diſpenſare in lege ſuperioris. g̊ nec papa in canonibꝰ cum ſint a ſpiritu ſancto editi. ꝯña patz.

Decimum

Decimo arguitur: canon eſt regula regiminis ad edificationẽ eccleſie ſm̃ quam architectꝰ regere ⁊ operari habet ac vti p̃tãte ſua ſi beneuult operari. ſed videt̃ ꝙ hmõi regule debẽt eſſe imobiles etiam inuariabiles ſicut principia in ſpeculabilibꝰ. ergo papa qui architectus eſt in edificãdo cõſtruẽdo ⁊ gubernãdo eccleſiã nihil põt imutare circa canones. qđ cõfirmat̃ ꝑ illud Hormiſde pape in: c. prĩa ſalus eſt. xxv.i.q. ita dicẽtis Prima ſalus eſt recte fidei regulã cuſtodire ⁊ a cõſtitutis patrũ nullatenus deuiare.

Undecimũ

Undecimo: ſi papa rõne principatus ſiue primatꝰ põt tollere leges ⁊ inſtituta iferioꝝ: ſeq̃tur ꝙ cũ petrꝰ fuerit ſupior oĩbus apl'is ⁊ ꝑ ꝯñs Romanꝰ pon. ipſe potuerit tollere: imo canones ꝯdere ꝯtra ea q̄ paulus poſuit in epl'is ſuis qđ videt̃ incõueniens.

Duodecimum

Duodecimo ſic. Romanus pon. nõ poteſt reuocare aut tollere dicta doctoꝝ exponentiũ ſacrã ſcripturã: ergo multo minus ſummoꝝ pontificũ predeceſſoꝝ ſuorum decreta aut vniuerſaliũ concilioꝝ canones ⁊ inſtituta. ꝯña eſt bona. ⁊ añs videt̃ haberi. diſt.xx.in.c.decretales. vbi dicit̃ ꝙ in ſacrarũ ſcripturarũ expoſitionibus doctores excellentes preponũtur. in cauſis vero diffiniẽdis ſummi pontifices preferuntur.

Cap.lvij. In quo reſpondet̃ obiectionibus p̄fatis.

Ca. LVII

Licet paucis verbis poſſit plene ſatiſfieri obiectionibuſ aduerſarioꝝ: nihilominus ꝓ pleniori p̄ſentis materie intelligẽtia quid.ſ. papa poſſit in ſtatutis tã vniuerſalium concilioꝝ q̄ ſanctoꝝ patrum ac p̄deceſſorum ſuoꝝ ⁊ clariori reſponſione ad capitula inducta per aduerſarios in oppoſitum eſt aduertendum. ꝙ prout aperte colligi poteſt ex differentia ſuperius aſſignata inter interpretationem: diſpenſationem ⁊ reuocationem ſiue abrogatõnẽ: in multis poteſt cadere interpretatio in quibus nõ poteſt cadere diſpenſatio: ⁊ ꝑ ꝯñs nec abrogatio: ⁊ in multis poteſt cadere diſpenſatio in quibus non habet locũ abrogatio: ⁊ in aliquibus poteſt vtrumq̃ cadere. quod luculentiſſime oſtendit̃ per cõcluſiones ſequentes.

Concluſio pri[ma] auctoris

Prima papa poteſt habere in multis auctoritatẽ interpretandi in q̄bus nullã habet diſpenſandi facultatem ⁊ multo minus reuocandi. Iſta concluſio patet: quia papa cum ſit vicarius xp̄i habet auctoritatez interpretandi dubia in lege diuina que fidelibus occurrere poſſũt. vt ſupra li.ij.c.cvij. oſtẽdimus. Unde ⁊ in veteri lege ad ſacerdotes erat recurſus đ dubijs legis quoꝝ interpretationi qui non ſtabat mortis reus habebat̃. vt patet Deutro.xvij. ⁊ introducit̃ extra đ teſti. c.licet. vbi papa interpretat̃ illud: in ore duorum vel triũ: id eſt non paucoꝝ ſed q̄ pluriuz: ⁊ tamen in lege diuina diſpenſare non poteſt nã in p̄ceptis legis nature nõ põt: ſicut in habendo duas vxores in quo ſolus conditor poteſt diſpenſare vt ipſemet papa dicit. extra đ diuor. c. gaudemus. ſimiliter nec in preceptis poſitiuis vtriuſq̃ teſtamenti a deo vel a chriſto immediate inſtitutis: ſicut ꝙ homo nõ teneatur ad baptiſmum vel ad confeſſionẽ vel huiuſmodi: quia in lege ſuperioris inferior nõ poteſt diſpenſare: niſi inquantum illi cõmittitur: non videtur hoc autem ſibi cõmiſſum. vnde magis commiſſum legitur immutare curſuz nature per miracula q̄ dictamen iuris naturalis et precepta diuina diſpenſando: ⁊ idẽ dicendũ eſt de canonibus ⁊ regulis ſanctoꝝ

patrū ꝛ de decretis predeceſſoꝝ ſuoꝝ in q̄bus aliqua ſtatuunꝰ ptinentia ad articulos fidei: ſiue ad ſacramēta que fundamenta ſunt religiōis xpiane ſiue ad bonos mores. certe in talibus lꝫ poſſit cadere interp̄tatio pape cū aliqua ambiguitas naſceretꝰ nō tn̄ diſpenſatio: ꝛ multo minus reuocatio: q2 illis intelligunt maiora nō licere q̄bus vetita ſunt minora. vt habetꝰ extra de ſen.excō.c.cum illoꝝ. Minus eſt aūt diſpenſare q̄ reuocare: q2 omne totum eſt maius ſua pte. reuocare aūt eſt legē totaliter abrogare quo ad oēm perſonā locū ꝛ tempus. diſpenſatio vero quo ad quoſdā vel quo ad quedam tpa vel loca. Et ita patet ꝙ papa nec articulos fidei nec precepta legis nature vel decalogi: aut ſacramenta pōt mutare ſiue reuocare: ſicut nec in illis poteſt diſpenſare. ꝛ ad iſtū ſenſuꝫ accipiēda ſiue intelligēda ſunt capitula inducta ex aduerſo. ſicut.c.ſicut.diſ. xv.ꝛ.c.ſunt quidaꝫ.xxv.q.i.ꝛ.c.cōtra.ibidem.

Scda cõcluſio

Scōa cōcluſio eſt ꝙ in aliq̄bus ſanctoruꝫ patrū canōibus ſiue ſtatutis pōt papa diſpēſare in q̄bus nō pōt tollere generaliter aliq̄d ſiue reuocare. ptꝫ ꝯcluſio iſta: q̄m papa diſpēſat in canonibus apoſtoloꝝ. ſicut ptꝫ ꝙ bigamus promoueatꝰ: ſicut habetꝰ in.c.lectoꝛ.diſt. xxxiiij. ꝛ ꝙ p̄ſbyter fornicarius nō deponatꝰ. vt in.c.p̄ſbyter.lxxij.diſ. ꝛ tn̄ hos canones generaliter tollere nō poſſet. Pro quo notanduꝫ iuxͣ dñm Petrū de palude ſup.iij.ſniaꝝ: ꝙ licet illa que apoſtoli in primitiua eccl'ia fecerunt ꝓpria auctoritate ſiue aucte ſolius officij ꝛ proprio inſtinctu pōt nunc Ro.pon.mutare: q̄a non hꝫ minorē auctoritatē q̄ ipſi habuerunt. Non tn̄ ea que ex ſpāli cōmiſſione aut inſpiratōne ſpūſſancti: q̄m talia nec ipſi apl'i nec ſucceſſores reuocare pn̄t: niſi ꝙtum p̄ncipalis cōmitteret: ſicut ſcriba legis impialis vel ꝓmulgator reuocare nō pōt: niſi inquantū p̄nceps iterū ſibi cōmittit. q̄cquid aūt p aplos conſtitutū eſt q̄ð in canone ē receptū: creditꝰ ſpecialiter eſſe inſpiratū a ſpūſancto. ꝛ ſimiliter q̄ð in quattuor cōcilijs vniuerſalibus fuit factū ita ꝙ in primitiua eccleſia apl'i quedā ordinarunt: nō ſimpliciter ſed ad tps q̄ð reuocatum nō eſt ſed impletū eſt q̄n cum tpe finitū eſt: ſicut legalia cū euāgelio ſeruare iudeis ꝛ abſtinere a ſuffocatis ꝛ ſanguine ꝛ celebrare in fermentato ꝛ hmōi que lapſu tpis ceſſauerūt. q̄daꝫ vero dictante ſpūſancto ſic ordinauerūt vt in perpetuū ꝑmanerēt: ſic tamen ꝙ pro loco ꝛ tpe liceret diſpēſare: nō tn̄ totaliter amouere: ꝛ ſic expedit eccleſie. et in talibus licuit ſucceſſoribus diſpenſare eodeꝫ ſpū cōmittente. ſicut aperte colligitꝰ ex facto ipſoꝝ ſanctoruꝫ patrū qui diſpenſaſſe leguntꝰ: ſicut patuit in exēplis poſitis ꝛ in multis alijs: non aūt licet hmōi general'r reuocare: q2 non eſt cōmiſſum vt apparet: q2 nullus ſanctus hoc p̄ſumpſit. Et cū ad regimen nature ꝛ maxime gratie dn̄s faciat q̄ð melius eſt: imo optimi ē optima adducere: ideo cōmiſit q̄ð expedit et nō aliud. Utile eſt aūt eccl'ie ꝙ aliq̄n cū bigamo ꝛ pcuſſore ꝛ hmōi diſpenſetꝰ: cū aliq̄n tales inueniantꝰ meliores: non aūt expedit ꝙ tales indifferenter ſicut ceteri ꝓmoueantꝰ. vnde illud cōmiſit iſtud ꝓhibuit: ergo papa in talibꝰ poteſt diſpenſare: ſed non pōt ea general'r ꝛ vniuerſaliter reuocare ſicut vnā decretalem a ſe vel a p̄deceſſore ſuo editā. vnde notauit Alanus. extra de decimis.c.licet. ꝙ papa poſſꝫ alicui laico cōcedere ꝙ nō ſolueret decimas aut ꝙ eas perciperet. non tamē hoc omnibus laicis poſſet in ppetuū cōcedere legē generaleꝫ cōdendo: ſed tn̄ ex cauſa ad tps diſpenſando ſicut regibꝰ dantꝰ etiā decime clericoꝝ in ſubſidiū terre ſancte vel ob aliā iuſtā cauſaꝫ. Tertia ꝯcluſio. In multis ſanctoꝝ patrū canonibus ꝛ ſtatutis Romanus pō. ſicut potuit diſpenſare: ita ꝛ illos abrogare ꝛ omnino tollere. patet cōcluſio iſta ꝺ multis canonibus abrogatis ꝛ inſtitutis predeceſſoꝝ ſummoꝝ pōtificū per Romanos pont. ſequētes. ſicut ptꝫ in exēplis prius poſitis de canonibus antiq̄s de etate ordinandoꝝ. His habitis reſpōdendū eſt ad argumēta in oppoſitū. Ad primū de.c.in iſtis.di.iiij rn̄detꝰ negādo id q̄ð aduerſarij arguūt ex illo.c.ſeq̄tꝰ: q̄m.c.illð intelligitꝰ non de iudice ſummo.ſ.papa vel principe: q̄m iſti poſſunt etiā poſt cōditas leges de ipſis iudicare et eas tollere vel moderari: ſed loquitꝰ de inferiori iudice. vn̄ dn̄s Archi. exponendo hoc capituluꝫ ita dicit. Littera hic loquitꝰ de inferiori iudice. nam ſi inferior iudex velit aliquid ꝓponere quare lex illa nō debeat condi facilius audiretꝰ primo q̄ poſtea. ar. ad hoc di. xxxi. Nicena. Ad ſecundū de.c.ſicut.diſ.v. rn̄detur dupliciter. Primo ſic ad aūs ꝙ ħ q̄ð dicitꝰ ꝙ quattuor illa' cōcilia nō poſſet mutare aut reuocare pōt intelligi duobus modis. Uno modo quia cōcilia ſunt: ꝛ ſic nō eſt verū antecedens: q̄a q̄ð competit alicui inquantū tale cōpetit omni tali. ſicut quod cōpetit homini inquantum homo competit omni homini. ſi ergo hoc cōpeteret illis quattuor concilijs inquantū cōcilia ſequeretꝰ ꝙ nullas ſentētias datas aut conſtituta facta in q̄buſcunq; cōcilijs poſſit reuocare: q̄ð tamen falſum eſt: vt in glo. per principalem.ix.q.iij. Aut pōt intelligi ꝙ hoc cōpetat illis quattuor concilijs

Ad primum

Ad ſecundum

nõ inquantũ cõcilia ſunt:ſed inquantũ de ta-
li materia ſunt.ſ.de ỽitate articuloꝝ fidei:⁊
ſic dicimus ꝙ hoc cõpetat illis quattuoꝛ cõci
lijs ꝙ reuocari nõ poſſunt,ppt̃ hoc.ſ.ꝙ nõ fue
rũt niſi declaratiua articuloꝝ fidei. Scd̃o r̃n
detur negãdo ꝯñam:videlꝫ ꝙ ex.c.illo ſequa-
tur ꝙ papa in nullis canonibus vniuerſaliuꝫ
cõcilioꝝ poſſit diſpenſare aut aliq̃d imutare:
licet bene cõcedat̃ ꝙ nõ poſſit ſtatuta conci-
lioꝝ vniuerſaliũ imutare quantũ ad ea que cõ
cernũt articulos fidei ⁊ generalẽ ſtatum vl̃is
eccleſie:vt glo.eiuſdem.c.hꝫ.vnde Archid.in
Roſario idẽ dicit in hac forma ỽboꝝ. Fateoꝛ
in his que ad fidẽ ꝑtinent ⁊ generalẽ ſtatum
eccleſie in alijs põt cõtra ſtatuta cõcilioꝝ ve
nire. Si dicat̃ que dicunt̃ ad generalẽ ſtatuꝫ
eccl̃ie pertinere.videt̃ nobis ꝙ inter alia ſint
iſta que omẽs fideles tãgere poſſunt: vt ſunt
illa ex quoꝝ alteratione tota eccl̃ia turbaret̃:
ſicut ponit̃ exemplũ de depoſitõne oium epõ
rũ ſimul:qꝛ cuꝫ oẽs anime xp̃ianoꝝ ſint in ma
nibus epõꝝ:hoc quẽlibet tãgit: ⁊ cum epi in
loco apoſtoloꝝ ſuccedũt ⁊ vniuerſalẽ eccl̃iaꝫ
rep̃ſentent turbaret̃ fides xp̃iana. Preterea
cũ in depoſitiõe oium epõꝝ ſimul nõ poſſit eẽ
cauſa iuſta: maxime p̃ſumeretur in tali depo-
ſitiõe defectus fidei in papa:⁊ hoc faceret in
deſtructionẽ fidei ex quo turbaret̃ tota xp̃ia-
nitas. Et merito dicit̃ ꝑtinere hoc ad vniuer
ſalem ſtatũ eccl̃ie. ⁊ ita poſſet poni exempluꝫ
in multis alijs ex q̊bus vniuerſalis eccl̃ia tur
baret̃ ⁊ ſcandalizaret̃. Similiter poſſent ad
vniuerſalẽ ſtatũ eccleſie dici pertinere prece-
pta diuina p̃cepta legis naturalis ⁊ ſacramẽ
ta:in q̊bus ſtatus ⁊ ſalus vniuerſalis eccleſie
ꝯſiſtit ⁊ omnes tãgit vniuerſaliter.

Ad tertium

Ad ter
tiũ de.c.ſancta octo.di.xvi.r̃ndetur eodẽ mo-
do ſicut ad p̃cedens: videlicet ꝙ intelligẽdũ
eſt de his que ſpectant ad articulos fidei ⁊ ge
neralem ſtatum vl̃is eccleſie ⁊ que neceſſaria
ſunt ſaluti.

Ad quartum

Ad quartũ de.§.hoc aũt intelli
gendũ.diſt.xix.r̃ndetur ꝙ id quod magr̃ Gra
tianus ibidẽ dicit:intelligendũ eſt de his: de
quibus p̃cedentia capitula expoſita ſunt:al̃s
nõ diceret verũ.vnde dñs Archi.in Roſario
exponendo hunc locũ dicit ſic. Videt̃ dicere
Gratianus.ſ.ꝙ papa contra bene ſtatuta ſuo
rũ predeceſſoꝝ nõ poſſit aliud ſtatuere:qd̃ nõ
puto verũ eſſe.nam ⁊ bene ſtatuta põt reuoca
re inſpecta cauſa:dũmodo nõ tãgat precepta
veteris ⁊ noui teſtamenti vel articulos fidei
vel ea que ſunt neceſſaria ad ſalutẽ: vel que ꝑ
tinent ad generalẽ ſtatũ eccl̃ie: ⁊ ideo nõ ap-
probo quod hic dicit magiſter:niſi de talibus
intelligat̃.hec Archi.

Ad quintum

Ad quintũ de.c.ſunt
quidã.xxv.q.i.eſt eadem reſpõſio que data eſt
ad p̃cedentia.⁊ eſt reſponſio glo.que dicit ibi
dem ꝙ verũ eſt ꝙ papa nõ diſpenſat in his q̃
pertinent ad articulos fidei et que ſunt iuris
diuini. bene aũt in alijs ſicut cum bigamo cõ
tra apoſtolũ.vt di.xxxiiij.lectoꝛ.⁊ cõtra cano-
nẽ apl̃oꝝ.vt in.c.preſbyter.lxxxij.diſ. Itẽ etiã
qñq꜠ contra generalẽ ſtatũ eccleſie:ſicut fecit
Inno.in Lateranẽ.cõcilio. extra de conſan.
⁊ affi.hec glo.

Ad ſextum

Ad ſextũ de.c.cõtra.reſpõdet̃
vt reſpõdet glo.que ſuper ỽbo ſtatuta ita di-
cit.de articulis fidei vt dictũ eſt in.c. ꝓximo.
ad hoc.c.etiã.s.Tho.reſpõdet eodeꝫ modo in
tractatu cõtra impugnãtes religionem ſic di
cens. Veruꝫ eſt qd̃ hic dicit̃ in illis que ſtatu
ta ſanctoꝝ patrũ decreuerũt de iure diuino ſi
cut articuli fidei qui determinati ſunt ꝑ cõci-
lia.ſed illa que ſancti patres decreuerũt de iu
re poſitiuo ſunt relicta diſpoſitiõi pape vt ea
poſſit mutare vel diſpenſare ſm̃ opoꝛtunita-
tes tempoꝝ vel negocioꝝ.hec.s.Tho.

Ad ſeptimum

Ad
ſeptimũ qd̃ inducit̃ de Leone papa reſponde
tur: dato ꝙ auc̃tas illa iaceat vt inducit̃ per
aduerſariũ:qd̃ tñ nõ eſt verũ in toto.ꝙ aucto-
ritas illa nõ facit pro aduerſarijs ꝓpter duo.
Tum pꝛimo: qꝛ Leo papa licꝫ dicat Nicenos
canones nulla poſſe ĩprobitate euelli aut no-
uitate viciari:nõ tñ negat q̊n auc̃te Romani
pon.ob neceſſitatẽ ⁊ vtilitatem fideliũ poſſit
in eis fieri diſpenſatio. magna differentia eſt
inter iſta duo improbitate euelli ⁊ neceſſitate
aut vtilitate moderari. Scd̃o qꝛ lꝫ ad papã ꝑ
tineat intendere ne canones per aliquos pro
voluntate violentur:nõ ſequit̃ ꝙ ipſe ex rõna
bili cauſa diſpenſare nõ poſſit: vt eſt manife-
ſtum.

Ad octauum

Ad octauũ de.c.violatores.xxvij.q.i.
reſpondet̃ ꝙ.c.illud nihil facit ꝓ aduerſarijs:
qm̃ licet violatores canonum volũtate.i. ſine
neceſſitate reprehendantur et veniant dam-
nandi:non propter hoc Romanus pon. ꝓhi-
betur diſpenſare aut mutare illos ſi perſona-
rũ locoꝝ aut rei cõditio expoſcit. aliud em̃ eſt
ꝓpria voluntate ſine cauſa ⁊ ſine neceſſitate
violare canones:⁊ aliud eſt ratõnabili cauſa
exiſtente per habenteꝫ auc̃tem diſpenſare in
illis:maxime qꝛ vt dicit.s.Tho.in tractatu cõ
tra impugnãtes religionẽ qñ papa diſpenſat
aut mutat canones ſm̃ opoꝛtunitates tẽpoꝝ
⁊ negocioꝝ nõ facit cõtra canones aut ſtatu-
ta ſanctoꝝ patrum: qꝛ ſeruat̃ intentio ſtatuẽ
tiũ que eſt vtilitas eccl̃ie: ſicut ⁊ in omni iure
poſitiuo accidit.derogat̃ enim pꝛioꝛibus ſta-
tutis per ſtatuta ſequentia.hec ille. Ad idem
etiã Chryſo.ſup Mat.dicit ſic. Lex legiſlato
ri ſubiecta ẽ:nõ legiſlatoꝛ legi.qui ergo ſoluit

legem litterã quidẽ legis ſoluit ꝓpoſitum au
tem legis ei⁹ nõ ſoluit ſed magis illi addit ad
Ad nonum hoc dignitatẽ. hec ille. Ad nonam obiectio
nem ſumptã ex eodem. c. violatores. reſpõde-
tur ſicut ſupra reſpõſum eſt ad ſextã negando
ꝯñam. Pro quo notandũ iuxta ſanctuꝫ Tho.
⁊ doctores ꝙ duplex diſtinguit̃ gen⁹ canonuꝫ
qui ſpiritusancto dictãte per plures ſanctos ĩ
cõcilijs ſiue extra concilia cõditi ſunt. Primũ
genus eſt eoꝝ que ſunt de iure diuino ſicut ſũt
canones ꝑtinentes ſiue ſtatuta ad articulos
fidei aut ad ſubſtantiã ſacramentoꝝ aut que
manifeſtã cõnexionem habent ad legem diui
nã ꝑtinentia ad bonos mores ⁊ de talibus in
telligũtur omnia illa capitula. vt dicit ſanct⁹
Tho. iuxta etiã glo. que ponũtur. xxv. q. i. vide
licet. c. violatores. c. ſunt quidã. c. ꝯtra ſtatuta
ca. prima ſalus. Scd̃m genus canonũ eſt eoꝝ
que ſancti patres inſtituerũt in cõcilijs vlib⁹
de iure poſitiuo. licet eñ canones oẽs a ſãctis
patrib⁹ vnanimiter ⁊ vno ꝯſenſu editi cenſeã
tur cõditi a ſpiritusancto ſicut dictante ⁊ ĩſpi
rante: nõ tamen oẽs dicũtur pertinere aut ad
legem nature aut ad ius diuinũ ſicut aduerſa-
rij videtur innuere: ſed aliqui dicũtur ꝑtinere
ad ius poſitiuũ. nam ſi canones omẽs q̃ a ſpi
ritusancto dicũtur ꝯditi pertinere ĩdo dicerẽ
tur ad legem nature ſiue ad ius diuinũ indiſ-
penſabiles eſſent ⁊ ita eccleſia erraſſet diſpẽ-
ſando in canonibus factis a ſanctis patrib⁹.
Item nec mutari poſſent qui ſemel eſſent ꝯſti
tuti ⁊ multa alia ſequerẽtur que oĩno ſunt ab
ſurda ⁊ incõuenientia. In primo genere cano
nũ qui ꝑtinere vidẽtur ad legem dñi: papa nõ
diſpenſat nec mutationẽ facit. In ſcd̃o vero ge
nere canonũ ſic quẽadmodum ſepe dictũ eſt.

Ad decimũ Ad decimã que ſumit̃ ex eo ꝙ canon dicit̃
regula: reſpõdetur negando minorẽ in qua di
citur ꝙ oporteat regulas hmõi agibiliũ eſſe ĩ-
mobiles ⁊ ĩpermutabiles ſicut ꝓncipia in ſpe
culabilib⁹. Pro quo notãdũ ꝙ cuꝫ certitudi
nis firmitas variet̃ ſꝫm varietatem rerũ. vt di
citur. i. de aĩa ⁊. i. ethy. ⁊ oĩs menſura dicat̃ re
latiue ad menſuratũ nõ oportet ꝙ oĩs menſu-
ra aut regula ſint equalis certitudinis aut fir
mitatis. nec oẽs poſſunt eſſe ĩfallibiles: ſꝫ quã
tum poſſibile eſt in ſuo genere. vnde cum illa
q̃ regulanda ſunt lege humana ſiue canonica
ſiue ꝯcilij ſint ꝯtingẽtia ſingularia multiplici
ter variabilia nõ poſſunt leges humane habe
re illã ĩmutabilitatem quam habẽt principia
prima in ſpeculabilib⁹ ſicut eſt manifeſtũ: im-
mo ꝓpter hmõi rerũ varietatẽ quibus oportꝫ
mẽſuras ⁊ regulas coaptari ad ſalutẽ reip. eſt
neceſſariũ leges ipſas mutabiles fore vt ſcõꝝ

patrũ auctibus ſupra oñſum eſt. c. lij. vñ lex q̃
vno tꝑe eſt iuſta ⁊ vtilis alio tꝑe ſeruata eſſꝫ
iniuſta ⁊ nociua. Pro quo aduertendũ eſt iu-
xta. s. Tho. in. i. ij. ꝙ rectũ in rebus corꝑalibus
dicit̃ abſolute: ⁊ ideo rectũ in eis q̃tum eſt de
ſe manet ſemꝑ rectũ. ſed rectitudo legis acci-
pit̃ non abſolute ſed in ordine ad vtilitatẽ cõ
munẽ: cui non ſemꝑ ꝓportionat̃ vna ⁊ eadem
res: ⁊ ideo talis rectitudo mutat̃. vñ dicit Au
gu. in primo de li. arbi. ꝙ lex tꝑalis q̃uis iuſta
ſit mutari tñ per tꝑa iuſte põt. Et ita patet ꝙ
ratio illa que apd̃ aduerſarios cenſet̃ eſſe ma-
gni roboris non procedit. ⁊ ad. c. prima ſalus.
xxv. q. i. qd̃ inducit̃. rñdetur ꝙ intelligit̃ de ſta
tutis cõditis a ſanctis patribus que ſunt de
iure diuino ⁊ nõ de his que ſunt de iure poſiti
uo: qm̃ a talibus ꝓ loco ⁊ tꝑe licitum eſt decli
nare. vñ ꝓpter hanc differentiã que eſt in cõ-
ſtitutis ſanctoꝝ patrũ dicit Leo papa in. c. ſi
cut. diſ. xiiij. ꝙ ſicut quedã ſunt que nulla poſ-
ſunt rõne cõuelli: ita multa ſunt que aut ꝓ ne
ceſſitate tempoꝝ aut ꝓ ꝯſideratione etatum
opꝫ temperari. ꝑ quã diſtinctioneꝫ ſoluuntur
multa alia argumenta aduerſarioꝝ que indu-
cunt de ĩmutabilitate canonũ. Ad vndeci- Ad vndecimũ
mã ꝙ poſſit tollere ⁊c. rñdetur iuxta ſuperius
dicta ꝙ cõtra dicta apl̃oꝝ extra ſcripturã ſan
ctam põt Romanus põtifex: q̃ ſic ſuꝑior eſt.
ſed cõtra dicta cõtenta in ſacra ſcriptura nõ
põt. non q̃ pauli ſunt: ſed q̃ in ſcriptura ſunt
que neceſſario cõtinet infallibilẽ veritateꝫ ⁊
q̃ a ſpũſctõ principal̃r eſt: a paulo autẽ eſt in-
ſtrumental̃r. iux̃ illd̃ ps. xliiij. Lingua mea ca-
lamus ſcribe ⁊c. Actio aũt attribuit̃ principa
li agenti nõ aũt inſtrumentali: ⁊ ideo cũ ſpũs
ſanctus ſit ſuꝑior papa ſi faceret ꝯtra ſcriptu
rã ſanctã faceret cõtra ſpũmſanctũ. ⁊ ita illa
ꝯña aduerſarioꝝ nõ procedit qua dicũt: ergo
papa põt tollere ea q̃ paulus poſuit in epl̃is
ſuis: cũ epiſtole ille in canone ſacre ſcripture
contineant̃. Ad duodecimã de. c. decreta- Ad duodecimuꝫ
les. dicendũ ꝙ ꝯña nõ valꝫ: qm̃ ad diuerſas g̃-
tias ſpectant. primũ eñ ad excellentiã ſciẽtie
ſcd̃m ad eminentiã ꝑtãtis: ⁊ ideo licet diuina
rũ ſcripturarũ excellentiſſimi doctores ſcien-
tia põtificibus Romanis forte preemineãt: ⁊
dicimus forte: q̃ poteſt eſſe ita doct⁹ Roma-
nus pon. ꝙ nullus ſuo tꝑe ſit par ei: neqꝫ ſupe-
rior etiam in ſcientia: nihilominus in cauſarũ
ſiue dubioꝝ diffinitione in diſpenſatõe cano-
num aut mutatione etiam ſtatutoꝝ predeceſ-
ſorum ſuoꝝ que omnia reſpiciũt auctoritateꝫ
merito pontifices preferẽtur. vnde. s. Tho. in
quotlibeto. v. ⁊ vlt. dicit ꝙ magis ſtanduꝫ eſt
ſententie pape: ad quem pertinet determi-

nare de fide quā in iudicio ꝓfert ꝙ quorumlibet ſapientū hominū in ſcripturis opinioni. dicit. n. in. ij. ij. q. ij. ar. iij. ꝙ cōtra auctoritatē pape nec Hiero. nec Aug. nec aliquis ſanctorū ſuā ſententiā defendit. Ex quo ſatis cōfunditur ꝑſumptio aduerſarioꝝ nouelloꝝ magiſtroꝝ qui tam aperte ſummoꝝ pontificū ſententijs ⁊ ſanctorum etiam patrum ſentētias ſuas anteferre preſumunt.

Cap. lviij. Qꝫ vniuerſale conciliū plenarium in his que fidei ſunt errare non poſſit.

Ca. LVIII

Ex his que de ſacroꝝ concilioꝝ vniuerſaliū canonibus ſupra explanauimus orta nobis eſt occaſio veniendi ad q̄ſtionem illā. vtrum vniuerſale conciliū in his q̄ fidei ſunt errare poſſit. Ad quā queſtionem nobis videt᷑ ſub diſtinctione reſpondendum. de concilio eñ vniuerſali loqui poſſumus dupliciter. Uno modo de cōcilio vniuerſali plenario. plenariū aūt conciliū dicimus in quo cū eccleſie patribus Romanus pōtifex eoꝝ caput ⁊ princeps vnanimi cōſenſu ⁊ auctoritate cōcurrit ſiue interuenit. vnde concilium Anthiochenū de plenario cōcilio prouinciali loquens ait. perfectum conciliū eſt illud in quo interuenit metropolitanus antiſtes. Itē ibidem illa dicitur plenaria ſynodus: in qua etiā ep̄s metropolitanus interfuit. Scd̄o modo loqui poſſumus de concilio prout dicit corpus tantū patrū diſtinctum a capite ſuo Romano pon. ſi primo modo loquamur de ꝯcilio ſit iſta cōcluſio. Conciliū vniuerſale in his q̄ ad fidē ꝑtinent errare nō poteſt: que tam patrum eccleſie ꝙ Romani pon. vnanimi ꝯſenſu diffinita ſunt. Iſta concluſio multipliciter ꝓbatur. Primo ſic. apl̄ice ſedis iudicium in his que fidei ſunt errare non poteſt: ergo nec cōcilium vniuerſale in quo apl̄ice ſedis interuenit ſiue cōcurrit auctoritas ⁊ cōſenſus. ꝯña eſt manifeſta. añs eſt a nobis multipliciter demonſtratū. li. ij. in. c. cix. colligitur etiā ex illo. Luc. xxij. Ego rogaui ꝓ te Petre vt non deficiat fides tua ⁊c. Item ex. c. illo in ſede. ⁊. c. h eſt fides. xxiiij. q. i. Scd̄o ſic. in eccleſia militāte eſt certū iudiciū de difficilibus ⁊ obſcuris que circa fidem emergunt. patet: alr̄ enim tota eccleſia militans poſſet circa fidē errare: ſed vltimū iudicium circa difficilia ⁊ obſcura circa fidem emergentia penes concilium vniuerſale plenariū reſidere cenſetur: vt videtur velle Augu. in ep̄la ad gloriū ⁊ Eleuſium ⁊ in lib. i. de vnico baptiſmo cōtra donatiſtas vbi ita inquit. Queſtionis huius obſcuritas prioribus eccleſie tp̄ibus ante ſciſma Donati magnos viros ⁊ magna charitate p̄ditos patres ep̄os ita inter ſe cōpulit ſalua pace diſceptare atq; fluctuare vt diu concilioꝝ in ſuis quibuſq; regionibus diuerſa ſtatuta mutarēt donec plenario totius orbis cōcilio qd̄ ſaluberrime ſentiēbatur etiā remotis dubitatiōibus firmaret᷑. hec ille: ergo conciliū vniuerſale circa fidē errare nō pōt. Tertio ſic: vniuerſalis eccleſia nō pōt errare q2 ſpirituſancto gubernatur qui eſt ſpūs veritatis. hoc eni promiſit dñs diſcipulis ſuis. Jo. xvj. Cum venerit ille ſpūs veritatis docebit vos oēm veritatē: ſed diffinita per ꝯcilia vniuerſalia plenaria ſunt diffinita auctoritate vniuerſalis eccl̄ie. ergo ſequitur ꝙ concilia vniuerſalia plenaria nullo modo errare poſſunt in fide. Quarto ſic: ſi ꝯcilia vniuerſalia plenaria errare poſſent nihil certū haberemus de diffinitis per cōcilia vniuerſalia: ⁊ ita ſimbolū fidei qd̄ in miſſa cātatur factum in cōcilio Conſtātinopolitano redderet᷑ nobis dubiū qd̄ eſt abſurdū dicere ⁊ multa alia incōuenientia ſequerentur. Iſta argumentatio videt᷑ eſſe. viij. ſynodi. vnde facta diffinitione ita inquit poſt multa. At vō ſi reprobauerit ſaltē vnum ex his que hic ſcripta ſunt: ⁊ a beato Nicolao ante iudicata fiet eſtus in eccleſia noſtra continuus ⁊ ſimultas eccleſiaſticoꝝ negociorū: ita vt nunq̄ videri poſſꝫ in eccleſia q̄libet ordo. vbi eñ cōcurſus oīs patriarchalis throni: ⁊ vt idipſum dicat omēs ſacri theologi ſi diabolico cōcilio ambiguitatē quis habeat vocatio ꝑfecto tandem infirmitatē habebit: ⁊ eccleſiaſtica ꝯſtitutio pacem. anathema ergo illi qui ſm aliquid p̄ſumpſerit reprobare quicq̄ ex his que hic ſcribunt᷑ a patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto amē. hec ibi. Quinto ſic: a concilio vniuerſali plenario in cauſa fidei appellari nō poteſt. ergo ſequit᷑ ꝙ circa cauſas fidei errare nō poſſit. ꝯña ptꝫ: cū omnis cauſa viciata per appellatōis remedium ſit ſubleuanda. ij. q. vi. c. liceat. ſi cōciliū tale errare poſſet in cauſa fidei cum illa poſſꝫ viciari: ⁊ ita per appellatōis remediū eſſꝫ ſubleuanda: ⁊ ita liceret appellare a cōcilio. añs tū patet: tum ex decreto cōcilij Calcedoneñ. vbi ſtatutū legitur ꝙ ab electa ſynodo nō appellatur. Electa aūt ſynodus dicit᷑ in qua aſſenſus ⁊ approbatio apl̄ice ſedis interuenit: vt alr̄s declarauimꝰ. Preterea ſi appellare liceret: aut igitur ad aliud concilium vniuerſale: aut ad papam aut ad eccleſiam vniuerſalem. Non ad aliud concilium vniuerſale: quia eadem rōne ab illo appellare liceret: ⁊ ita finis talis cauſe imponi nō poſſet. Non eſſꝫ ap

Conciliū vniuerſale plenariū capitur dupliciter.

Cōcluſio prima que eſt de cōcilio vniuerſali plenario primo modo

pellandū ad papā: qꝛ cū in ꝯcilio plenario in-
teruenire intelligat̄ cōſenſus pape ⁊ auctori-
tas eius: appellatio illa eſſet a papa ad papā
⁊ nō ad aliquē ſuperiorē. Nec eēt appellādū
ad eccliam: qꝛ fruſtra ad vniuerſalē eccliā ap-
pellaret̄ cū vlis ecclia ſimul in vnū ꝯuenire nō
poſſit. Sexto ſic. illa cōgregatio in his que fi-
dei ſunt errare nō pōt cuiꝰ diffinitiones ⁊ con-
ſtituta oīs fideles ſub pena anathematis ſi-
ue ꝑuatiōis cōmunionis fideliū iubent̄ obſer-
uare: patet. ſed vniuerſalia cōcilia ſunt hmōi.
ergo ⁊c̄. minoꝛ patꝫ ex multis. Tum ex cōcilio
nono tolletano vbi actione. xi. ita dicit̄. Ne q̄-
libet in poſterū aut impune valeat conueniri
aut generalia ſtatuta cōuellere plena decerni-
mus vnanimitate cōnexi vt quecunqꝫ ꝓ fidei
cauſis eccleſiaſticiſqꝫ negocijs aut in preteritꝭ
geſtis aut in ꝓ̄ſentibꝰ cōſtitutis aut in futuris
etiā decretis vel ſint vel fuerint diffinitōe cō-
ſcripta vniuerſalis auc̄tatis nullus his dein-
ceps cōtradicere audeat nullus reuerberare
ꝓ̄ſumat nullus nō implere ꝯtendat. Naꝫ ſi q̄s
ex religione cōtra hec inobediēs aut ſuſurrās
certe latratoꝛ aut inuidus aut potiꝰ nō fautoꝛ
extiterit gratioſꝰ ⁊ honoris ſui ⁊ cōmunionis
ſancte lugeat amiſſione mulctatꝰ. hec ibi. Itē
hoc etiam a ſanctis patribꝰ legit̄ inſtitutū: vt
dn̄s aymarus li. de ſynodis teſtat̄ ita dicens.
Sancti patres ſub diſtricto anathemate con-
demnaſſe legunt̄ eos q̄ orthodoxoꝝ patrū ſta-
tuta nō receperint q̄ vniuerſalibꝰ cōcilijs con-
ſonare ꝑſpexerint. vnde Grego. i. Om̄es a ꝓ̄n-
cipalibꝰ concilijs diſſentiētes in ſua ſynodica
anathematizauit. Septimo ſic. ea que cōclu-
ſa ſunt in cōcilio plenario ſupradicto dicunt̄
vniuerſalit̄ totius ecclie ꝯſenſu diffinita ⁊ cō-
cluſa: ergo ſequit̄ ꝙ prefatū cōciliū vniuerſa-
le in his q̄ circa fidē diffinit errare non poſſit.
cōſequētia pꝫ argumētatōne qua btūs Greg.
vtitur in ca. Sicut. di. xv. dicens. Cunctas ve-
ro quas prefata venerāda ꝯcilia ꝑſonas reſpu-
unt reſpuo que venerant̄ amplectoꝛ: qꝛ dū vni-
uerſali ſunt cōſenſu cōſtituta ſe nō illa deſtru-
it quiſq̄s preſumpſerit abſoluere quos ligant
aut ligare quos abſoluunt. Octauo ſic. in cō-
cilijs vniuerſalibꝰ plenarijs credūt̄ ſancti pa-
tres ſpūſctō canones condidiſſe ⁊ maxime cir-
ca fidē ſine qua impoſſibile eſt placere deo: vt
inquit apl's ad Heb. xi. ergo videt̄ ꝙ talia cō-
cilia dirigēte ſpūſancto in his q̄ fidei ſunt er-
rare nō poſſunt. ꝯn̄a pꝫ: qꝛ ſpūſſctūs cuiꝰ gr̄a
editi ſunt canones eſt magiſter veritatis ⁊ nō
erroris. antecedēs hr̄ ex ca. ꝓ̄mo. diſt. xv. qđ eſt
beati Iſiđ. vbi enumerat̄ q̄ttuoꝛ vniuerſalibꝰ
ꝯcilijs plenarijs ſcꝫ Niceno Cōſtantinopoli-
tano Epheſino ꝓ̄mo ⁊ Calcedonēſi ita inquit
He ſūt ſynodi ꝓ̄ncipales. iiij. fidei materiā ple-
niſſime ꝓ̄dicantes: ſed et ſiq̄ ſunt alia ꝯcilia q̄
ſcti pr̄es ſpū dei pleni ſanxerūt poſt iſtoꝝ. iiij.
auc̄tē manēt om̄i ſtabilita vigore. ſecūdo ex. c.
Violatores. vbi Damaſꝰ papa ita dic̄. Viola-
tores canonū volūtarie grauit̄ a ſctis patribꝰ
iudicant̄ ⁊ a ſpūſctō inſtinctu cuiꝰ ac dono di-
ctati ſunt damnant̄. h ille. Nono ſic illud cō-
ciliū errare non pōt in fide quo errāte erraret
vlis ecclia: ſ errante cōcilio gn̄ali plenario er-
raret vlis ecclia: qꝛ in tali concilio vniuerſali
vlis ecclia repꝛ̄ſentat̄ ⁊ virtute ꝯtinet̄. Deci-
mo arguit̄ ſic. nullū iudicium qđ in materia fi-
dei irreiterabile ⁊ irreuocabile eſt: defectibile
eſt aut errare pōt in fide: ſ iudiciū plenarij cō-
cilij in materia fidei ita habitū eſt apud ſctōs
patres ⁊ diffinitū vt incōuulſū ⁊ irreuocabile
in euū maneret. ergo cōciliū vniuerſale de quo
loquimur in his q̄ fidei ſūt defectibile eſſe nō
pōt. ꝯn̄a eſt bona. maioꝛ etiā pꝫ. minoꝛ ꝟo eſt
Gelaſij pape in ep'la quā vniuerſis epis ꝑ dar-
daniā ꝯſtitutꝭ ſcribit: vbi dicit. Patres noſtri
catholici videlicꝫ doctiqꝫ pōtifices in vnaq̄qꝫ
hereſi quolibꝫ tp̄e ſuſcitata quicq̄d ꝓ fide pro
veritate ꝓ cōmunione catholica atqꝫ ap'lica
incōuulſum voluerūt deinceps firmūqꝫ cōſta-
re: nec in eadē cauſa denuo q̄ prefixa fuerāt re-
tractari qualibꝫ recēti ꝓ̄ſumptōe ꝑmiſerūt ſa-
pientiſſime ꝓuidētes: qm̄ ſi decreta ſalubriter
cuiq̄ liceret iterare nullum ꝯ ſingulos quoſqꝫ
proꝛſus errores ſtabile ꝑſiſteret ecclie cōſtitu-
tum: atqꝫ ſemꝑ hiſdē furoꝛibꝰ rediuiuis om̄is
integra diffinitio turbaret̄ ⁊c̄. Inde eſt vt in
ca. Maiores. xxiiij. q. i. habet̄. idē papa Gela-
ſius dic̄. Maiores noſtri diuina inſpiratione
cernētes neceſſario ꝓ̄cauerūt vt qđ cōtra vnā-
quāqꝫ hereſim coacta (.i. coadunata) ſemel
ſynodꝰ ꝓ fidei cōiōne auc̄tate catholica atqꝫ
ap'lica ꝓmulgaſſet nō ſinerēt nouis poſt h re-
tractationibꝰ mutilari ne prauis occaſio ꝓ̄be-
retur q̄ medicinalit̄ fuerāt ſtatuta poſt ꝓpul-
ſandi. ⁊. j. in fine ſynodus ſemel geſta cōdem-
nans vlterius ad noua cōcilia venire nō ſinit
vt ſcꝫ vt inq̄t temere de fide diſputent. Nā vt
inquit impatoꝛ Martianꝰ de ſum. tri. ⁊ fi. ca.
Iniuriā facit iudicio reuerēdiſſime ſynodi ſi
q̄s ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere
atqꝫ publice diſputare cōtendit. quocirca in
ca. Cōfidimꝰ. xxvij. q. i. papa gelaſiꝰ inq̄t. Con-
fidimꝰ ꝙ nullꝰ tā veracit̄ xpianꝰ ignorat vni-
uſcuiuſqꝫ ſynodi cōſtitutū qđ vlis ecclie ꝓba-
uit aſſenſus nulla magis exeq̄ ſedē pre ceteris
opoꝛtere ꝙ̄ primā que ⁊ vnāquāqꝫ ſynodū ſua
auc̄tate cōfirmat ⁊ cōtinuata moderatiōe cu-

ſtodit.hec ille. Hmōi aūt ꝯcilia in ꝗbus vl'is
eccleſie cōcurrit aſſenſus ſunt illa ꝗ plenaria
vocat Aug.quoꝝ vt (ipſe ait in epl'a ad Janu
ariū) ſaluberrima in eccl'ia auctas eſt.in.c.il-
la.di.xij. de ꝗbus currūt rōes que fiūt ꝙ vl'e cō
ciliū errare in his que fidei ſunt nō poſſit. Ul
timo ſic.illa cōgregatio in diffinitione vnani-
mi ſua in his ꝗ fidei ſunt credenda eſt nō erra
re cui⁹ diffinitōis oppoſitū tenētes ſunt here
tici.ſed tenētes ⁊ ſapiētes cōtrariū eoꝝ ꝗ vl'ia
ꝯcilia ⁊ plenaria de fide diffinierūt ſunt here-
tici.ergo ⁊c.ꝯn̄a eſt bona. maioꝛ patet. minoꝛ
etiā patet.vn̄ dꝛ in cōcilio Calcedonen̄.actio-
ne ꝗnta poſt datā ſententiā de duab⁹ naturis
⁊ vna pſona in xpo dicūt pr̄es ſic. His itaqꝫ a
nobis diſpoſitis diffiniuit ſctā ⁊ vl'is ſynodus
alterā fidē nulli licere pferre vel ꝯſcibē aut cō
ponē:āt ſētire:alit̄ eos aut ꝗ auſi ſīt aut ꝯponē
fidē alterā aut cerre pferre aut docē aut tradē
alteꝝ ſymbolū:ſi epi fuerit aut clerici alienos
eē ab epatu ⁊ clericos a clero:ſi mōachi ⁊ laici
fuerit anathēatizati.mlt'a ſil'ia hn̄t ex alijs cō
ciliјs vl'ibus. Secūdo vero modo loqui poſ-
ſum⁹ de ꝯcilio vl'i put tm̄ dicit pꝛelatoꝝ con
gregatōem diſtinctā ſiue ꝯdiuiſā a ro.pō.ſiue
nō icluſo roma.pon.⁊ h̄ mō loq̄ndi ſit iſta cō
cluſio. Conciliū vl'e nō iteruenīete ꝯſenſu ⁊
appꝛobatione apl'ice ſedis errare pōt in his ꝗ
fidei ſunt. Que ꝯcl'o exēplis ⁊ auc'te oſtēdit̄

Secūd⁹ modus accipiēdi cōciliuꝫ vl'e plenariū

Cōcluſio ſecūda que eſt de cōcilio vl'i plenario ſecū do modo dicto.

Exemplariter pꝫ pꝛimo de cōcilio qd̄ copio-
ſo numero epoꝝ cōueniēte Arimini celebꝛatū
eſt.in quo vt dicit Hiero.in altercatiōe Luci-
feriani ⁊ Orthodoſi noīe vnitatis ⁊ fidei infi
delitas ſcripta eſt.ꝯtra qd̄ Damaſus papa vi
riliter inſurrexit ⁊ ꝯgregato ꝯcilio condēnās
Liberiū:ānullauit qd̄ fecerat.hoc ꝯciliū btūs
Aug.vocat latrociniū.hoc ꝯciliū dānat̄ in ca
none in.c.ſancta romana eccl'ia. vbi Gelaſi⁹
papa inꝗt.In pꝛimis Ariminen̄.ſynodū a Cō
ſtantino ceſare Conſtātini filio ꝯgregatā me
diante thauro pꝛefecto ex tūc ⁊ in eternū ꝯfi-
temur eſſe dānatā. Secūdo idem oſtendit̄ ex
ꝯcilio Ephesino ſcd̄o:qd̄ legitime inchoatum
fuit p̄ſidentib⁹ etiā legatis pape nihilominus
in euerſionē fidei agitatū eſt ⁊ in ei⁹ coꝛrectio
nem Leo papa Calcedonen̄.ſynodū inſtituit.
Item ſynodus Aquileie celebꝛata que ꝗntaꝫ
vl'em ſynodū a Juſtiniano impatoꝛe ⁊ Uigi-
lio papa Conſtātinopoli celebꝛatā ſuſcipe-
re diffidit:quā Sergi⁹ papa ſalubꝛiter redar-
guit ⁊ ad ꝯcoꝛdiā reduxit.vt narrat Uincēti⁹
in ſpec'lo hyſtoꝛiali li.xxiiij.c.cxxxiiij. Itē ſyno
dus trecentoꝝ triginta epoꝝ tpe Conſtātini
Cōſtantinopoli ꝯgregata in ꝗ vt narrat ideꝫ
Uincētius li.cōmemoꝛato.c.clxxiiij. edictum
ꝓmulgatū eſt de imaginib⁹ dei ⁊ ſanctoꝝ de-
ponendis cōtra quā ſtephanus papa rome ſy
nodum congregat in qua om̄ia a conſtantino
oꝛdinata reoꝛdinat ⁊ venerationē ſanctarum
imaginū cōfirmat eoꝛumqꝫ ꝓphanatoꝛes ana
thematizat:vt idem Uincentius cōmemoꝛat
libꝛo pꝛefato.ca.clxv. vnde ſeptima ſynodus
condēnans pꝛefatā ſynoduꝫ ſic ait. Frementi
concilio cōtra venerabiles imagines:anathe
ma. Item infra de ꝑuerſione illi⁹ ꝯcilij loꝗns
⁊ cauſis dānatiōis eius ita inquit. Hoc nem-
pe conciliū cayphaicū conciliabulū factū eſt
illud aduerſus dn̄m inania meditatuꝫ eſt hoc
aduerſus ipius imaginē fremuit.Et.j.hoc cō-
cilium ſolam nuncupationē habet ſacerdota
lem ſciētiā aūt pꝛauā atqꝫ pꝛophanā hoc ꝯcili
um contumax habet os ⁊ ſpiritum mendacio
delibutuꝫ. Nam veritatē quandā finxit in fal
lacia pꝛeſumpſit hoc concilium ſancta ſynod⁹
vtpote ꝫizania dominice aree.i. eccl'ie catho-
lice ventilauit ⁊ vētilabꝛo diuini iudicij pro-
ſecit ablata ergo ſunt a catholica eccleſia ⁊ re
darguta figmenta eius.hec ille. Item cōciliū
aquiſgrani celebꝛatum cuius diffinitioni cir-
ca materiam ſacramenti matrimonij non ſta-
tur videlicꝫ ꝙ raptoꝛ nō poſſit matrimonialit̄
cū rapta copulari.de quo in.c. Placuit.xxxvi.
q.ij.ſed poti⁹ ſtat̄ auc'ti Hiero.ꝯtrariū diffiniē
tis.vt in.c.Tria.e.q.de quo fit mētio etiā i glo
ſa ſup.c.de libellis.di.xx.⁊ ſic de mult̄ alijs poſ
ſent exempla induci ⁊ cū illis etiā de baſilien̄.
qd̄ ⁊ ſcandaloſuꝫ ⁊ in mlt'is a ſctōꝝ patrū do-
ctrina erraſſe videt̄. Preterea ꝙ ꝯciliū p̄fatū
errare poſſit ſatis apte colligit̄ ex btō Augu.
qui in epl'a quadā contra donatiſtas.vbi poſt
quoddā acerrimū argumentū ſubinfert ad ꝓ-
poſitū.ſic faciant mille cōcilia epi veſtri huic
vni ſentētie reſpōdeāt ⁊ ad id qd̄ voluerit cō
ſentim⁹ vobis. Item idē colligit̄ ex beato Iſi
doꝛo in ca.Dn̄o ſctō.di.l.vbi ait.ꝙ ſi in geſtis
concilioꝝ diſtans ſentētia inueniat̄ illius cō-
cilij ſententie ſtandū ſit cuius quidē potioꝛ et
antiquioꝛ extat auctoꝛitas. nūꝗ autē adinui-
cem poſſunt diſcoꝛdare niſi altero illoꝝ a vero
declināte.qm̄ ſm̄ ph'm.i.ethi. Om̄ia vera con
ſonant h̄ falſum ē qd̄ a vero diſſonat. hoc aūt
nequaꝗ dixiſſet Iſid̄.ſi fuiſſet impoſſibile con
ciliū aliqd̄ errare. Idē etiā colligit̄ ex.c. cūcta
ꝑ mūdū.ix.q.iij. Item Aug.in epl'a ꝯtra dona
tiſtas ait. Itaqꝫ cōciliū illud ꝑuerſuꝫ atqꝫ ne-
phandum maxime vt credit̄ traditoꝝ fuit. Ex
his exufflat̄ fātaſia ſtulta eoꝝ ꝗ omi ꝯcilio nō
errādi grām ꝗſi eſſentialit̄ ineſſe affirmāt: cuꝫ
tam ex euāgelio ꝗ̄ ex actib⁹ aplo'ꝝ ⁊ geſtis an
tiquoꝝ concilioꝝ manifeſte oppoſitū habeat̄.

Capitulū.lix. In quo obijcitur contra predicta.

Caplm̄ LIX

**S**Unt aliqui ad-
uerſarij q̄bus non ſapit veritas
p̄dicta de īfallibitate iudicij ple
narioꝝ ꝯciliorꝝ ⁊ arguūt ꝯtra il-
Argumētū p̄mū lam multipliciter. Primo ſic: vt Guilbelm⁹
ockam īducit in dialogo ſuo. Una ſola eccl̄ia
militans eſt que cōtra fidē errare nō poteſt: q2
de ſola vl̄i eccleſia militāte īuenit̄ in ſcriptur
auctēticis ꝙ errare nō poteſt: conciliū autem
vl̄e licet ſit pars eccleſie vl̄is nō tn̄ eſt ipſa ec-
cleſia vl̄is. ergo temerariū eſt dicere ꝙ ꝯciliū
Secūdum gn̄ale circa fidem errare nō poſſit. Secūdo
ſic. illa ꝯgregatio q̄ poteſt volūtate hūana diſ
ſolui pōt cōtra fidē errare q2 illa eccl̄ia que in
fide errare nō poteſt vſq3 in finem ſeculi eſt du
ratura. iuxta verbū xp̄i Mat. vlt. Ego aūt vo
Nimirū ſi ſciſmaticoꝝ ſacrificia ⁊ oblatōnes
nō acceptet altiſſimus: qm̄ vt inquit Cypria
nus in quadā epiſtola. Nihil pōt eſſe gratum
⁊ firmū apud deū quod illi faciūt quos de⁹ ho
ſtes ⁊ aduerſarios ſuos dicit in euangelio ſuo
ponēs. Qui nō eſt mecū aduerſum me eſt ⁊ q̄
nō colligit mecū ſpargit. Ceterū ſciſma oſtē-
ditur grauiſſimū. Cum qȝ tunicā dn̄i incōſuti
lem quā milites Pilati nō fuerūt auſi ſcinde
re ſciſmatici xp̄i crucifixorib⁹ crudeliores vni
tatem eccl̄ie ꝑ illā ſignificatā ſcindere preſu-
mūt. Contra quos btūs Augu. in epiſtola ad
Seuerinū cōtra ſciſmaticos ita inquit. Qua
re diuiſores veſtimētoꝝ dn̄i eſſe vultis ⁊ tuni
cam illam charitatis deſuꝑ contextaȝ quam
nec ꝑſecutores eius diuiſerunt tenere cū toto
orbe nō vultis. Et beatus Cyprianus in ep̄la
de vnitate eccleſie. Quis ſic ſceleratus ⁊ per
fidus quis ſic diſcordie furore veſanus vt aut
credat ſcindi poſſe aut audeat ſcindere vni-
tatem dei veſtem dn̄i eccl̄iam xp̄i. monet nos
ip̄e in euangelio ⁊ docet dicens. Et erit vnus
grex ⁊ vnus paſtor. Ceteruȝ grauitas huius
ſceleris ſciſmatis oſtendit̄ ex eo ꝙ ſciſmatici
vident̄ negare fidē xp̄i, vnde Ambro. ⁊ habe
tur in. c. aduocauit. xxiiij, q. i. loquēs de Cyp̄a
no ita dicit. Nō putauit fidem eſſe in ſciſma-
te. nam ⁊ ſi fidē erga deum tenerēt. ſ. ſciſmati-
ci tn̄ erga dei eccl̄iam nō tenebāt cui⁹ patie-
bant̄ velut quoſdā artus diuidi ⁊ mēbra lace
rari. Etem̄ cū ꝓpter eccl̄iam xp̄s paſſus ſit et
corpus xp̄i ſit eccl̄ia nō videt̄ ab his exhiberi
fides xp̄o a quibus euacuatur paſſio eius atqȝ
diſtrahit̄. Ampli⁹ grauitas hui⁹ ſceleris at
tendit̄ ex eo ꝙ videt̄ eſſe īfirmitas deſperata.
vn̄ Aug. de v̄bis dn̄i li. iij. ſmōe. xij. Xp̄s caput
eccleſie eſt ⁊ eccl̄ia corp⁹ eius ⁊ in ei⁹ corpore
vnitas mēbroꝝ ⁊ cōpago charitatis tanꝗ ſa-
nitas exiſtit. Quicunqȝ aūt in charitate frige
ſcit infirmat̄ in corpore xp̄i ſed potēs eſt ille q̄
iam exaltauit caput noſtrū etiā infirma mem
bra ſanare: dū tn̄ nō nimia impietate ꝑſcindā
tur ſ; hereāt corpi donec ſanētur. Quicq̄d em̄
adhuc heret corpi nō deſperate ſanitatis eſt
qđ aūt ꝑſciſuȝ fuerit nec curari nec ſanari pōt
Ceterū deteſtabilis huius peccati grauitas
colligit̄ ex grauitate pene qua a deo legit̄ pu-
nitū nō tm̄ in principalib⁹ auctoribus: ſed eti-
am in cōplicibus ⁊ cōſentientibus ac ſequaci
bus. vn̄ beatus Aug. in ep̄la ad Emeritū de ſ;
ita loquitur. Quanti aūt diuino iudicio pēda-
tur hoc facinus lege qđ te legiſſe nō ambigo:
inuenies aūt Datan ⁊ Abiron hiatu terre de-
uoratos ceteros oēs qui eis ꝯſenſerāt igne de
medio eoꝝ exeunte ꝯſumptos. Illud ergo ſce
lus ad exemplū deuitādi dn̄s deus ꝑſenti ſup
plicio demōſtrauit vt cū talibus patiētiſſime
parcit quale vltimo iudicio reſeruet oſtēderet
hec Aug. ⁊ beatus Cyprian⁹ ex eadem radice
grauitatē hui⁹ ſceleris demōſtrans in epiſto-
la. ⁊ habet̄ in. c. deniqȝ. vij. q. i. ita ait. Deniqȝ
ꝙ ſit inſeparabile vnitatis ſacramentuȝ et ꝙ
ſine ſpe ſint ⁊ ꝑditionem ſibi maximā de indi-
gnatione dei acquirant qui ſciſma faciūt ⁊ re
licto ep̄o aliū ſibi foris pſeudo ep̄m cōſtituūt:
declarat ſcriptura diuina in libris regū. vbi a
tribu iuda ⁊ de Beniamin decem tribus ſciſſe
ſunt ⁊ relicto rege ſuo alterū ſibi foris inſtitue
rūt ⁊ indignatus eſt īquit dn̄s omni ſemini iſ-
rael ⁊ demoliuit eos ⁊ dedit eos in direptōeȝ
donec abiecit eos a facie ſua qȝ diſſipatus ē iſ
rael a domo Dauid ⁊ ꝯſtituerūt ſibi regem Je
roboam filiū Nabath. Indignatū eſſe deū di
xit ⁊ eos in perditionem dediſſe: qȝ ab vnita-
te diſſipati alterū ſibi regem ꝯſtituiſſent ⁊ tā-
ta indignatio dn̄i extitit aduerſus illos q̄ ſciſ
ma fecerunt vt etiam cū homo dei ad Jerobo
am miſſus eēt qui ei peccata ſua exprobraret
atqȝ vltionem futuram prediceret panē apud
illos edere ⁊ aquam bibere vetaret̄. qđ cuȝ nō
cuſtodiſſet ⁊ cōtra preceptuȝ dn̄i pretendiſſet
ſtatim diuina cenſura percuſſus vt inde regre
diens impetu ac morſu leonis in itinere neca-
retur. Sed adhuc in euangelio dn̄s maius in-
telligentie ſue lumen manifeſtat ꝙ ijdem qui
tūc ſe a tribu Juda ⁊ Beniamin ſciderant int̄
pſeudo prophetas ⁊ gentiles computarētur.

Nam cum primo diſcipulos in miniſteriũ ſa-
lutis mitteret mãdauit ⁊ dixit. In viã natio-
num ne ieritis ⁊ in ciuitates ſamaritanorum
ne intraueritis ad iudeos ꝓus mittẽs gẽtiles
adhuc ꝑteriri iubet. addendo aũt ⁊ ciuitatez
ſamaritanoꝝ debere omitti vbi erant ſciſma
tici oſtẽdit ſciſmaticos gẽtibꝰ adequari. Itez
beatus Hiero. ⁊ habetur in. c. nõ afferamus.
xxiiij. q. i. de grauitate huius ſceleris loquens
ita ait. Non afferamus ſtateras doloſas vbi
appẽdamus quod volumus ꝑ arbitrio noſtro
dicẽtes hoc graue: hoc leue eſt. ſed afferamus
iaz diuinã ſtaterã de ſcripturis ſanctis tanq̃
de theſauris dñicis ⁊ in illa q̃d ſit grauius ap
pendamus. tpe quo dñs priora delicta recẽti-
bus penarũ exẽplis cauẽda mõſtrauit ⁊ ydo-
lum fabricatũ atq; adoratũ eſt ⁊ ꝓpheticus li
ber ira cõtemptoris regis incenſus et ſciſma
tentatũ: idolatria gladio punita eſt: exuſtio li
bri bellica cede ⁊ ꝑegrina captiuitate: ſciſma
hiatu terre ſepultis auctoribꝰ viuis ⁊ ceteris
celeſti igne ꝯſumptis. Quis iam dubitauerit
hoc eſſe ſceleratius cõmiſſum qđ eſt grauius
vindicatum: hec ille.

Capitulum. vi. De differentia grauitatis peccati inter ſciſma ⁊ hereſim.

Cap. VI

v

Videbitur for-
taſſis ex dictis alicui ꝙ ſciſma
grauius peccatũ ſit q̃ hereſis
aut infidelitatis peccatũ cum
maius peccatũ grauiori pena puniendum ſit
ſm illud Deut. xxv. Pro menſura peccati erit
et plagarũ modus. Peccatũ aũt ſciſmatis gra
uius inuenit̃ punitũ q̃ etiã peccatũ idolatrie
vt dictum eſt ſm ꝙ legit̃ Deut. xxxij. ꝙ ꝓpter
idolatriam ſunt aliqui humana manu gladio
interfecti. De peccato autẽ ſciſmatis legitur
Numeri. xvi. Si nouã rem fecerit dominꝰ vt
aperiẽs terra os ſuũ deglutiat eos ⁊ oĩa q̃ ad
eos ꝑtinẽt deſcenderintq; viuẽtes in infernũ
ſcietis q: blaſphemauerũt dñm. Decez etiam
tribus qui vitio ſciſmatis a regno David re-
ceſſerũt ſunt grauiſſime puniti. iiij. Reg. vij.
Nihilominus nõ eſt ita in veritate ꝙ ſciſma
ſit grauiꝰ pctm̃ q̃ infidelitas. Regula eſt eniz
gñalis ꝙ om̃e qđ ſe hz ꝑ additionẽ ad aliđ po
tius ſit illo in bono vel in malo. ſic aũt ẽ ꝙ he
reſis ſe hz ꝑ additionẽ ad ſciſma: addit em̃ ꝑ-
uerſum dogma. vt pz ex auctẽ Hiero. ſupra in
ducta. vñ nõ ẽ dubiũ ꝙ ſciſma abſolute loquẽ
do minus pctm̃ ſit q̃ infidelitas. Pro quo no
tãdũ iuxta ſcm̃ Tho. in. ij. ij. q. xxxix. ar. ij. ꝙ gui
tas pcti põt duplr̃ ꝯſiderari. vno mõ ſm ſuaz
ſpẽm. alio mõ ſm ſuas circũſtãtias: ⁊ q: circũ
ſtantie ꝑticulares ĩfinitis modis poſſunt va-
riari: cũ queritur in cõi de duobꝰ peccatis qđ
ſit grauiꝰ intelligenda eſt queſtio de grauita-
te que attẽdit̃ ſm genꝰ peccati. genꝰ autez ſeu
ſpecies attendit̃ ex obiecto ⁊ ideo illud pecca
tũ qđ maiori bono contrariat̃ eſt ex ſuo gene-
re grauius peccatũ: ſicut pctm̃ in deũ q̃ in ꝓ-
ximũ. Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ infidelitas ẽ pec
catũ cõtra ipſum deũ ſm ꝙ in ſe eſt veritas pri
ma cui fides innititur: ſciſma aũt eſt cõtra ec-
cleſiaſticã vnitatẽ que eſt quoddã bonũ parti
cipatũ ⁊ minus q̃ ſit ipſe deꝰ. vnde manifeſtũ
eſt ꝙ peccatũ infidelitatis in ſuo genere ẽ gra
uius q̃ peccatũ ſciſmatis licet poſſet ꝯtinge-
re ꝙ aliq̃s ſciſmaticꝰ grauius peccet q̃ quidã
infidelis vel ꝓpter maiorẽ cõtemptũ vel ꝓpt̃
maius periculũ qđ inducit vel ꝓpter aliquid
hmõi. Nec obuiat huic veritati ꝙ ſciſma dica
tur opponi charitati que maior virtus eſt q̃ fi
des cui opponit̃ infidelitas: qm̃ charitas ha-
bet duo obiecta. vnũ principale. ſ. bonitatem
diuinã ⁊ aliud ſecũdarium. ſ. bonũ ꝓximi. ſciſ-
ma autẽ ⁊ alia peccata que ſunt in ꝓximũ op-
ponũtur charitati q̃tum ad ſecũdarium bonũ
qđ eſt minus q̃ obiectũ fidei qđ eſt ipſe deus
⁊ ideo iſta peccata minora ſunt q̃ infidelitas
ſed odiũ dei qđ opponit̃ charitati q̃tũ ad ꝓn-
cipale bonũ nõ eſſe minus: tñ inter pctã que
ſunt in ꝓximũ pctm̃ ſciſmatis videt̃ eſſe ma-
ximũ q: eſt contra ſpũale bonũ multitudinis.
De hoc aũt ꝙ ſciſma aliq̃n fuerit grauiꝰ ⁊ inſo
lita pena punitũ q̃ infidelitas ſicut Nu. xvi.
põt aſſignari multiplex rõ. Pria iux ſcm̃ Tho.
in. ij. ij. vbi ſupra: q: ppl'o illi hebreoꝝ manife-
ſtum erat iam ꝑ legẽ ſuſceptã ꝙ erat vnꝰ deꝰ
⁊ ꝙ nõ erant alij colẽdi ⁊ hoc erat apud eos ꝑ
multiplicia ſigna cõfirmatũ ⁊ ideo nõ oporte
bat ꝙ peccantes ꝯtra hanc fidem ꝑ idolatriã
punirẽtur verificata aliqua ſola pena ſed ſolũ
cõi. ſ; non erat ſic notũ apud eos ꝙ Moyſes
deberet ſemꝑ eſſe coꝝ princeps ⁊ ideo rebel-
lantes eiꝰ ꝓncipatui oportebat miraculoſa et
inſueta pena puniri. Scđa rõ. pctm̃ ſciſmatis
fuit qñq; in populo illo grauiꝰ punitũ: q: erat
ad ſeditões ⁊ ſciſmata ꝓ̃ptꝰ. dr̃ em̃. i. Eſdre.
iiij. Ciuitas illa a diebꝰ antiquis aduerſus re-
gem rebellabat ⁊ ſeditiones ⁊ prelia ꝯcitant̃
in ea. pena aũt maior infligitur qñq; pro pctõ
magis ꝯſueto. Pene aũt ſũt medicine quedã
ad arcendũ hoĩes a peccato. vnde vbi eſt ma-
ior pronitas ad peccandũ debet ſeuerior pena
adhiberi. Tertia ratio: ſciſma punit̃ qñq; gra-
uiꝰ q: eſt pctm̃ periculoſum valde ⁊ pernicio-
ſum. Pro quo notãdũ vt dicit idẽ ſanctꝰ Tho.
in. q. de. malo. ar. x. in reſpõſione ad quartũ ar-

gumētū: ꝙ pene que inferunt a deo in futura vita reſpondēt grauitati culpe. vnde Apl̄us ad Roma.ij.dicit. ꝙ iudiciū dei eſt ſm veritatem in eos qui talia agūt. ſed pene que in preſenti vita infligunt ſiue a deo ſiue ab hoīe nō ſemp rn̄dēt grauitati culpe. interdū eīm mior culpa grauiori pena punit temporaliter ꝓpter maius periculū euitandū: pene eīm pn̄tis vite quaſi medicine adhibent. pctm̄ autē ſciſmatis pniciosiſſimū eſt rebus humanis. q2 diſſoluit totū regnū humane ſocietatis. Quarta ratio poteſt aſſignari iuxta magiſtrū Alexandrum de Alis in.ij.li. quare ſciſma grauius punitum fuit in illis eſt. quia ex maiori contumacia videntur illi feciſſe ꝙ alij in hereſim incidiſſe. ꝙto aūt maior eſt contēptus tanto magis ſcelerate peccatur.

Capitulū.vij. Quid ſpiritualis poteſtatis in ſciſmaticis maneat.

Ca. VII

Cum aūt ſciſmatici ab ecclīe corpe ſint diuiſi ac ſeparati et extra vnitatē ecclīe ſpūſſanct⁹ nō accipit: nō immerito dubitat an apud ipos tali ſciſſura ab eccleſia ſegregatos aliqd maneat poteſtatis ſpiritualis: quocirca de hoc venit aliqd dicēdum Pro quo notandū iuxta ſanctū Tho. in.ij.ij. q.xxxix.ar.iij. ꝙ duplex eſt ſpūalis poteſtas.ſ. ſacramētalis alia iuriſdictionalis. Sacmentalis quidē poteſtas eſt que p aliquā cōſecrationem confert. oīs aūt ꝯſecrationes ecclīe ſunt immobiles manētibus que cōſecrant. ſicut patet etiā in rebus inanimatis. nā altare ſemel conſecratū nō conſecrat iterū niſi fuerit diſſipatū. ⁊ ideo talis ptās ſm ſuā eēntiam manet in homine qui p ꝯſecrationem eam eſt adeptus ꝙdiu viuit ſiue in ſciſma ſiue in hereſim labat. quod patz ex hoc ꝙ rediēs ad eccleſiam nō iterū cōſecrat. De quo beatus Aug. in libro cōtra Donaſtiſtas dicit. Sicut redeūtes ad ecclīam qui ꝑuſꝙ recederēt fuerunt ordinati nō vtiqꝫ rurſus ordinant. retinēt ergo ſciſmatici poteſtatē ſacramētalē ordinem retinentes. Preterea hoc idem apte colligit ex eo ꝙ Vrbanus papa dicit ⁊ habet in.c.ordiationes.ix.q.i. ꝙ qui ab epīs quondā catholice ordinatis ſed in ſciſmate a romana ecclīa ſeparatis cōſecrati ſunt eos cum ad eccleſie vnitatem redierint ſuatis ꝓprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus: ſi eos vita ⁊ ſciētia cōmendat. hoc aūt nō poteſt eſſe niſi ſpūalis poteſtas p ꝯſecrationē data apō ſciſmaticos maneret. Verū q2 ptās inferior nō debet ire in actū niſi ſm ꝙ mouet a ptāte ſupiori ſicut etiā in rebus naturalibus patet. inde eſt ꝙ tales vſum ptātis amittūt ita.ſ. ꝙ nō liceat eis ſua poteſtate vti. ſi tn̄ vſi fuerint eorum ptās effectū habet in ſacramētalibus q2 in his hō nō operat niſi ſicut inſtrm̄ dei. vnde effectus ſacramētales nō excludunt ꝓpter culpā quācūqꝫ conferētis ſacrm̄. vnde auctes dicentes ſciſmaticos ⁊ hereticos nō habere poteſtatē ſpūalem ꝑfatam.ſ. ſacramētalē ſemp ſunt intelligēde ꝙtum ad legitimū vſum illius. non aūt ſunt referēde ad ipam eſſentiā poteſtatis ſicut eſt illud extra de ſciſ.c.i. vbi lateranenſe conciliū dicit ordinationes ab Octauiano et Guidone hereſiarchis factas ⁊ ab ordinatis ab eis irritas eſſe cenſemus. Et idem habet i c.ordinationes.ix.q.i. hoc aūt intellige vt ait glo. ꝙtum ad executionē niſi cū eis fuerit diſpenſatū. vel ſi ordinatus ꝓbaret ſe neſciuiſſe illum fuiſſe ſciſmaticū qui eū ordinauit vt in c.ordinatōnes vbi ſupra. Ex qbus manifeſte etiā habet apud ſciſmaticos vera eſſe ſacramenta dum tn̄ in forma ecclīe dent ſiue diſpēſent. vnde Aug. libro de vnico baptiſmo ait. Poteſt ſacrm̄ tradere ſeparatus ſicut poteſt habere ſeparatus. nam vt idem Aug. contra Petilianū donatiſtā teſtat. Sacramētis dei nihil obſunt mores maloꝝ hoīm ꝙ illa vel nō ſint vl minus ſancta ſint. vnde oēs auctoritates ſanctoꝝ patrū que vident ſonare ꝙ apud ſciſmaticos vel hereticos nō ſint vera ſacramēta vel intelligant de illis ſciſmaticis ⁊ hereticis qui formā eccleſie nō ſeruāt ſicut illud Pelagij pape in.c.pudēda.xxiiij.q.i. Qui diuiſus eſt ab apl̄icis ſedibus execrat poti⁹ ipe et nō cōſecrat. iure ergo execratus tn̄ et non conſecratus poterit dici: ⁊ ſimiles auctoritates. vel intelligunt auctoritates ꝑfate de ſacramētis nō ꝙtum ad veritatē eſſentie ſacramentoꝝ ſed ꝙtum ad rem ſacramēti ſiue effectum ſalutiferū eoꝝ: qm̄ verū ē ꝙ ſi manifeſte ſint ab ecclīa preſciſi ꝗcūqꝫ accipiūt ab eis ſacramēta peccāt niſi ſacramentū baptiſmi in articulo neceſſitatis. ⁊ p hoc impediunt ne effectum ſacramēti conſequant ⁊ ita ꝙtum ad rem ſacramēti dicunt illa ſacramēta falſa aut inania. hoc modo accipiendum dicit.s.Tho in tertia parte illud quod Leo papa ſcribens ad Leonē Auguſtū ait ꝙ in Alexādrina ſede omniū celeſtiū ſacramentoꝝ lumē extinctum eſt: intercepta ſacrificij oblatio deficit chriſmatis ſanctificatio ⁊c. Dicta ꝟo Cypani que vident velle apō ſciſmaticos ⁊ hereticos nō eē ꝟa ſacramēta nō cogūt quia eius ſentētia nō tenet vt dicit ſcūs Aug. Ptās aūt iuriſdictōnalis eſt que ex ſimplici iniūctione hoīs con-

ſertur.et talis ptās nō immobiliter adheret.
vnde in ſciſmaticis ⁊ hereticis nō manet vñ
nō poſſunt abſoluere nec excōmunicare nec i
dulgētias facere aut aliq̄d hmōi: ꝙ ſi fecerint
nihil eſt actū.de qua poteſtate videt̄ accipiē
da auctoritas Cyp̄ani in epiſtola et habetur
vij.q.i.c.Nouatianus. Qui nec vnitatē ſpūs
nec cōmunionis pacem obſeruat ⁊ ſe ab eccle
ſie vinculo atq̄ʒ ſacerdotuʒ collegio ſepat nec
epī ptātem habere poteſt nec honorē. Itē idē
Cyp̄anus in epiſtola ad Magnū.⁊ habet̄ in
c.didicimus.xxiiij.q.i.Didicimus omnino he
reticos ⁊ ſciſmaticos nihil habere poteſtatis
ac iuris.Quocirca in.c.i.extra de ſciſma.poſt
illa ſupius allegata d̄r ſic.Adijciētes vt q̄ di-
gnitates eccl̄iaſticas ſeu beneficia ꝑ dictos
ſciſmaticos acceperūt careāt impetratis. ali
enationes quoq̄ʒ que ꝑ eoſdē ſciſmaticos ſiue
laicos facte ſint de rebus eccl̄iaſticis om̄i ca
reant firmitate.⁊ hoc ideo quia apud ſciſma-
ticos nihil remanet poteſtatis iuriſdictōalis
vnde glo.ſuper verbo omni careant firmita-
te ait:quia dum eccleſia paſtorem habet here
ticum vel ſciſmaticum vacare intelligitur.ſ.
de reſcrip.c.i.

Cap.viij.De pena ſciſmaticorum.

Cap. VIII

ſ

# Ciſma autem ⁊

punit̄ a deo ⁊ punit̄ ab eccl̄ia:ꝙ
grauiter aūt punitū legat̄ a deo
ſupius in.c.v.exemplariter idu-
xim⁹ de Dathan ⁊ Abyron qui hiatu terre ab
ſorpti ſunt.Numeri.xvi.ca. Item de decē tri-
bubus que quia Hieroboam adheſerūt date
ſunt in diſperſionē.iij.Regū.xij.⁊.xiij. ⁊ alijs
multis exēplis pʒ. Iam loquēdū reſtat de pu
nitione qua ab eccl̄ia ſciſmatici puniant̄.Pu
niunt̄ aūt ab eccl̄ia multipl̄r. Primo excōica
tione vt ptʒ extra de ſciſma.c.ij. ⁊ ꝑ ꝯn̄s cum
ſciſmatici ſint excōicati.ſicut etiā habet̄ in.c.
de ligurib⁹.xxiij.q.v.⁊ cū excōicatis nō ſit cō-
municādū ſequit̄ ꝙ cū ſciſmaticis ſciēter cō-
municandū nō ſit.vñ Nume.xvi.d̄r. Recedi-
te a tabernaculis hoim impiorum.qui.ſ.ſciſma
fecerāt ⁊ nolite tāgere q̄ ad eos ptinēt ne in-
uoluamini pctīs eorum. Scd̄o ſi ſciſmatici ꝑ ex
cōicatiōeʒ nō reſipiſcāt puniūt̄ pēa depoſitō
nis vt in.c.in noīe dn̄i.xxiij.di.Ceterū ſi ptina
citer adhuc p̄ſumerēt ita ꝙ nō poſſent coerce
ri p̄fatis penis. tertio veniūt puniēdi manu
armata ſiue coercēdi ptāte brachij ſecularis
Harū aūt pēarū ꝯuēiētia ſumit̄ iuxta.s.Tho.
in.ij.ij.q.xxxix.ar.iiij.ſic.ſic hr̄ Sapie.xi. Per
q̄ q̄s peccat dʒ puniri.Sciſmatici auteʒ vt ex
dict̄ ptʒ in duob⁹ peccāt. In vno quidē:quia
ſeparant ſe a cōione membrorum eccleſie ⁊ ꝙtū
ad hoc cōueniens pena ſciſmaticorum eſt vt ex-
cōicentur. Peccant ſcd̄o:q2 ſubdi recuſant ca
piti eccleſie ⁊ ob hoc merito a dignitate depo
nūtur.Et quia coerceri nolunt per ſpūaleʒ po
teſtatem eccleſie iuſtū eſt vt ptāte tpali coer-
ceant̄.pene aūt preſentis vite ſunt medicina
les ⁊ ideo qñ vna pena nō ſufficit ad coercen-
dū hoieʒ ſupadditur altera.Sicut ⁊ medici di
uerſas medicinas corporales apponūt qñ vna
nō eſt efficax:⁊ ita eccl̄ia qñ aliqui per excōi-
cationē nō ſufficienter reprimunt̄ adhibet co
ertionem brachij ſiue poteſtatis ſecularis. Ꝺ ſi
vna ſit ſufficiens alia non debet adhiberi. De
hac autē pena brachij ſiue ptātis ſecularis lo-
quūtur multa.c. in decreto maxime. xxiij.q.v.
vt in.c.de liguribus.⁊.c.quali. vbi papa Pe-
lagius Narſe patricio ſcribens ita ait.Salu-
tantes paterno affectu gloriā veſtram petim⁹
vt prefatis qui a noſtra ſede directi ſunt in oī
bus prebeatis auxiliuʒ nec putetis peccati eē
alicui⁹ ſi huiuſmodi homines premuntur.hoc
enim ⁊ diuine ⁊ humane leges ſtatuerunt vt
ab eccleſie vnitate diuiſi ⁊ eius pacem iniquiſ
ſime perturbātes a ſecularibus poteſtatibus
comprimantur.nec quicq̄ʒ maius eſt vnde deo
poſſitis ſacrificium offerre ꝙ ſi id ordinetis vt
qui in ſuam ⁊ aliorum perniciem debacchant̄
competenti debeāt rigore compeſci.

Capitulum.ix.Que ſciſmata fuerūt in eccleſia.

q

# Quoniā non pa-

Cap. IX

rum huic parti pro cautela futu-
rorum temporum vtile arbitrati ſu
mus cōmemorari ſciſmata ſupe-
riorib⁹ tpib⁹ in eccl̄ia orta ⁊ modos q̄b⁹ ſopi-
ta ſiue ablata ſūt:idcirco nos ſub breuitate il-
la ꝯſtrigere volum⁹: verum q2 ſciſmata in eccl̄ia
vario mō ꝯtingūt videlʒ aut ꝑ introductōem
ꝑuerſi dogmat̄ qm̄ hereſis in ſe icludit ſciſma
aut ꝑ ſeparationē ⁊ diuiſionē ꝑ ptinacē inobe
dientiā ab apl̄ica ſede:aut ꝑ vſurpatōem apl̄i
ce ſedis.primo mō de ſciſmatib⁹ loquendo nō
eſt ꝓpoſiti noſtri ſciſmata p̄terita aut preſen-
tia numerare:q2 hoc longū eſſet ⁊ difficillimū
valde:cū tot venirēt ſciſmata repetēda quot
fuerūt hereſes aut impn̄tiarū ſūt. nec etiā ſciſ
mata ſcd̄o mō itroducta intēdim⁹ cōmemora
re:qm̄ in illis ſicut in p̄mis hereſes multe inolu
te ſunt.de illis em̄ ꝓprie itelligit̄ dictū Hier.
in.c.inter hereſim.xxiij.q.i.dicētis:ꝙ oē ſciſma
inueteratū aliquā hereſim ſibi ꝯfingit vt recte
ab eccl̄ia receſſiſſe videat̄:ſicut pʒ in ſciſmate
grecorum:in ſciſmate iacobitarū ⁊ Armenorum ⁊
nūc Bohemorum:q̄ in colorē ſepatōis ab eccl̄ia

Romana multas hereſes ꝯfinxerūt. Sed im
preſentiarū ſolū ea ſciſmata enumerare ꝓpo
ſuimus que ꝑ illicitū auſuȝ vſurpationis apo
ſtolice ſedis introducta ſunt in eccl'iaȝ. Pri
mū ſciſma fuit iter btm̄ Corneliū ꝛ Nouatia
num vrbis Rome pbr̄m. P̄mus itaqȝ qui poſt
legitimā ſucceſſionē pontificū adniſus eſt ſe
dem apl'icam vſurpare vt eccleſiaſtice ferunt
hyſtorie fuit Nouatianus romane eccl'ie pbr
ꝛ princeps hereſis nouatianoꝝ extitit q̄ ſe ca
tharos .i. mūdos nomiabāt lapſis ſpēȝ venie
denegātes. vnde lapſis fratrib' nō cōicabūt
nec eoꝝ penitentiā dicebāt eſſe ſuſcipiendaȝ
ꝛ ita Nouatianus in ſciſma ꝛ hereſim lapſus
eſt. ob quā rem papa Cornelius in vrbe conci
lium cōgregat .lx. epoꝝ preſbyteroꝝq̄ toti
dē cū dyaconib' plurimis in qua Nouatiano
cū oib' ſuis ſectatoribus ab oib' execrato ꝛ he
reſi ſua condēnata ſtatuit vt lapſis penitēti
bus venia ꝓmitteretur ꝛ recōciliatio poſt di
gnam penitentiā cōcederet. Scd̄m ſciſma
fuit inter Felicē ꝛ Liberiū. ſane liberio papa
ꝓpter fidē exulante a Conſtantino Auguſto
Felix pbr de ꝯſenſu ipſius Liberij ſubſtituit
in papatu qui tandē ꝓpter fidei conſtantiam
cōgregato Arrianoꝝ ꝯcilio a papatu deponi
tur. Liberius qui exilij tedio deuictus reuoca
tus eſt in heretica prauitate ſe ſubſcribens in
ſede repoſitus eſt quam ſex quaſi ānis tenuit.
Hoc ſciſma ſopitū eſt morte. Naȝ p̄mo Felix
papa martyrio coronat: deinde poſt ānos .vi.
pſeudo papa Liberius mala morte precibus
ſanctorū extinctus eſt quē poſt papa Dama
ſus ſynodali iudicio publice ꝯdēnauit ꝛ om̄e
quod fecerat annullauit. Tertiū ſciſma fuit
int Damaſū papā p̄mū: ꝛ vrſinū dyaconū car
dinalē. hic em̄ Damaſum p̄latum nō ferēs ſe
ditionem Damaſo excitat ꝛ ſeditioſoꝝ hoim
potētia in baſilica que Siſini appellat epum
ſe fieri extorquet legis ordine ꝛ traditōe per
uerſis. quo facto magna turbatio orta ē. Qd̄
ſciſma auctore deo ſopitū eſt. nam cōgregato
concilio Damaſus qui a maiori et ſaniori pte
electus fuerat in ſede ꝯſtituit. Vrſinus de vr
be eiectus ep̄s Neapolitanus efficit. Quar
tum ſciſma fuit inter Bonifaciū p̄mū ꝛ Eula
lium pbr̄m vrbis rome. Bonifacius ordinat
in baſilica ſancti Petri. Eulalius in baſilica
Cōſtantina. Sopit hoc ſciſma ſic: qm̄ ambo
iuſſu imparoris Honorij vrbem egre iiūnt et
facta inq̄ſitione de veritate electōis amboꝝ
reprobat Eulalius: ꝛ Bonifacius quia a ma
iori et ſaniori parte fuerat electus apoſtolice
ſedi reſtituitur. Quītū ſciſma fuit inter Sy
machum primum ꝛ Laurentiū. Nam Syma
chus eſt electus in papā in baſilica Conſtan
tina ab vna parte cardinaliū ꝛ clero. Lauren
tius v̄o ab alia parte in baſilica ſancte marie
eligit. Sopitū eſt hoc ſciſma hoc modo: quia
cum vnus alteri nō cederet conſtituerunt vt
lis tota iudicio Theodorici regis qui tunc in
italia plenuȝ habebat dn̄iū diffiniri deberet:
qui Rauēne exn̄s auditis vtriuſqȝ partis ple
ne legatis decreuit vt qui prius electus eſſet
aut quē maior ps cleri ſimul ꝛ populi eligiſſ
in ſede apoſtolica reſideret. ꝛ qꝛ Symachus
prius ordinat' fuerat maiorqȝ pars ei faueret
obtinuit qui ex mia Laurentiū epm fecit Nu
cherinū. verū poſt paucos annos criminatur
ex inuidia Symachus ꝑ falſos teſtes ꝛ apud
Auguſtū accuſatus reuocat occulte Lauren
tius ꝛ iterato ſciſmate diuiſus eſt clerus. Sȝ
ſopit hoc modo. nam iuſſu p̄fati regis Theo
dorici congregat conciliū .cxv. epoꝝ in vrbe.
vt patet. diſt. xvij. c. concilia. §. hinc etiam in
quo Symacho purgato de crimine falſo ꝛ dā
natis tam falſis teſtibus q̄ꝫ epiſcopo Lauren
tio apoſtolice ſedis inuaſore Symachus cuȝ
ſummo honore ꝛ gloria reſtituit. Sextum
ſciſma fuit inter Siluerium p̄mū ꝛ Vigiliuȝ
Vigilius em̄ romane eccleſie archidyacon'
cum ad apoſtolice ſedis apicem aſpiraret pō
tifici ſuo Siluerio parat inſidias. nam cum
papa Siluerius nollet ad ſuggeſtionē Augu
ſte reuocare Anthoniū conſtantinū epm qa
heretic' eſſet Vigilius ſpopōdit ſe hoc factu
rum atqȝ ita beato Siluerio ꝑ Guiliſarinum
patriciū in exilio deportato. Vigilius fauēte
Auguſta gratia facte ꝓmiſſionis male cōcu
pitam ſedē arripuit q̄ꝫ poſtea btā ꝯfeſſione
crimen diluerit. Sciſma hoc ſopituȝ eſt: quia
vt quedā hyſtorie referūt mortuo Siluerio in
exilio Vigilius ab omnibus in papam aſſum
ptus eſt. Septimū ſciſma fuit inter Eugeni
um ſcd̄m ꝛ alium quēdā in diſcordia coelectū
quod ſciſma ſopitū eſt potentia Lotharij filij
Lucij imꝑatoris qui Romā veniēs ſtatū po
puli pacificauit cū pontifice Eugenio depra
uatum ꝑ ſuos anteceſſores ꝛ ita reiecto anti
papa Eugenius manſit in papatu cui etiam
maior pars nobiliū ꝛ populi fauebat. Octa
uum ſciſma fuit inter Leonem q̄ntum ꝛ Chri
ſtoforum pſeudo antipapam. qui Chriſtofo
rus dyabolica preſumptiōe ita excecatus eſt
vt Leonem papam vi capere et carceri man
cipare preſumpſerit ꝛ ita hoc ordine apoſtoli
cam ſedem vſurpauit ſed Leone papa in car
cere mortuo ꝛ Chriſtoforo antipapa turpiter
reiecto Sergius ſecūdus ad apoſtolatum eli
gitur et ſic ſciſma ſopitur. Nonum ſciſma

fuit inter Johannē. xij. ⁊ Leonē. viij. nam licz
Johānes. xij. ob demerita ſua q2 lubricus erat
et venator cōgregato concilio epoꝝ Italie p
Ottonem impatorē foret depoſitus ⁊ Leo in
apoſtolatu cōſtitutus: nihilominus poſt re-
ceſſum impatoris Johānes fauore ſuoꝝ rece
ptus eſt a romanis. ⁊ collecta ſynodo reaſſu-
mit papatū Leone depoſito quo tandē iuſto
dei iudicio a dyabolo extincto ſciſma ſopitū
eſt. Decimū ſciſma fuit inter p̄dictū Leonez
et Benedictū q̊ntum: qui Benedictus cū ab
amicis Johānis adhuc viuēte Leone eligere
tur ſciſma ortum eſt. Quod ſciſma ſopitur ſic
reuertit̄ em̄ impator hoc audiēs ad vrbem et
obſidione illā fatigat quouſq3 Benedictus ſi
bi traditus eſt quē impator in exiliū in ſaxoni
am mittit ⁊ Leo reſtituit̄. ⁊ ita potētia impa-
toris ſciſma ſopit̄. Undecimū ſciſma fuit in
ter Gregoriū q̊ntum ⁊ quēdam Johannē ep̄z
Placentinū quez Creſcētius conſul pecunia
corruptus in apoſtolicā ſedem violēter intru
ſit: ſed hoc impator cū multo dolore audiens
ad vrbem celeriter regredit̄ ⁊ Creſcentiū tru
cidari iubet ⁊ dictū Johannez oculis effoſſis
p̄uatum in caſtro ſancti angeli carceri perpe
tuo mancipauit. ⁊ Gregorius reſtituitur. ⁊ ſic
poteſtate impatoris ſciſma ſopit̄. Duodeci-
mum ſciſma fuit inter Benedictū nonū ⁊ ali
os tres aſſumptos. Legit̄ em̄ ꝙ Benedictus
nonus poſtq̄ in ſede apoſtolica aliq̄bus ānis
ſederat deijcit̄ ⁊ datus eſt papatus Johanni
ſabinēſi ep̄o qui poſtea vocatus eſt Silueſter
tertius quo potētia aliquoꝝ romanorum qui
Alberto patri p̄fati Benedicti fauebant eie
cto. Benedict⁹ eſt reſtitutus quo iterato reie
cto datus eſt papatus Johāni pb̄ro ſancti io
hannis ante portā latinā qui Gregori⁹ ſextus
eſt dictus q̊ ob ruditatē lr̄arum vt ferūt ad vi
ces officij exequēdas aliū ſecū cōſecrari fecit
que coadiutoris inſtitutio cuz multis nō pla-
ceret tertius ſupinducit̄ qui ſolus vices duo-
rum impleret. Inter tres g̊ de papatu ↄtendi
tur vno cōtra duos ⁊ duobus cōtra vnum de
papatu altercātibus venit Hēricus impera-
tor Romā ⁊ tribus eiectis quartus ſubſtituit̄
qui vocatus eſt Clemēs ſecūdus. ⁊ ita poten
tia ipatoris ſciſma ſopit̄. Tredecimū ſciſma
fuit cū Benedictus decimus fretus potentia
aliquoꝝ nobiliū romāoꝝ ſedē occupauit apo
ſtolicam qui tandē ↄſciētia duct⁹ ceſſit agno
ſcens ſe per oſtium nō intraſſe ⁊ fact⁹ eſt Ni-
colaus ſecūdus. Quartūdecimū ſciſma fuit
inter Alexandrū ſecundū ⁊ Cadulū pmenſez
ep̄m. Sane ep̄i lombardie dicētes nō debere
eligi in romanum pontificem niſi de italie pa
radiſo ſiue iardino quē vocabūt lombardiaz
contra morē eccleſie p̄dictū cadulū in papam
eligūt fauēte eis ad hoc impatore Henrico. ꝫ
hoc ſciſma ſopit̄ hoc modo: nam Hēricus im
perator rediēs ad cor cōdolēs turbationi ec-
cleſie romā ꝓficiſcit̄ ⁊ Alexādro reconciliat̄.
Cadulus vero hoc vidēs recognoſcēs errorē
dimiſſa p̄ſumptione papatus venit ab obedi
entiā alexādri. Decimūquintū ſciſma fuit in
ter Gregoriū ſeptimū ⁊ Clementē quendam.
Sane cum inter papā Gregoriū ſeptimum ⁊
Henricū impatorē quartū oriret̄ diſcordia ſu
per inueſtituris ep̄orum in imperio ſuggeren
te impatore ſupinducit̄ alius. nam ↄuenienti
bus ep̄is ⁊ archiep̄is lombardie apud brixiā
archiep̄us Rauēnatē̄. nomine Gilbertus in
papam eligit̄ qui vocatus eſt Clemēs. vnde
ſecutū eſt ſciſma grauiſſimū quod durauit vſ-
q3 ad mortē p̄fati antipape ⁊ p̄fati Hērici im
peratoris qui ſciſma illud fouebat. ⁊ ita mor-
te illoꝝ ſopitū ē ſciſma. Decimūſextū ſciſma
fuit inter Paſchalē ſc̄d̄m ⁊ alios tres pſeudo
pontifices. Sane cū Paſchalis poſt deceſſū
vrbani ſecūdi in pontificē eſſet aſſumptus co
ronato in imperiuz Henrico quarto aliqui ex
clero in pontificē exurgētes tres diuerſis tē-
poribus hereſiarchas in papatū ꝓmouere mo
liti ſunt. videlicet Albertū Arnulfuz ⁊ Theo
doricum qui quāq3 in initio ꝓphane aſſumpti
onis turbationes non mediocres excitarunt:
mox tamen per verū pontificez reſtricti ſunt
quibus tandē mala morte extinctis ſopitum
eſt ſciſma eorum morte. Decimūſeptimum
ſciſma fuit inter Gelaſium ſecundū ⁊ Burdi
num antipapā. Sane Hēricus quartus occa
ſionem aſſumens ꝙ ad electionē Gelaſij non
fuerit vocatus electioni prefate ſe opponens
Burdinum quēdam ex hiſpanis in papaz fe-
cit ordinari. Gelaſio aūt mortuo ap̄d Clunia
cum in Francia eligit̄ Calixtus ſecundus q̊
Romā veniens in ſutrio Burdinum capit et
confuſibiliter ad vrbez deducit carcere reclu
dit ⁊ ſciſma ſopitur. Decimūoctauū ſciſma
fuit inter Innocentium papam ſecundum ⁊
Petrum leonis licet a minori parte fuerit ele
ctus: nihilominus potentia parentum ſuoruz
vallatus preualebat in vrbe qua de cauſa pa-
pa Innocentius cum cardinalibus ſibi adhe
rentibus receſſit de vrbe in Franciam. Pe-
trus vero leonis manens in vrbe arripuit pre
ſulatum iubenſq3 ſe vocari Anacletum. Sciſ
ma hoc finitur hoc modo. quoniā Lothari⁹ im
perator ad vrbem veniēs partem totā Petri
leonis extirpat. ⁊ dictum Innocentiū papaz
reſtituit. ⁊ ita potentia Lotharij ſciſma illud

ſopitur. Decimūnonū ſciſma fuit int͛ Alexā-
drum tertiū ⁊ quattuor pſeudo antipapas. cū
eñ Alexander p̄fatus ꝓpter diſcordiā ortam
inter ip̄m et Fredericum primū coactus eſſet
Italiā relinquere iuit in Franciā vbi quaſi p
xviij. annos manſit quo tp̄e intermedio fauē-
te p̄fato Frederico quattuor antipape ſucceſ
ſiue intruſi ſunt ap̄licam ſedem ꝓpbanātes.
P̄mus fuit Octauianus q̄ ſe vocari fecit Vi-
ctorem. ſecundus fuit Guido Cremoneñ. qui
ſe vocari fecit Paſchalē. tertius fuit Johan-
nes Fremeñ. qui ſe vocari fecit Calixtū. quar
tus fuit Laudo qui ſe vocari fecit Innocētiū
qui oēs ab Alexādro excōmunicati mala tā
dez morte interierūt. cōpoſita aūt pace inter
papam Alexandrū ⁊ p̄fatū Fredericū ſciſma
ſopitū eſt. Vigeſimū ſciſma fuit inter Johā
nem papā. xxij. ⁊ pſeudo pontificē fratrē Pe
trū de corberio. Sane Ludouicus bauar⁹: q̄a
p̄fatus papa Johānes ſibi nō fauebat in ſcō
imperij ſed magis ſibi foret cōtrarius veniēs
Romā in deſpectū eius fecit p̄fatū pſeudo re
ligioſum ordinis minorū fratrez Petrum de
corberio erigi in papā ab eo imperij coronaz
vſurpans. ⁊ ita ortū eſt graue ſciſma in eccle-
ſia dei. Verū diſponēte dn̄o p̄fatus antipapa
capit͛ ⁊ pape Johāni p̄ntatur tandē in caſtro
Cremoneñ morit͛ ⁊ ſic ſciſma ſopit͛. Vigeſi-
mūprimū ſciſma fuit quaſi tempibus noſtris
ꝑ parte. fuit eñ inchoatū circa ānū dn̄i. M.
ccclxxviij. ⁊ durauit vſq; ad tempa noſtra. va
cante eñ apoſtolica ſede p mortē Gregorij. xi.
fuerūt duo ad ſummū pontificatū aſſumpti.
P̄mo quidē Bartholomeus ep̄s Bareñ. ⁊ vo
catus eſt Urbanus ſextus: tandē recedētib⁹
cardinalib⁹ ⁊ cōferentibus ſe ad Auinionez
vbi ſe ſecuros credebāt electus eſt cardialis
Gebēneñ. ⁊ vocatus eſt Clemēs ſeptimus. et
ita ſciſma magnū ortuz eſt in eccl'ia dei quod
multis annis durauit. Nam poſt mortē vrba-
ni ſexti p cardinales p eum factos aſſumptus
fuit ad papatū Bonifacius nonus ⁊ poſt iſtū
Innocētius ſeptimus. ⁊ poſt eum Gregorius
xij. ꝑ alia vero pte poſt mortē clemētis aſſum
ptus eſt Benedictus. xiij. tandem p cardina-
les aliquos Gregorij ⁊ Benedicti celebratuz
eſt conciliū Piſis. anno dn̄i. Mccccviij. ⁊ de
poſitis Gregorio ⁊ Bn̄dicto q̄truz in eis fuit
electus eſt ad papatū frater Petrus de Can
dia magiſter in theologia q̄ dictus eſt Alexā
der q̄ntus poſt quē electus eſt Johānes. xxiij
⁊ ita vbi p̄mo duo ꝯtendebāt iam ꝯtendebāt
tres. verū dei miſericordia opitulāte religio-
ſa ſollicitudine domini regis Sigiſmūdi con
gregatū eſt conciliū Conſtantie: in quo trib⁹
obediētijs tandē cōuenientibus renūciat Gre
gorius iuri ſuo. Johānes ⁊ Benedictus depo
nunt͛ ⁊ ita ſopito ſciſmate reddita eſt pax ec-
cleſie. Vigeſimūſecundū ſciſma fuit hoc no
ſtro tempe inter Eugeniū papam quartum ⁊
pſeudo pontificē Amedeū ducez Sabaudie
Felicem nūcupatū. Sane cū inter prefatum
Eugeniū ⁊ Baſilieñ. conciliuz quod cepit de
anno. xxxi. de menſe Julij ſup aliq̄bus temere
attētatis in ꝓgreſſu ipſius ꝑ aliquos p̄res ip
ſius cōcilij qui nunq̄ alias ꝑ quecūq; alia vni
uerſalia ꝯcilia vno exiſtēte in apoſtolica ſede
indubitato pontifice fuerūt attētata. Et ma
xime ſup loco ad quem greci ꝓ eorum vnione
tractāda erant vēturi grauis orta foret diſſē
ſio ⁊ plurimū ſcandaloſa. nam intantū quorū
dam impiorum hominū qui poſt diſſolutionē
concilij Baſilee ptinaciter remāſerūt: creuit
audacia. vt Amedeum ducem Sabaudie in
pſeudo pontificē ꝓpbanarent; quem Felicez
nominarūt cui ⁊ ſi pauci exceptis illis de do-
minio ſuo obedirēt. nihilominus ſtulta p̄ſum
ptione vulnerata eſt eccleſia. verum mortuo
Eugenio ⁊ ſuccedēte beatiſſimo domino no-
ſtro Nicolao papa. v. ad ſuggeſtionē illuſtriſ-
ſimorū regū ⁊ dominoꝝ. videlz regis Francie
et Anglie p̄fatus dn̄s Amedeus deſtitit ab
impreſſa ſummi pōtificatus quem Amedeuz
taz ꝓ nobilitate ſanguinis q̄ ꝓ pace reddita
eccl'ie ſanctiſſimus dn̄s noſter Nicolaus pro
ſua clemētia maxima cū charitate ſuſcipiens
cardinalē legatū cū certis p̄rogatiuis in tota
terra Sabaudie ꝑpetuuz inſtituit ac creauit
⁊ ita ſciſma deo gr̄as ſopitum eſt.

Capitulum. x. De multiplici via ſopiendi ſiue tollen
di ſciſmata.

Cap. X

c X p̄dictis in ſuperiori. c. facile q̄s colligere po
teſt plures vias eſſe q̄b⁹ ſciſma
ta ſopiri atq; tolli p̄nt de eccle-
ſia. Notauimus autē inter alias decem vias.
Prima via eſt diſcuſſionis veritatis ⁊ iuſti
cie vt videlz diſcutiat͛ quis inter ꝯtendētes
ſit verus papa. ⁊ iſta via eſt multū cōueniēs:
q̄m p eam vincit veritas ⁊ luceſcit iuſtitia fal
ſitas repellit͛ temeritas reprobat͛ et audacia
compeſcit͛: ne decetero defacili fiāt ſciſmata
p impſſiones vel alios modos illicitos. vnde
hoc modo via ꝑcludit͛ futuris ſciſmatibus et
vnitas eccleſie firmat͛ cū iuſtitia ⁊ pax oſcula
te fuerint. vt inq̄t p̄s. verū hec diſcuſſio veri-
tatis de iuſtitia ꝯtendentiū quādoq; facta le
git͛ p impatores antiq̄s tp̄ibus cum impato-
res potentiores eſſent, et hoc maxime quādo

ſciſma erat recēter introductū ⁊ nōdū vt ita dicā extra muros vrbis ꝓceſſerat ⁊ parum habebat dubitatōnis. ſicut patet in ſciſmate q̄rto in ꝓcedēti. c. cōmemorato. Nam cum inter Bonifaciū primū ⁊ Eulaliū preſbyterū vrbis rome foret ſup papatu cōtentio iuſſu imperatoris ambo contendētes vrbem egrediunẜ et inquiſitiōe facta de veritate electiōis amborum ⁊ reperto ꝙ Bonifacius a maiori ⁊ saniori parte fuerat electus ſuſcipiẜ ⁊ Eulali⁹ reijcitur. Nec mireẜ aliquis ſicut quidā ad pauca reſpiciētes faciūt ꝙ impatores ita fecerunt: q̄m nō vt iudices aut vſurpātes eccl'iaſticum iudiciū illud egerūt ſed vt patroni eccleſie et ꝓtectores pacis ⁊ vnitatis eccl'ie ꝑ modū habende declarationis veritatis vt ſciretur per doctos viros quis ꝯtendentiū eſſet ver⁹ pontifex cui fauere debeāt ⁊ quis intruſus quem expellere teneanẜ. iuxta. c. ſi quis pecunia. di. lxxix. Quādoq₃ vero inquiſitio iſta ṽitatis et iuſtitie facta eſt per conciliū ꝑlatorum et hoc quādo dubiū de veritate papatus inter contendētes erat aliquātulū ꝓbabile et maxime cum vtraq₃ pars habuit potētes dn̄os tā ſeculares q̄ eccl'iaſticos fauētes aut cū aliquātiſper eſſet antiquatū ⁊ ex hoc magis firmatū ⁊ hoc factū videẜ conueniēter: quoniā hmōi dubij cōueniēs iudex videẜ eſſe concilium vt videẜ ſm aliquos colligi ex glo. i. c. ſi duo. diſt. lxxix. vbi tamē gl. nō niſi hoc querit. Glo. ſed q̄s erit iudex de hoc: an electio ſit ꝯtra phas. Non ipſi cardinales: quia ſic eēnt iudices in ꝓprio facto. na₃ nullus poteſt ſupior inueniri vt extra de elec. l₃ in fine. Dic illud. c. locū habere quādo neuter eſt electus a duabus partibus. vel dic conciliū cōuocabiẜ: ħ gl. Hugl. vero dicit in apparatu ſuo ſic. Sed cuius examini cōmitteẜ hec cauſa vtrū ſint ita electi vl' nō. forte loquiẜ de manifeſto vel ad cardinales ſpectat hoc cognoſcere. vel ſi cardinales adeo diſſentiūt debebit conciliū cōuocari auctoritate cardinaliu₃: hec Hugl. Hac via. ſ. ꝑ viam cōcilij ſopita ſunt plura ſciſmata: ſicut patet in. c. ꝓcedenti. Sic em̄ ſopitū eſt ſciſma tertium quod legiẜ fuiſſe inter papā Damaſū primū ⁊ Urſinū. Nam vt dictū eſt in ꝓcedēti c. cōgregato cōcilio ⁊ inuēto ꝙ Damaſus fuerat a maiori ⁊ ſaniori parte elect⁹ ſuſcipiẜ ⁊ Urſinus de vrbe expulſus Neapolitanus cōſtituiẜ ep̄s. Item hac via ſopitū eſt ſciſma q̄ntum ſecūdo ortum inter Symachū ⁊ Laurentium. Na₃ vt dictū eſt ⁊ habeẜ in. §. hinc etiā di. xvij. ꝓcepto Theodorici reg's congregato cōcilio multoꝝ prelatoꝝ ſed auctorizato per eundē Symachū Symachus reſtitutus eſt. et Laurētius eiectus. Hic tn̄ notandū ꝙ pro diſcuſſione veritatis cōtendentiū de papatu nunq̄ legiẜ ſupioribus tempibus conuocatū aliquod conciliū vniuerſale vtpote prelatoꝝ totius orbis ſed fuit conciliū bene particulare: quia aut ꝑlatoꝝ vnius ꝓuincie. ſ. italie tm̄. aut aliquarū paucarū. ſicut p₃ ex dictis in precedenti. c. Secūda via ſedandi ſciſmata eſt via compromiſſi vt. ſ. ꝯtēdētes de papatu cōpromittant in arbitros. ⁊ in arbitratores promittētes ſtare eoꝝ iudicio ſiue eoꝝ ſententie ſiue arbitratores iſti ſint laici ſiue clerici. Et ad hanc viam reduciẜ illud quo cōtendentes de papatu cōmitterēt aliq̄b⁹ poteſtatē diſcutiendi de iure eorum vtrū eoꝝ aliq̄s ſit verus papa vel nullus ⁊ ꝓmittēdo cum hoc ꝙ ſtetur eoꝝ ſentētie abſq₃ aliqua ꝯtradictione. Hac via ſopitū eſt ſciſma q̄ntum ꝑmo ortum inter Symachū ⁊ Laurentiū. Na₃ ambobus vt dictum eſt in ꝓcedenti. c. cōpromittētibus in regem Theodoricū ipius regis iudicio accept⁹ eſt Symachus papa: q̄m maior pars cleri et populi eū elegerat ⁊ reiectus eſt Laurentius. Tertia via eſt ꝑ nouā electionē vt ſc₃ ille inter contēdentes inter quos eſt dubiū quis ſit verus papa habeaẜ ꝓ papa qui noua electiōe a maiori parte vniuerſitatis fuerit electus. et hoc modo currit. c. ſi duo forte. di. lxxix. in quo Honorius impator ad Bonifaciū papa₃ ita ſcribit. Si duo forte contra phas temeritate concertantiū fuerint ordinati. i. electi nullu₃ ex eis futurū ſacerdotē ꝑmittimus ſed illū ſolum in ſede apoſtolica ꝑmanere cenſem⁹ que₃ ex numero clericoꝝ ordinatōe. i. electione noua diuinū iudiciū ⁊ vniuerſitatis cōſenſus elegerit: hec ille. dicit Hugl. vel maioris partis. Quarta via eſt: vt expulſis ſiue reiectis omnibus contendētibus alius eligaẜ. ⁊ hec via videtur cōueniens quādo de iure nullius cōtendētiu₃ habeẜ certitudo aut quādo ſi alter illorum remaneret foret ſcandalum magnum et ſic videtur currere glo. que habetur in. c. ſi forte. diſtin. lxxij. in quo determinaẜ. Cum vota eligentium in duas ſe diuidūt partes quis ſit preferendus alteri. vbi glo. ſup ṽbo tamen vt nullus: ita dicit. q. d. Si timetur ſcandalū vtriuſq₃ electio caſſabiẜ. vt diſtin. lxxix. ſi duo Hac via ſopitum eſt ſciſma octauum quod fuit inter Leonem quintū et Chriſtoforū. Nam vt dictum eſt in precedēti. c. Leone in carcere mortuo ⁊ Chriſtoforo turpiter eiecto Sergi⁹ ſecundus electus eſt. ⁊ ſic ſciſma ſopitum eſt. Item eade₃ via ſopitū eſt ſciſma duodecimū quod fuit inter Benedictū nonū ⁊ alios tres aduerſarios: quoniam omnes contendentes

potẽtia Henrici impatoris eiecti ſunt et electus eſt vnus alius qui dictus eſt Clemẽs ſecundus. Item hac via videt ſopitum diebus noſtris ſciſma magnũ in cõcilio Conſtantieñ vbi Johãne.xxiij.⁊.Benedicto.xiij.depoſitis electus eſt Martin⁹ qntus. Quinta via eſt ceſſionis ſiue ceſſationis a pſecutione papatus alterius contẽdentiũ. Hac via ſopita ſũt aliqua ſciſmata. ſopitũ eſt em̃ ſciſma.xiij. quia Benedictus.x. conſciẽtia ductus ceſſit papatui quem p violentiã ingreſſus fuerat. ⁊ Nicolaus ſecũdus eſt electus. Item ſciſma.xiiij. inter Alexandrũ ſcd̃m ⁊ Cadulũ qui vt patet in pcedẽti.c. deficiẽte ſibi fauore imperatoris Henrici deſtitit a pſecutione papatus. Itez ſciſma.xxij. quod fuit int ſanctiſſimũ dñz noſtrum papam Nicolaũ ⁊ Amedeum quẽdam ducẽ Sabaudie: qd̃ clemẽter apud nos agente omnipotẽte dño Amedeo ceſſante a pſecutione papatus ablatũ eſt. Sexta via eſt via armoꝝ adhibita ꝯ intruſos. H via maxime cõuenit quãdo habet certitudo de iure vnius ⁊ de intruſione alterius. Hac em̃ via plura ſciſmata ablata legunt ſicut ſciſma ſeptimũ int Eugeniũ ſcd̃m ⁊ aduerſariũ eius. Itez ſciſma octauũ inter Leonẽ qntum et Chriſtoforum Item ſciſma decimũ inter Leonẽ octauum ⁊ Benedictũ qntum. ⁊ ſic de multis alijs. vt in c. pcedẽti plenius continet. Septima via eſt via recõciliationis cuz impatoribus ſiue pncipib⁹ quoꝝ fauore ſciſma fouet atq manutenet. Hoc modo ſoſpitũ eſt ſciſma.xiiij. quod fuit inter Alexandrũ ſecũdũ ⁊ Cadulum. Et ſciſma.xix. inter Alexandrũ tertiũ ⁊ alios qtuor ãtipapas. vt in.c. pcedẽti viſum ẽ. Octaua via eſt cum cõtingente morte alicui⁹ de cõtendẽtibus ſuſcipere alterũ contedentiũ. ſic legit ſciſma ſopitũ inter Silueriũ ⁊ Vigiliũ qm̃ vt dictũ ẽ in pcedẽti.c. Silverio in exilio p xpi fide mortuo Vigilius lꝫ male ingreſſus fuerit ab oĩbus tñ receptus in papã creditur tamẽ q p nouam electionẽ. Item hac via ſopitum eſt ſciſma ſcd̃m quod fuit inter Felicez et Liberiũ. Felix martyrio coronatus eſt. Liberius vero factus hereticus qui alio nomine Leo vocatus vixit poſt occupationẽ apoſtolice cathedre p plures ãnos poſtea mala morte extinctus peryt. ⁊ Damaſus elect⁹ eſt. ⁊ ſic ſciſma illud extinctũ eſt. Nona via ſedandi ſciſma eſt p capturã intruſi vel intruſoꝝ qd̃ poſſibile quãdoq eſt opitulãte diuina miſericordia maxime cum paucos habẽt fautores ⁊ minus potẽtes. Hac via ſopitũ eſt ſciſma int Calixtum ſcd̃m ⁊ Burdinũ antipapã. Nam papa Calixtus cepit in butrio pfatũ Burdinum antipapã ⁊ ſciſma ſopituz eſt. Item hoc modo ſopitũ eſt ſciſma.xx. iter Johannẽ.xxij. et Petrũ de corberio. nam captus eſt petrus de corberio et ductus ad pfatum Johannem xxij. ⁊ ita ſciſma ablatuz eſt. Decima via eſt via pſuaſionis fiende p pncipes magnos maxime cum nõ ſolum p excellẽtia dignitatis reuerẽdi ſunt ſed etiaz p celſitudine poteſtatis metuẽdi exiſtunt. debet em̃ dari modus vt p hmõi magne ⁊ reuerẽde auctoritat et ptãtis metuẽde pncipes pſuadeatur intruſo ſiue intruſis vt p reuerẽtia dei ⁊ eccl'ie honore velit a pposito deſiſtere addẽtes minas q als opꝫ eos ea facere que tenent in fauorẽ vnitatis eccleſie. Hac via ſopitũ eſt ſciſma vltimũ quod introduxerũt Baſilieñ. de Amedeo duce Sabaudie quo ſuaſibus illuſtriſſimoꝝ dominoꝝ regum ſcꝫ Francie ⁊ Anglie deſiſtente a propoſito ſciſma ablatum eſt vt in pcedẽti.c. plenius dictum eſt.

Cap. xi. In quo declarat an papa poſſit in ſciſma incidere vel eſſe ſciſmaticus.

Cap. XI

Urgit ex predictis queſtio nõ parua apud aliquos. an ſcꝫ romanus pontifex cũ caput eccl'ie ſit poſſit in ſciſma incidere vel ſciſmaticus eſſe. Et viſum ẽ aliqbus q nõ. Tum pmo: q2 ſi ſciſma iuxta ſuperius habita ſit diuiſio illicita p inobedientiam ab vnitate eccl'ie militãtis cuius caput eſt papa vt dicit Hoſtieñ. nulluſq poſſit a ſe ipo ſeparari (vt notuz eſt) nõ videt q papa ver⁹ poſſit in ſciſma incidere ſicut nec a ſeipo ſeparari vel diuidi. Tuz ſcd̃o: q2 null⁹ in quo ⁊ apud quẽ eſt eccl'ia incidit in ſciſma: ſed verus papa eſt hmõi. vt.xxiiij.q.i. loquit.⁊.c. dicimus. immo p ſeparationez ab eo incurritur ſciſma ſm illud Cypriani in.c. ſcire.vij.q.i. ſic dicẽtis. Scire debes epꝫ in eccl'ia eſſe ⁊ eccleſiam in epo. ⁊ ſi qs cũ epo nõ ſit in eccleſia nõ eſſe. g nullus verus papa põt in ſciſma incidere. ꝯña videt bona. ⁊ antecedẽs videt patere p vtraq ſui parte. Alijs aũt videt cõtrariũ q ſaluo ſemp meliori iudicio vident nobis ſanius loq. vnde videt q roman⁹ põtifex poſſit in ſciſma incidere nõ ſolũ ex ea parte qua põt incidere in hereſim. iuxta.c. ſi papa.xl.di. et p ꝯñs in ſciſma cũ in hereſi ſciſma includat: vt in ſupioribus declarauimus in.c.i. ſed etiã ex ea pte q ſciſma diſtinguit ab hereſi. ⁊ põt ſine illa eſſe. p quo apte videt facere glo.c.i.xxiiij. q.i. in ſumma. vbi ita d2. Maxime cuꝫ ſciſma non poſſit eſſe ſine hereſi niſi forte in ſummo pontifice vt ſi duo crearent ⁊ vterq crederet

Opi. prime ratio prima

Rõ ſecunda

Opi. auctoris

eccleſiā apud ſe eſſe. vij. q. i. factus. Ecce ꝙ gl. hec manifeſte ſupponere videtur ꝙ papa poſſit incidere in ſciſma. quod etiā manifeſte videtur aſſerere btūs Cyprianus de Nouatiano loquēs in epl'a ad Anthonianū ſic di. Epatū aūt tenere nō poſſe etiaȝ ſi epus prius fact⁹ a coepoꝝ ſuoꝝ corpore ⁊ ab eccl'ie vnitate diſcederet. qm̄ apl's vt inuicē noſmetipos ſuſtineamus ne ab vnitate quā deus cōſtituit recedamus ⁊ dicat ſuſtinētes inuicē in charitate ſatagentes ſeruare vnitatē ſpūs in cōiunctione pacis: hec Cyprianus. Conſequēter rōne probatur pfata cōcluſio ſic. papa pōt illicite ſe diuidere ab vnitate eccl'ie ⁊ ab obediētia capitis eccleſie. ḡ poteſt in ſciſma incidere. ꝯntia eſt bona p locū diffinitiōis ad diffinitū. antecedēs ꝓbatur ſic. qm̄ papa pōt a xp̄o q̄ eſt pn̄cipale caput eccl'ie et reſpectu cuius maxime vnitas eccl'ie attendit̄ p inobedientiā recedere nō obediēdo legi eius aut pcipiēdo ea q̄ naturali aut diuino iuri contraria ſunt. ⁊ p ꝯn̄s ſeparare ſe a corpe eccl'ie xp̄o ſubiecte p obediētiā. ⁊ ita ab ꝙ dubio videt̄ ꝙ papa poſſit in ſciſma incidere. Secūdo ſic. ſi papa poteſt ſeparare ſe ſine aliqua rōnabili cā ſed pura voltāte ſua a corpe eccl'ie ⁊ collegio ſacerdotū p nō obſeruantiā eoꝝ que vniuerſalis eccl'ia ex traditiōe apoſtoloꝝ obſeruat: iuxta. c. eccleſiarū. di. xi. aut p nō obſeruātiā eoꝝ que p vniuerſalia ꝯcilia aut apoſtolice ſedis auctoritatē ſunt vl'r ordinata maxime ad cultū diuinuȝ vtputa nolēdo obſeruare in ſe ea que vniuerſalem ſtatum eccl'ie aut vl'em ritum cultus eccleſiaſtici ꝯcernūt. vt ꝙ nollet celebrare in veſtibus ſacris aut locis ſacratis aut cū luminaribus aut ſignare ſe ſigno crucis ſicut reſiduum ſacerdotū collegiuȝ facit ⁊ ſimilia que ad ꝑpetuā generaliter ordinata vident̄ vtilitatē ꝯtra. c. que ad ꝑpetuā. ⁊. c. violatores. ⁊. c. ſunt quidā. ⁊. c. cōtra ſtatuta. xxv. q. i. ergo videt̄ ꝙ papa in talibus diuidēdo ſe ab obſ'uātia vniuerſalis eccl'ie cū ptinacia poſſit in ſciſma incidere ꝯntia eſt bona. ⁊ antecedēs nō eſt dubium: quia ſicut poſſit incidere in hereſim ita in inobediētiā ⁊ ptinaceȝ nōobſeruantiā eoꝝ que ordinata ſunt ad cōem ſtatum eccl'ie. Un̄ Inno. in. c. de cōſue. dicit ꝙ in oībus obediēdum eſt pape dum nō veniat contra vniuerſalem ſtatum eccl'ie. in eo em̄ caſu dicit ꝙ nō eſt ſuſtinēdus ſine cauſa rōnabili. Tertio argui poteſt ſic. contēdētibus aliquibus de papatu ſi etiā is qui eſſet verus papa dubius tamē ꝓbabiliter apud aliquos ita negligēter et ptinaciter ſe haberet ad vnionē eccleſie ꝓcurandaȝ ꝙ nollet facere quicq̄d in ſe eſſet p vnitate eccleſie reintegrāda talis videret̄ ſciſmatꝭ nutritor: quemadmoduȝ multi diebus etiam noſtris argumentabant̄ de Benedicto. xiij. ⁊ Gregorio. xij. His habitis dici poſſet ad ratōnes in oppoſitū quoniā non vident̄ militare. Non quidē pma: quia ſciſma nō ſolum eſt diuiſio ab vnitate eccleſie in ordine ad papam per inobediētiam factaȝ a pmario ⁊ principali capite quod eſt xp̄us. Nec illud ꝓbat aduerſariorum ꝓpoſitum quod inducūt dicentes ꝙ papa nō poſſit a ſeipſo ſeparari. quoniā licet hoc verum ſit poteſt tamen ſeparari p inobedientiam a capite xp̄o cuius vicarius eſt ⁊ ab inſtitutione apoſtolice ſedis inq̄tum ſe diuidit ab obſeruātia eorū que ſancti patres pdeceſſores in apoſtolica ſede generaliter ad cōmunē eccleſie vtilitatē ſiue ſtatum conſtituerunt ſicut diximus. Ad ſcd'am reſpondetur p alios dicēdo ad minorē ꝙ tunc apud papaȝ intelligit̄ vere eſſe xp̄i eccleſia quādo ipſe manet ſubiectus capiti xp̄o cuius eſt vicarius recognoſcēdo ab eo ptātem ſuā pēdere: debitā illi ſubiectionē ſeruādo ⁊ obſeruātijs vniuerſalis ſancte matris eccleſie ipſius xp̄i ſponſe canonice ſe cōfirmando.

Ad primaȝ rōem prīme opi.

Ad ſcd'am

Capitulum. xij. De opinione quorūdam ꝙ ꝓpter ſciſma tollendū verus ⁊ indubitatus papa poſſit compelli cedere: aut nollēs cedere poſſit deponi.

Ca. XII

Boniaȝ pꝛeter q vias ſupra nominatas ad tollendū ſciſma volunt aliqui ponere vnā aliam viā. videlȝ per viam compulſionis ad cedendum. ⁊ vbi cedere noluerit ꝙ deponi poſſit vtſcȝ compellat̄ papa q̄tūcūq; ſit verus ⁊ indubitatus per aliquē modum vtputa per ſubtractionem obediētie vel captioneȝ perſone. Et hanc ſuaȝ opinionē multipliciter fundare nituntur. primo exemplis aliquib⁹ ſacre ſcripture. ſecūdo practicis aliorum concil orū. tertio auctoritatib⁹. quarto rōnibus. Unde pmo ꝙ verus pōtifex in hmōi caſu debeat propter ſciſma tollendū cedere ꝓprie dignitati ſic ꝓbant exemplo mulieris illius meretricis de q̄ legit̄. iij. Regū. iij. que filium ſuū verū potius aduerſarie mulieri p mendaciū vendicāti adiudicari conceſſit q̄ filium diuidi ſiue ſecari. in quo ſigno cognituȝ eſt ꝙ ipa eſſet vera mater pueri. ergo ſimiliter romanus pontifex anteq̄ permittat eccleſie corpus ſecari debet cedere dignitati. Secundo idem arguitur exemplo chriſti cuius actio noſtra debet eſſe inſtructio: qui exinaniuit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem crucis: vt inquit

Probatio prima

Secunda

Apl'us ad Philip. ij. ergo romanus pontifex exemplo ipſius xp̄i cuius eſt vicarius ꝓ ſalute populi ſui & vniōe eccl'ie deberet etiā ſe exina-

Tertia nire vſqȝ ad ceſſionē ſue dignitatis. Tertio ſic arguit. ex practica cōcilij Piſani qḋ duos ꝯtendētes de papatu depoſuit. videlicȝ Gregorium & Benedictū quoꝝ alter verus papa credebat & electus eſt vnus alius. videlȝ Pe-

Quarta trus de Candia. Quarto patet etiaȝ idem exemplo Conſtantieñ. cōcilij in quo depoſiti ſunt etiā duo. ſ. Johānes. xxiij. & Benedictus

Quīta et electus eſt Martinus. Quinto arguit auctoritate. dr̄ em̄ Joh. x. ꝙ bonus paſtor animam ſuā ponit ꝓ ouibus ſuis: ergo romanus pōtifex qui totius dn̄ici gregis paſtor ē ouiuȝ xp̄i ſm̄ illud Joh. vlt. Paſce oues meas. debȝ vitā ſuā ponere: & multo magis dignitateȝ q̄ minus eſt ꝙ̄ vita pro ouibus ſuis ne pereant.

Sexta Sexto auctoritate iuris ex. c. niſi cū pridēȝ de renū. §. ꝓ graui quoqȝ. vbi videt̄ haberi ꝙ p̄latus ꝓ ſciſmate aut ſcandalo tollēdo cogi poſſit ad ceſſioneȝ ſed quod de alio epiſcopo inferiori reaccipit̄ pari rōne in epō vrbis. tuȝ quia ſola adminiſtratōe p̄cellit illū. tum quia maius ſcandalū oritur ex ꝑturbatōe vniuerſa-

Septima lis eccl'ie ꝙ̄ vni⁹ dioceſis. Septimo arguit idem ex gl. c. ſi forte. di. lxiij. vbi dicit̄ ꝙ ſi duo eligant̄ in diſcordia. ille iudicio metropolitani alteri p̄ferat̄ qui maioribus adiuuatur ſtudijs & merit̄ vt tñ nullus det̄ eps inuitis &c. vbi glo. ait. q. d. Si timet̄ ſcandalum tūc vtriuſqȝ caſſat̄ electio. vt. lxxix. di. ſi duo. ergo videt̄ ꝙ ꝓpter euitandū ſcandalū ſciſmatis in eccl'ia & ne inuitis ſit pōtifex & p ꝯn̄s odibilis papa

Octaua cedere debeat & ad hoc poſſe cōpelli. Octauo ſic rōne. quicūqȝ peccans ꝯtinaciter cōtra articuluȝ fidei pōt nō modo compelli cedere ſ etiā deponi a cōcilio vniuerſali. vt ſatis ptȝ ex. c. ſi papa. di. xl. ſed papa nolēs cedere pro vnione eccl'ie cum videat̄ facere ꝙ eccl'ia non ſit vnita videt̄ errare & peccare in articulum Unam ſanctaȝ eccl'iam vt notat Hoſtieñ. in ſumma de ſciſmaticis. & ad hoc facit. c. aduocauit. xxiiij. q. i. ergo ſequit̄ ꝙ in tali caſu etiaȝ verus papa poſſit cōpelli cedere & vbi nolue-

Nona rit poſſit deponi. Nono ſic. quicūqȝ poteſt ſcandalū tollere & nō tollit cenſetur hmōi ſcādalum efficere. vt in. c. error. di. lxxx. & ij. q. vij. negligere: ſed papa pōt tollere ſcandalū ſciſmatis de eccleſia cedēdo. ergo ſi nō vult videtur ipe ſciſma introducere ſiue nutrire. ſed huiuſmodi poteſt deponi p concilium. ergo &c.

Decima Decimo ſic. p̄latus vidēs eccl'iam ſuā periclitari in ſpūalibus & tempalibus ꝓpter ſcandalum pſone ſue tenet̄ cedere. vt notāt doct. in. c. niſi. cum pridē de renū. §. ꝓ graui quoqȝ. & fortius hoc poteſt dici de papa cum maius immineat periculū retinēdo eccl'iam totaȝ in ſciſmate ꝙ teneat̄ cedere. ḡ videt̄ ꝙ vbi non vult cedere poſſit compelli ad cedendum vel nolens cedere deponi.

Cap. xiiij. Quid in p̄fata queſtione dicendū videat̄ in veritate: & rñdetur rōnibus in oppoſitum. Cap. xiii

a In hanc queſtionem quid ſm̄ veritatē ſaluo ſemper meliori iudicio reſpondēdū videat̄ ſub duabus ꝯcluſionib⁹ ponemus. Prima eſt ꝙ in caſu ſciſmat̄ in Prima cōcluſio auctoris quo vnus eſt verus indubitatus papa & alter intruſus ſeu cōtra phas ordinatus ſi talis intruſus magnos & potētes habeat ſeqꝗces ſiue adherētes: ita vt pſeudo papa non poſſit manu armata compmi et nō habeat ſpes ꝙ alia via ſciſma ſopiri poſſit ꝙ̄ p ceſſionē veri pontificis. habeatqȝ certitudo ꝙ p ceſſioneȝ veri pontificis reintegret̄ eccl'ia & oues diſp̄ſe ad vnicū & ſub vnico paſtore reducant̄ ouile hoc caſu romanus pōti ex ꝙ̄rūcūqȝ clarus & indubitatum ius habeat in papatu videt̄ debere cedere papatui ꝓ integrāda vnione eccleſie. Pro qua cōcluſione faciūt plures rōnes que facte ſunt in p̄cedēti. c. maxime illa que ſumitur ex euāgelio Joh. vbi xp̄s ait. ꝙ bonus paſtor animā ſuā ponit ꝓ ouibus. vbi videt̄ iuri diuino conſonū vt paſtor eccl'ie ꝓ ouibus ſuis errātibus in vnū gregeȝ & ouile cōgregandis ſi alia via cōgregādi nō habeat̄ nec ſperet̄ niſi iuri ſuo cedēdo renūciare debeat vt ſub alio paſtore cum ſub eo fieri nō poſſit dominicus grex reintegret̄. Item plurimū cōfortat hanc concluſionē ratio que aſſignat̄ in. c. niſi cum pridem. de renū. §. ꝓ graui quoqȝ. vbi ita dicit papa. ꝓ graui quoqȝ ſcādalo cuȝ aliter cedari nō poteſt lȝ epō petere ceſſionē ne plus temporalem honorē ꝙ̄ eternā videat̄ affectare ſalutem: memor illius qḋ dicit Apl's. Si ſcādalizauero fratrē meū nō manducabo carnes in eternū. Hanc cōcluſionē videt̄ cōfirmare beatus Augu. in multis locis. Ait em̄ ſup ps. Deus iudiciū tuū regi da. ſup verbo. Suſcipiant montes paceȝ. Excellētes quippe in eccleſia vigilanti intētione cōſulere debent ne ꝓpter ſuos honores ſuperbe agēdo ſciſmata faciāt vnitatis compage dirupta. Nam qua fronte in futuro ſeculo ꝓmiſſum a chriſto ſperabim⁹ honorem ſi xp̄ianam in hoc ſeculo noſter honor impediat vnitatem: hec ille. Item ſecundo hoc manifeſte confirmat libro ſecūdo contra Creſconiū grāmaticuȝ dic̄. Nec epiſcopi

ꝓpter nos ſumus ſed ꝓpter eos qbus verbū ⁊ ſacramentū dominicū miniſtramus: ac ꝓ hoc vt eoꝝ ſine ſcandalo ſeſe neceſſitas habet: ita vel nō eſſe debemus qꝺ nō ꝓpter nos ſed propter alios ſumus. deniq̄ nōnulli ſancta humilitate prediti viri ꝓpter quedam in ſe offendicula quibus pie religioſeq̄ mouebant epatus officiū nō ſolū ſine culpa: verū cū laude depoſuerūt. Item in libro geſtoꝝ cū Emerito. c. x. Pro pace xpi epi debent eſſe aut debent non eſſe: ⁊ ſubdit. Quid dubitamus redēptori noſtro ſacrificiū iſtud humilitatis offerre: an vero ille de celis in membra humana deſcendit: niſi mēbra eius eſſemus: ⁊ nos ne membra ei⁹ crudeli diuiſione lanient de cathedris deſcendere formidamus ꝓpter nos ſufficit ꝙ xpiani fideles ⁊ obedientes ſumus. hoc ergo ſemper ſumus: epi aūt propter xpianos populos ordinamur: qꝺ ergo xpianis populis ad xpianam pacē prodeſt hoc de noſtro epatu faciamus. ⁊ infra. c. xi. Propter nos hoc debemus eſſe qꝺ vos. qd debes eſſe tu cuicūq̄ loquor vtrū xpianus fidelis obediēs hoc tu ꝓpter te hoc ⁊ ego ꝓ me: ergo qꝺ tu ꝓpter te et ego ꝓpter me ſp debemus eſſe: qꝺ autē ſum ꝓpter te tibi ſim ſi tibi ꝓdeſt ⁊ nō ſim ſi obeſt. Et. ī. ſubdit. Si ſerui vtiles ſumus cur dn̄o eternis lucris pro noſtris tpalibus ſublimitatib⁹ inuidem⁹. epalis dignitas nobis fructuoſior erit ſi gregē xpi depoſita magis collegerit ꝙ retenta diſperſerit. ⁊. ī. Fratres mei ſi deū cogitamus locus iſte altior ſpecula munitionis eſt non faſtigiū ſuperbientis: ſi cum volo retinere epatum meū diſſipo gregem xpi: ⁊ qm̄ nō eſt damnū gregis honor paſtoris ⁊. ī. Nam qua fronte in futuro ſeculo ꝓmiſſū a xpo ſperabimus honorē ſi xpianā in hoc ſeculo noſter honor ipedit vnitatē. Scd̄o principaliter patet p̄fata cōcluſio ex illa regula Hiero. Omnia que poſſunt p̄termitti ſalua triplici veritate ſunt ꝓpter ſcandalū dimittenda. ſed papa in caſu p̄fato pōt cedere papatui ſalua triplici veritate: vt patet. ergo videt ꝙ ꝓpter ſcandalū mouendū ſciſmatis de eccleſia debeat cedere papatui. Tertio ſic: papa plus debet diligere ſalutē ſpiritualem ouiū ſuarū que impedit per ſcādalū ſciſmatis ꝙ qꝺcunq̄ bonū tpale: ⁊ per ꝯns ꝙ dignitatē ſuā q̄ tpalis eſt. ſed id qꝺ minus diligit eſt dimittendum ꝓpter id qꝺ magis diligit: ſi tale aliter haberi nō poſſit. ergo papa in p̄cedenti caſu cedere debet.

Secūda cōcluſio Scd̄a concluſio: ꝙ papa verus ⁊ indubitatus qui non ſit a fide deuius nō poteſt cogi ad cedendū: nec cedere nolens poteſt deponi. Iſta cōcluſio patet ex omnib⁹ rationibus ⁊ doctoꝝ teſtimonijs qbus in. ij. li. c. xciij. probatū eſt ꝙ Roma. pon. verus ⁊ indubitatus extra caſum hereſis nō poſſit a quocūq̄ niſi a deo deponi. Idē patet ex omnibus illis rōnibus quibus in. iij. li. c. xliij. oſtenſū eſt ꝙ Romanus pon. auctoritate iuriſdictōis ſuperior ſit vniuerſali concilio. manifeſtū eſt autem ꝙ inferior nō habet poteſtatē iuriſdictionis in ſuperiorē. diſ. xxi. inferior. ⁊ extra de ma. ⁊ obe. cū inferior. Nihilomin⁹ ex alijs ſic oſtenditur prefata concluſio: cōis ſententia eſt ſctōrū canonū: vt in. ij. lib oſtendimus ꝙ papa propter nullū crimen deijci pōt: niſi cum ſit a fide deuius. di. xl. ſi papa. licȝ enī electionē ſummorū pōtificū deus cōmiſerit clericis religioſis: deiectōnē tn̄ ſuo dumtaxat iudicio reſeruauit lxxix. di. electionē. ⁊ notat per doc. videlicet ꝑ Io. di. lxxix. in ſumma per Hoſti. in ſumma de cōſtit. §. quis poſſet. in principio. per archi. de hereticis in fidei. li. vi. ⁊ ibidē per Io. an. ⁊ de auc. ⁊ vſu pal. ⁊ de renun. c. i. li. vi. ⁊ ꝺ elec. licȝ de vitanda. Si itaq̄ papa ꝓpter crimē quodcunq̄ magnū excepta hereſi nō poteſt deponi etiam ſi foret eccleſie inutilis ⁊ negligens ⁊ remiſſus. vt notat de renun. c. i. li. vi. in glo. ordi. quō concedendū erit ꝓ cū ſit innocens ꝓpter alioꝝ crimina: hoc eſt ſciſmaticoꝝ proteruam pertinaciā veniat deponendus aut deijciendus. Scd̄o cōfirmat iſta ratio ſic: contra iuſtitiam eſt ꝙ innocens ꝓpter malitiā aliorū veniat honore ⁊ dignitate ſua quā iuſte habȝ priuandus vt manifeſtū eſt. ergo papa verus ⁊ indubitatus innocens ⁊ imaculatus ꝓpter malitiā quorūcunq̄ ſciſmaticoꝝ non videt poſſe compelli ad cedendū dignitati ſue nec poſſe deponi: al's daretur via ꝙ nullus in dignitate ſua quantūcunq̄ ſanctus eſſet ſtabilis ſi ꝓpt ſedandū ſciſma exortū malitia quorūdam impiorum hominū cedendum eſſet honori dominio ⁊ dignitati quod maximū ſcandalum poſſet parere in dei eccleſia: ⁊ tanto maiora quanto talis violentia ſeu tyrannis in altiorem dignitatem: ſicut eſt papatus attentaretur. Tertio ſic. nullus poteſt cōpelli cedere bonis temporalibus in quibus habet clarum ius ⁊ indubitatum ꝓpter ſcandalum ſiue ſciſma quorūcunq̄: quia al's vt dictū eſt daretur malis occaſio rapiendi ⁊ nocendi bonis. vnde. s. Tho. in. ij. ij. q. xliij. art. vlti. dicit: ꝙ propter eos qui ſcandala concitant nō ſunt temporalia dimittenda: quia hoc etiam noceret bono cōmuni: daretur enim malis rapiēdi occaſio. ergo multo minus quis poteſt cōpelli cedere dignitati: cum multo preſtantior ſit bonis alijs tēporalibus propter alios ſcandala ⁊ ſciſmata ſuſcitantes. Quarto prefata concluſio confirma

ri videt auctoritate beati Cypriani q̃ in epl'a ad Iuuaianū ep̄m ſuper ſciſmate inter Nouatianū et Corneliū loquens inquit. Quid ergo q2 honorē cathedre ſacerdotalis Nouatian⁹ vſurpat: nūquid idcirco nos cathedre renunciare debemus. ⁊ quia Nouatian⁹ altare collocare ⁊ ſacrificia offerre cōtra phas nitit' ab altari ⁊ ſacrificiis ceſſare nos oportʒ ne paria ⁊ ſimilia cum illo celebrare videamur. vanum prorſus ⁊ ſtultum eſt vt q2 Nouatianus extra eccleſiam vēdicat ſibi veritatis imaginē relinquat eccleſia veritatem. hec Cyprian⁹. Quinto prefata cōcluſio oſtēditur ſic. apud iuriſperitos nō parū dubitatum fuit ſuperiorib⁹ temporibus vtrū papa volens ſponte ex cauſa puta q2 eſſet inſufficiens ⁊ inutilis ad regnū romane atq3 vniuerſalis eccleſie papatui renūciare: foret admittendus ad renūciationē. In cuius rei teſtimoniū diſputatio cū fortiſſimis pro vtraq3 parte rationibus ſatis abūde ⁊ eleganter recitata eſt per Ioh. an. in. c. i. de renū. li. vi. in glo. ⁊ pleni⁹ in nouel. Ad cuius quoq3 queſtionis deciſionem pceſſit illa cſtitutio in ca. i. de renun. li. vi. modo ſi iam fuiſſet diffinitum aut ita iure diuino aut humano fundatū ꝙ papa ppter iuſtam cauſam tollendi ſciſmatis aut grauis vitandi ſcandali nō tm̄ volēs: ſed etiā inuitus compelli poſſet cedere: nulla pfecto fuiſſet dubitatio apud tot ⁊ tantos iuris ſapiētes an ex iuſta cauſa ſpōte volens cedere foret admittēdus cum ergo papa verus ⁊ indubitatus ppter vitandum ſciſma exortum per alios poſſit cōpelli ad cedendum nullo iure caueat' nō videtur ſine periculo conſcientie indifferenter hoc attentandum. vnde vna de cauſis quare ſciſma Chore Dathan ⁊ Abiron graui ⁊ inſolita pena punitum eſt Nu. xvi. vt dicit ſanctus Tho. in. iiii. di. xiii. quia expediebat ne prelati eccleſie contemnerētur. plane cum ſint locum xp̄i tenentes in eccleſia cū magna reuerentia tractādi ſunt. Sexto ſic. quēꝙ cogi ſuo iuri cedere ⁊ ius ſuum inuitum abdicare vel amittere eſt de genere vetitor: vt patet ex regula iuris. ergo videtur ꝙ papa verum ius habens nō poſſit cogi cedere iuri ſuo.

Septimo patet eadem concluſio. qm̄ ſi papa verus ppter tollendum qd̄cunq3 ſciſma cedere compellatur res efficiet' ex templo pernicioſiſſima. patet: qm̄ poteſtatibus laicorū in futuris temporibus via parabit' qua romanū pontificem inuitum ⁊ reluctātem ſuis prauis requiſitionibus renunciationi pro voluntate eorum ſubiiciant: confingent quandam hereſim ꝯ eum vel minus canonicam electionem criminabuntur ⁊ apoſtaticum erigent quem ſua magna potentia perperā ſuffragātes non aliter ꝙ ſi ver⁹ apoſtolicus ceſſerit ſedere patientur. Preterea de cōiuratione fortaſſe cardinalium aliquor quibus per eandē exemplī effigiem via cōſimilis aperiet' ⁊ apoſtolici deponendi facultas pari cōſequentia tribuetur ⁊ principatus apoſtolicus ex malorū arbitrio dependebit. qd̄ ꝙ incōuenientiſſimū ſit null⁹ mente ſanus ignorat. Propter qd̄ inquit Cyprianus in epiſtola ad Iuuaianū. ⁊ habet'. vii. q. i. ꝙ periculoſum autē ſit in rebus diuinis vt q̄s cedat iuri ſuo et poteſtati ſcriptura ſancta declarat ⁊c. Sic vt inquit Hug. et Archi. cornelius fatigatus labore ſciſma agere volebat Sed querit Hug. nūquid nō licet cuiq3 renunciare iuri ſuo reſpōdet. aut eni renunciatio nocet ſibi. ⁊ aliis aut aliis tantū ⁊ nō ſibi: ⁊ ſic nō licet ei renūciare ⁊ mortaliter peccat renūciādo. ſi ſibi ſoli nocet forte non peccat: q2 cuiq3 licet renūciare iuri ſuo quod tangit ipſū ⁊ non aliū. ar. ii. q. v. mādaſtis. q̄bus habit' dicendū eſt ad rōnes in oppoſitū.

Ad primā cum arguitur exemplo mulieris ⁊c. reſpōdetur breuiter ꝙ nō facit ad ppoſitū: qm̄ mulier illa nō coacta a rege aut ab aliqua poteſtate: ſed ſpōte ceſſit iuri filii ſui animaduertens ſectionē illā irrecuperabilem. vnde licet poſſʒ ex illo exemplo ſumi argumentū ꝙ papa cum vnio eccl'ie al's reparari nō poſſet: niſi cedēdo papatui ꝙ cedere deberet iuri ſuo: nihilominus nō arguitur ꝙ compelli poſſet. (Ad primam rationem. ca...)

Ad ſecundaʒ cū arguitur exemplo xp̄i. reſpondet' ꝙ etiā non videat' facere ad propoſitū argumentū. Tum primo: q2 licet xp̄s pro ſalute ouiū ſuarū humiliauerit ſe vſq3 ad mortem: nō tamen vſq3 ad ceſſionē dignitatis ſue. vnde ex hoc bene arguit' ꝙ papa xp̄i vicarius pro ſalute ouium ſuarū debeat ſi neceſſe fuerit vitā propriā exponere: nō aūt arguitur ꝙ debeat proprie dignitati cedere ⁊ depoſito officio curam gregis ſibi cōmiſſi relinquere. hoc eīm nō fecit xp̄s. Tum ſecūdo exemplum nō militat: quia ſi xp̄s p ſalute humani generis vſq3 ad mortē ſe humiliauerit: hoc tm̄ nō coactus nō compulſus: ſed ſponte ⁊ voluntarie fecit. Oblatus eīm eſt q2 ipſe voluit vt dicitur Eſai. liii. licet ergo ex illo caperet' exemplum ꝙ papa et vite et honori cedere deberet pro bono eccleſie: non tamen arguit' ꝙ ad hoc aliqua temporali poteſtate poſſet cōpelli aut deponi ſi cedere nollet. (Ad ſecundam)

Ad tertiam rōnem que ſumitur ex practica concilii Piſani reſpōdetur dupliciter. Primo ꝙ cum illud conciliū non fuerit indubitatum per totam eccleſiam vniuerſale conciliū eſſe: ex practica illius nō poteſt ſumi argumentum aliquod alicuius fir (Ad tertiam)

mitatis. Reſpondeẽ ſcđo ꝙ nō facit ad ꝓpoſi
tum: quoniā nullus illoꝝ qui in p̄fata cōgre
gatione depoſitus eſt fuit verus papa indubi
Ad quartam
tatus: nec ipſe etiam qui ibi electus eſt. Ad
quartā rationem que ſumitur ex practica con
cilij Conſtantieñ. reſpondeẽ eodem modo: vi-
delicet ꝙ non facit ad ꝓpoſitum. Tum primo
quia Greg. ceſſit volūtarie nō coactus. Tum
ſecūdo: quia Johānes ⁊ Benedictus qui fue
runt depoſiti nō fuerunt veri ⁊ indubitati pō
Ad quintam
tifices. Ad quintam que ſumiẽ ex illo Jo. x.
Bonuspaſtor: reſpōſum eſt ſupra in reſpōſio-
ne ad ſecundā: quoniā licet bene ſequaẽ ꝙ pro
bono reintegratōnis gregis dominici cedere
deberet: nō tamen ſequiẽ ꝙ ad id cogi vel cō-
pelli poſſit: aut ꝙ nolēs iuri ſuo indubitato ce
Ad ſextam
dere poſſit deponi. Ad ſextam rōnem ſum-
ptam ex. c. niſi cum pridem. de renū. c. i. reſpon
detur primo ꝙ nō facit ad ꝓpoſitū: qm̄ tex. ille
dicit ſic. Pro graui quoq ſcādalo euitando:
cū aliter ſedari nō poteſt licet ep̄o petere ceſ-
ſionem. nō dicit ꝙ poſſit cogi aut cōpelli. Se
cundo reſpondeẽ ꝙ dato ꝙ ita intelligendus
eſſet tex. ille de p̄lato inferiori qui ſui ſupio-
ris auctoritate poſſet compelli quod nō eſt in
papa qui pro ſui principatus excellentia ſupe
riorem nō habet. vt extra de elect. c. licet. in fi.
ꝓpter quam rōnem nō eſt ſimile de p̄lato in
feriori ⁊ papa: licet maius ſcandalū ſit qđ oriẽ
Ad ſeptimam
in vniuerſali eccleſia q̄ qđ oriẽ in vna dioceſi.
Ad ſeptimā de. c. ſi forte. di. lxiij. reſpondeẽ
ꝙ nō videẽ facere illud. c. ad propoſitū ꝓpter
duo. Primo: quia. c. illud loquiẽ de electo non
dum ɔfirmato. nos aūt loquimur de vero apo
ſtolico qui ipſo facto ꝙ a duabꝰ partibus car-
dinalium electus eſt cōfirmatus intelligitur.
facilius quippe impediẽ promouendus q̄ eij-
ciatur iam ꝓmotus: vt de iureiur. c. quēadmo
dum xp̄s. Turpius em̄ eijcitur q̄ nō admittiẽ
hoſpes. Secundo: quia ibi fit mentio de infe-
riori p̄lato. Unde ait ꝙ talis metropolitani
iudicio p̄feratur: hoc autem nō conuenit pa
pe qui pro eminentia pontificatus ſui metro-
politanum nō habet. vt in. c. in nomine domi-
Ad octauam
ni. di. xxi. inquit Nicolaus papa: ⁊ ita ratio nō
militat. Ad octauaꝫ rōnem cuꝫ diciẽ ⁊c. ne
gatur minor propoſitio: videlicet ꝙ papa no-
lens cedere peccaret in articulū ⁊c. hoc enim
falſum eſt. nec Hoſtieñ. dicit illud: nec etiā eſt
verum qđ Hoſtieñ. dicere videẽ in ſum. vide-
licet ꝙ omnis ſciſmaticus peccet in articulū.
Unam ſanctā ⁊c. quia tunc omnis ſciſmaticꝰ
eſſet hereticus cum peccaret in vnū articuluꝫ
fidei: qđ tamen manifeſte falſum eſt: vt ſupra
dictum eſt in. c. inter hereſim. xxiiij. q. iij. poni-

tur differētia inter hereſim ⁊ ſciſma. Ad. c. ad
uocauit. reſpōdetur ꝙ non eſt ad propoſitum:
quia cum ait ꝙ Cyprianus non putauit fidem
in ſciſmate. nō accipitur ibi fides pro fide qua
deo crediẽ ſꝫ ꝓ fidelitate: ſicut apte colligiẽ ſi
quis bene ponderet verba Cypriani. alꝰs om-
nis ſciſmaticus foret hereticus qđ eſt falſum:
ſicut ſupra eſt oſtenſum. Ad nonā cū argui- Ad nonam
tur ꝙ tenetur ad tollendum ſcandaluꝫ cedere
⁊c. reſpondeẽ primo ꝙ maior ꝓpoſitio eſt fal-
ſa vniuerſaliter: maxime vt dicit. s. Tho. in. ij.
ij. q. xliij. ar. vij. quando ſcandaluꝫ procedit ex
malitia aliquoꝝ cuiuſmodi eſt ſcandalū pha-
riſeoꝝ. nec. c. error. quod īducit nec. c. neglige-
re. probant illam: quoniā aliud eſt reſiſtere er-
rori cum poſſit aut negligere turbare ꝑuerſos
⁊ aliud eſt cedere honori ſuo aut bonis ſuis ꝓ-
pter ſcandalum aliquoꝝ malitioſoꝝ ⁊ peruer
ſoꝝ hominum qui nolendo obedire vero pon-
tifici perturbant dei eccleſiā. Preterea ſi ma-
ior illa eſſet vera omnes illi dicerenẽ ſcandala
efficere quicunq temporalia bona ſua non di-
mitterent ad voluntatem multoꝝ qui ſcanda
lizati ſunt: cum tamen hoc falſum ſit: ſicut pa-
tet de beato Tho. archiep̄o Cātuarieñ. qui re
petere non ceſſauit res eccleſie nō obſtāte ſcā
dalo regis Anglie. ⁊ beatꝰ Tho. in. ij. ij. vbi. s̄.
ar. viij. oſtendit ꝙ quando ſcandalū naſciẽ ex
malitia quod eſt ſcandalum phariſeoꝝ ꝙ pro
pter eos qui ſic ſcandala concitant nō ſunt tē
poralia dimittenda: quia hoc etiā noceret bo-
no cōmuni: daretur enim malis rapiendi occa
ſio. hec ſanctus Tho. Nam cū nō ex culpa pa-
pe ſed ex ꝓpria malitia aliquis gratis impin-
git in factum vel dictum eius ⁊ decidit in pec
catum nō eſt vero ⁊ indubitato pape imputā-
dum. quod ſatis aperte colligiẽ ex euangelio.
vbi cū diſcipuli dixiſſent xp̄o. Magiſter ſcis
quia audito verbo phariſei ſcādalizati ſunt: et
ille huiuſmodi ſcandalū pro nihilo habens. ſi-
nite inquit ceci ſunt ⁊ duces cecoꝝ. Quamob
rē dicit Cyprianus. Qđ ad nos attinet ⁊ con
ſcientie noſtre conuenit ſemper operā dare ne
quis noſtra culpa de eccleſia pereat. ſi q̄s au-
tem vltro ⁊ de crimine ſuo perierit ⁊ peniten-
tiam agere atq ad eccleſiam redire noluerit:
nos in die iudicij inculpabiles futuros credi-
mus qui eoꝝ cōſulimus ſanitati: ⁊ illos ſolos
in penis remanſuros qui nolunt cōcilij noſtri
ſalubritate ſanari: nec mouere nos debet cōtu
macia perditoꝝ: quo minus a rectitudinis via
ac certa regula recedamus. hec ille. Et ita ap-
paret ꝙ ratio illa licet viſa ſit apparens parū
valeat. Preterea etiam ſi maior illa eſſet vera
omnes litigantes ⁊ habentes ius in cauſis ve

nirent iudicandi factores ſcandaloꝝ ⁊ ſciſma
tum nutritores ⁊ bellorum: qꝛ cum poſſint iuri
ſuo cedendo ſcandalũ tollere nõ faciũt: quod
tamẽ non eſt verum: ⁊ ita falſum eſt quod cõ⸗
cluditur ꝙ papa nolendo cedere iuri ſuo maxi
me cum alie vie ſedandi ſciſma poſſint reperi
ri deo magis grate et eccleſie honorabiliores
⁊ iuſticie magis propinque ⁊ antiquioribꝰ tẽ⸗
poribus conformiores dicatur ſcandalum effi
cere ſiue nutrire: aut ꝙ propter hoc poſſit dici
ſciſmaticus aut nutritor ſciſmatis: ⁊ per cõſe⸗
quẽs ꝙ ratiõe huius concilium habeat aucto
ritatẽ ſuper eũ.

Ad decimam

Ad decimã cũ arguitur de
c. niſi cũ pridem. de renun. reſpõdetur ꝙ dato
ꝙ ita ſit ꝙ in illo caſu prelatꝰ cedere teneatur
⁊ ſimiliter papa: non tamen ſequitur ꝙ ſi non
vult poſſit compelli aut propter hoc deponi:
quod manifeſte colligitur ex. c. ſi papa. ſi ple⸗
ne legatur: vbi ſic dicit. Si papa ſue ⁊ frater⸗
ne ſalutis negligens deprehẽditur inutilis et
remiſſus in operibus ſuis: ⁊ inſuper a bono ta
citurnus quod magis officit ſibi ⁊ omnibꝰ, ni⸗
hilominꝰ innumerabiles populos cateruatiꝫ
ſecũ ducit primo mancipio gehenne cum ipſo
plagis multis ineternum vapulaturus: huius
culpas redarguere preſumit nullus mortaliũ:
quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iu
dicandus: niſi deprehendatur a fide deuius.

Cap. xiiij. An omnes adherentes intruſo ſiue antipa⸗
pe veniant ſciſmatici dicendi.

Ca. XIIII

# Portunum vi

ſum eſt nobis h vltio queren
dum an omnes obedientes ſi
ue adherentes alteri conten⸗
dentium de papatu qui in veritate non ſit pa⸗
pa: credãt tamen eũ vere eſſe papam veniant
dicendi ſciſmatici.

Cõcluſio quorũdam

Et videtur aliquibus ꝙ nõ
dicentes ꝙ ad hoc ꝙ aliqui ſint veri ſciſmatici
oportet ꝙ credant illum qui eſt fore veruꝫ pa
pam ⁊ nihilominus ex intentione ſe ab obedi⸗
entia illius ſubtrahentes pertinaciter ab eo
⁊ eius ſubditis ſe diuidant. Et ex cõſequẽti di
cunt ꝙ qui ſine intentõe ⁊ pertinacia ſcꝫ igno
rantes illum qui eſt verus papa ſe diuidũt ab
eo non ſunt vere ſciſmatici. Pro qua cõcluſio
ne roborãda inducunt pro ſe beatũ Tho. in. ij.
ij. q. xxxix. ar. i. qui ait: ꝙ proprie ſciſmaticiꝰ dicũ
tur qui ex intẽtione ab vnitate eccleſie ſe diui
dunt. Ecce ꝙ dicit ex intentõe. Cõfirmãt etiã
concluſionẽ ſuã aliquibus rationibus.

Probatio prima

Pri
mo ſic: errans in fide hereticus nõ eſt cenſen⸗
dus qui paratus eſt corrigi. xxiiij. q. i. hec eſt fi⸗
des. ij. q. iij. dixit apoſtolus cũ ibi notatis. ⁊ de
ſum. tri. ⁊ fi. catho. c. dãnamus. in fi. ergo ſimi⸗
liter nõ ſunt dicẽdi ſciſmatici adherentes in⸗
truſo vel antipape ſi parati ſunt cũ de verita⸗
te conſtiterit ſuam opinionẽ corrigere: ⁊ vero
Romano põtifici obedire.

Secunda

Secundo ſic: ſi
obediens antipape vel intruſo credens eũ ve
rum papã eſſet ſciſmaticus: tunc a ſimili ado
rans diabolum credẽs eũ eſſe chriſtũ ⁊ adorãs
hoſtiã nõ cõſecratã quã credit eſſe cõſecrataꝫ
eſſet idolatra: quod eſt cõtra cõem doctorum
ſententiã: ⁊ cognoſcens vxorẽ proximi ſui cre⸗
dens cognoſcere ſuã ꝓpriã eſſet adulter: quod
nõ eſt verũ: vt in. c. in lectũ. xxxiij. q. i. ⁊ in glo.
ergo ⁊c.

Contra dictã cõcluſionem

Verũ qꝛ iſta opinio nõ videtur nobis
vſqꝫ bene reſoluta ⁊ per conſequẽs nec grata:
maxime qꝛ eorũ fundamentũ videt manifeſte
falſuꝫ in quo dicũt ad hoc ꝙ q̃s ſit vere ſciſma
ticus requiri ꝙ credat ꝙ ſit verus papa a quo
ex intẽtione ꝑtinaciter ſe ſeparat ⁊ diuidit. Tũ
primo qꝛ etiã q̃ ignorãtia aut ſimplicitate ſiue
errore a vero Romano ponti. diuiſi ſunt vere
ſciſmatici eſſe dicũtur: vt in. c. ſciſma. xxiiij. q. i
⁊ in. c. quotiens. i. q. vij. apertiſſime patet: q̃ in
fra pleniꝰ oſtẽdemꝰ. Tum ſecũdo: qm̃ dato illo
fundamẽto nec Greci nec Armeni dicẽdi ve⸗
nirẽt ſciſmatici cũ Romanũ põ. a quo ſe diui⸗
dunt nõ credũt verũ eſſe caput vniuerſalis ec⸗
cleſie a quo vnitas eccleſie ſumẽda ſit: ⁊ ita ex
intẽtione nõ dicerent diuidi a capite eccleſie:
quod eſt inconueniẽs. Nec id quod ſctũs Tho
dicit ſuffragatur eis cũ ait ꝙ illi ſunt ſciſmati⸗
ci qui ex intentione ſe ab vnitate eccleſie ſepa
rant: qꝛ cũ ſctũs Tho. ſimpliciter loquitur di⸗
cens ꝙ ſciſmatici ſint qui ex intentiõe ſe ab ec
cleſie vnitate diuidũt nõ addẽdo quã credant
vel nõ credant verã eccleſiã ſimpliciter eſt in⸗
telligẽdus ⁊ nõ reſtringẽdus ad aliquẽ parti⸗
cularẽ ſenſum. vnde nõ videt eſſe de mẽte ſua
ꝙ ly ex intentione determinet qđ ſequitur ab
vnitate eccleſie vt ſit ſenſus: ꝙ illi ſoluꝫ qui ex
intentõe id eſt intendentes ſe diuidere ab vni
tate eccleſie id eſt ab illa quam reputant verã
eccleſiam ab ea ſe ſcindunt ⁊ ſeparãt ſunt pro
prie veri ſciſmatici ⁊ non alij. Preterea contẽ
dentibus duobus de papatu ⁊ habentibus di
uerſas obedientias ſibi adherentes non dubi
um ꝙ eſt ſciſma in populo xp̃iano. ergo aliqui
adherentiũ ſunt ſciſmatici. nõ qui vero adhe⸗
rent: ergo qui antipape. vñ ad queſtionẽ p̃fa⸗
tã reſpõdẽtes ſaluo ſemꝑ meliori iudicio vide
tur nobis reſpõdẽdũ ſub quinqꝫ propoſitioni⸗
bus.

Prima ꝓpoſitio reſponſalis

Prima propoſitio. ꝙ qui ex intentione
ſe diuidunt ab eo quẽ ſciunt eſſe veruꝫ Roma⸗
num ponti. ſunt veri ſciſmatici. Iſta ꝓpoſitio
eſt manifeſta ex dictis ſupra vbi dictum eſt: il⸗
los vere ſciſmaticos eſſe qui ex intentione ab

ṽnitate eccleſie ſiue ab apoſtolica ſede ſe diui-
dunt. Itē idem colligit ex. c. ſciſma. xxiiij. q. i.
Secūda ꝓpoſitio: adherētes antipape ex
ignorantia praua que eſt cū quis directe vult
ignorare veritatis ſcientiā ne retrahat a pec-
cato ſm illud: noluit intelligere vt bene age-
ret: ſunt ſciſmatici. Patet ꝓpoſitio: quia talis
ignorantia cū ſit voluntaria nō excuſat ſed ac
cuſat ⁊ peccatū adauget: ſm illud Ambro. in
glo. ad Ro. ij. grauiſſime peccas ſi ignoras. vn
de cum adherentes intruſo tali ignorantia ſi
miles eſſe videant illis de quibus dicit Iob.
xxi. qui dixerunt deo: recede a nobis ſcientiā
viarū tuarū nolumus: veriſſime cenſendi veni
unt ſciſmatici.

Tertia

Tertia propoſitio: qui adhe
rent intruſo vel antipape ex errore vł ex igno
rantia craſſa vel ſupina: vtputa qꝛ non curant
diligentiā apponere: ſed negligunt informari
de veritate ad quā inquirendam tenebant: vi
delicet q̇s in veritate eſſet papa non excuſant
a labe ſiue reatu ſciſmatis. Patet iſta ꝓpoſi-
tio: tum qꝛ talis adheſio antipape procedit ex
ignorantia que quodāmodo eſt voluntaria cū
voluntarie cōtemnit aut negligit ſcire illud
qđ ſcire tenetur. Non enī quis excuſatur per
ignorantiā qui pōt habere copiam peritoꝝ. ff.
de iuris ⁊ fac. ig. l. regula. ⁊ maxime in quibus
quis inquirere tenet. iuxta id qđ habet in. c. i-
notuit. de elec. Oſtendit etiā vera prefata ꝓ-
poſitio ex. c. quotiens. i. q. vij. vbi manifeſte in
nuitur ꝙ ꝓpter errorem vel ignorantiā talem
null⁹ excuſat a ſciſmate. Itē ex. c. ſciſma. xxiiij.
q. i. vbi Pelagius papa ad quendam epm̄ ſcri
bens de quibuſdā ſciſmaticis q̄ a papa Pela-
gio diſceſſerant: quos tn̄ ipſe eps a ſciſmate ꝓ
pter ſimplicitatē ⁊ ignorantiā excuſauit ita in
quit. Sed nec eis id prodeſt ꝙ eos in eiſdem
litteris veſtris vel ignorātia rōnis vel ſimpli
citate intellectus ſui a noſtra ſe cōione ſuſpen
diſſe perhibetis. Idipſū enī magis eſt ꝓpter
qđ ſciſmatici ſunt: qꝛ nō eos diuerſa ſentiendi
iudiciū: ſed quedā apud ſe delata: tn̄ ſibi inco-
gnita metuentes ⁊ cōtra apoſtolicam ſedē te
mere credentes peſſima diuiſit opinio. hec il-
le. Ecce manifeſtū teſtimoniū ꝙ ignorantia
craſſa et ſupina a labe ſciſmatis nō excuſat qđ
glo. in p̄fato. c. ita dicens cōfirmat: magis ſciſ
matici ſunt qui tantū per ſimplicitatē ſuā ſe
parātur ab eccleſia ꝙ ſint illi qui ꝓpter ſubti-
litatem aliquā errāt. falſa enī ſubtilitas iſtos
compellit in quā cadunt nō volūtarij ſed inui
ti: illos decipit ignorātia voluntaria. hec glo.
Item hoc idem apertiſſime colligitur ex. c. re-
legentes. xxiij. q. v. vbi Pelagius papa cuidā
patritio ſcribēs de quibuſdam ſciſmaticis ab
eo diuiſis ita inquit. Nec ſine illius ſcilicet dei
prouidentia factū eſſe credendū eſt vt inſenſa
ti ⁊ ꝑuerſiſſimi homines vſqꝫ ad hoc ꝓſilirent
vt ſuā diuiſionem catholicam eſſe credentes
eccleſiam a ſua nos pollutione ꝓhiberent: ſic
enī per miſericordiā dei etiā neſciētibus illis
hoc factum eſt vt a ſciſmaticoꝝ opinione eru-
ti catholice quā diligitis ſeruari vos contigiſ
ſet eccleſie ⁊c. Ecce ꝙ clare Romanus ponti.
cōfitetur nō excuſari a ſciſmate aliquos ꝑ hoc
ꝙ credant ſe vere eccleſie aut parti catholice
ſiue vero pape adherere.

Quarta

Quarta ꝓpoſitio
illi qui facta exacta diligentia ad ſciendū ve-
ritatem quis ſit verus papa ⁊ nō potuerūt ple
ne clarificari et inducti aliquibus ꝓbabilib⁹
rōnibus adherent antipape: cum ꝓpoſito ta-
men ſemper adherendi vero pontifici ipſo fa-
cto ꝙ de hoc veraciter informari poſſent vidē
tur excuſari a labe ⁊ reatu ſciſmatis. Probat
iſta: quia ignorantia iſtoꝝ eſt oīno inuolunta
ria cum ſit inuincibilis ⁊ abſqꝫ aliqua inordi-
natione voluntatis: ⁊ per cōſequēs abſqꝫ om-
ni culpa eſt actus ſequens. vnde dn̄s vlricus
in ſumma ſua dicit. Si quis de aliquo agendo
dubio magis peritos cōſulit de quo nullā ha
bet auctoritatē expreſſam vtrū ita ſit vel non
ſit dūmodo formet ſibi bonā cōſcientiā poſtꝙ
magis peritos conſuluit: etiam ſi res aliter ſe
habet nō peccauit. fecit enī qđ potuit: de⁹ au-
tem nihil requirit ab homine īpoſſibile. hec il
le.

Quinta

Quinta ꝓpoſitio: ſimplices populi ⁊ ideo
te nō habentes ſcientiā iuris nec facti viden-
tur excuſari a labe ſciſmatis ⁊ reatu obediēdo
⁊ adherēdo illi cui obediebāt ⁊ adherebāt p̄-
lati ſui ſi habeāt tamē animi promptitudinē
obediendi cuicunqꝫ cuius ius vel deo reuelan
te vel eccleſia declarante vel alio quouis mo-
do valeret ſufficienter mōſtrari. Patet iſta ꝓ
poſitio: quoniā iſti tenebant obedire prelatis
ſuis. iuxta illud. Obedite prepoſitis veſtris ⁊
ſubiacete illis. ad Hebre. vl. ⁊ ſequi quod ma-
ter ſua eccleſia tenet. iuxta illđ Iob. i. Boues
arabāt ⁊ aſine paſcebant iuxta illos: qꝛ videli
cet minores qui ſignificātur per aſinas debēt
in credendis adherere maioribus qui per bo-
ues ſignātur. vt Greg. in ſcđo lib. moraliū ex
ponit. Quibus habitis dicendū eſt ad rōnes
in oppoſitum.

Ad probationes conclusionis

Ad primam cū dicit: ꝙ ſicut
errans in fide nō eſt dicendus hereticus ⁊c. re
ſpondetur ꝙ dato ꝙ ſit ſimile: dicitur ꝙ ſimili
tudo currit: dum tamē veram informationem
quā tenetur accipere accipiat: aut inquirēdā
veritatem nō negligat. Nam ſi quis cardina-
libus quibus credēdū maxime eſt in facto ele
ctiōis pape informatiōi ſicut tenet acquieſce

re nollet: ſed oīno vellet alteri contendētium adherere: iſte quia non videtur paratus cor rigi: ſciſmaticus indubitāter cenſendus veniret. ſicut patet in ſimili īducto de heretico. nā quāuis errore deceptus crederet temere contra veritatē fidei: nihilominꝰ ſi nō acquieſcit vere doctrine cui acq̄eſcere tenetur nec deſerat errorem nō deſinit eſſe hereticꝰ. Preterea idem iudiciū videtur currere de prelatis q̄ intellecta cōtētione aliquoꝝ ſup papatu nō facta preuia exacta ⁊ matura diligentia de inq̄renda veritate ſicut inquirere omni iure tenētur quis ſit verus eccleſie paſtor verus xp̄i vicarius ne adhereāt intruſo. Ad ſecūdaꝫ rationem que videt̃ eſſe trimēbris: reſpōdet̃ quo ad ſingulas ꝑtes. Primo ſic quo ad partē primam: ꝙ ſi adorans diabolū credēs eū eſſe xp̄ꝫ haberet rationes ⁊ ꝓbatōes vel veriſil̃es preſumptiones aut cōiecturas ſiue iudicia in cōtrarium vel ſi per aliquē doctum ſiue ſanctuꝫ aut eccleſiam quibꝰ magis credendū eſt q̄ͣ diabolo oſtēderet̃ ei veriſimile vel dubiū ꝓbabile eſſe ꝙ apparēs nō eſſet xp̄s ſed diabolus: et nō obſtantibꝰ hmōi preſumptionibus ⁊ cōiecturis in contrariuꝫ nihilominꝰ ipſe adoraret diabolū licet crederet eū eſſe xp̄m: idolatra talis videret̃ iudicādus. In tanta cm̄ nouitate inſolite apparitionis no debet homo moueri leuiter ad credendū maxime exiſtētibus cōiecturis ꝓbabilibus in contrariū. vnde ſanctus Tho. in. iij. di. ix. Nō poteſt diabolus in ſpecie xp̄i apparēs ſine peccato adorari niſi ſit cōditio actu explicata: qꝛ ipſa nouitas rei inſolite conſideratiōnē ⁊ attentionem requirit. ſicut dicitur de virgine Luce. i. ꝙ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutio. hec ſanctꝰ Tho. Secūdo dicimus ad ſcd̄am partem ꝙ ſi adorans hoſtiā nō conſecratam quā credit cōſecratam informaretur per preſ byterum qui eam conſecraſſe videbatur ꝙ nō eſſet conſecrata ⁊ nihilominus his informationibus nō obſtantibus ipſe adoraret proculdubio idolatra cenſeretur. Tertio dicimus ad tertiam partem ꝙ ſi cognoſcenti vxorem proximi aliquis fidedignꝰ diceret attende ⁊ recognoſce quia iſta no eſt vxor tua: ſꝫ proximi: ⁊ ipſe negligens vel cōtemnens predicta eam cognoſceret adulter eſſet. iuxta notata in allegato. c. in lectum. xxxiij. q. i. ⁊. xxix. q. i. §. vnico. circa finem. Ita in propoſito nr̄o qui contemptis informationibus eoꝝ qui melius nouerūt veritatem: vl̃ prelatorum ad quorum officium pertinent informare conſcientias inferiorum adheret intruſo non videtur excuſari a labe ſciſmatis. ſicut enim ſuperius diximus non omnis ignorantia excuſat. cum dicat Apl̃s prime Cor. xiiij. Ignorans ignorabitur: quod de eo intelligendū eſt qui noluit intelligere vt bene ageret. vnde Augu. in lib. q. Non omnis ignorans imunis eſt a pena. ideſt a peccato pro quo debet̃ pena. Ignorans eniꝫ poteſt excuſari a pena qui quod diſceret nō inuenit: illis autem ignoſci nō poterit qui habētes a quo diſcerent operam nō dederunt: ſicut habetur in. c. ideo. di. xxxvij.

Ad ſecundam

Cap. xv. De forma abiurationis ſciſmatis obſeruāda: cum aliquis ad vnitatem eccleſie reuertitur.

Ca. xv

# CUm ad vnitatem

Cum ad vnitatem eccleſie cōtingat aliquos de ſciſmate reuerti ⁊ ſuſcipi a pia matre eccl̃ia q̄ nulli volēti reuerti gremiū ſuuꝫ ꝓ ſua clementia ſolita ē claudere: dignū duximus in hoc vltimo huius partis. c. de forma ſuſceptōnis eoꝝ aliquid dicere. Imprimis ſciſmatici ad eccleſiam redeūtes debent abiurare ſciſma ⁊ ꝓmittere ſatiſfactionem ad mādatuꝫ eccleſie: quo facto debēt recipi cum manus impoſitōe vt accipiant ſpiritum ſanctum qui extra eccleſiam nec eſt nec dari poteſt. xxiij. q. i. didicimus. ⁊. c. pudenda. ⁊. c. ſciſma. Forma autem abiuratōnis que obſeruanda eſt in ſuſceptione ſciſmaticoꝝ habetur in. c. quotiens. i. q. vij. ex regiſtro bti Grego. ſumpta ſub verbis que ſequūtur. Ego. N. ciuitatis illius ep̄s cōperto diuiſiōis laqueo quo tenebar diuina mecū deliberatione ꝑtractans prona ⁊ ſpontanea voluntate ad vnitatem ſedis apoſtolice diuina gratia duce reuerſus ſum: ⁊ ne impura mente ⁊ ſimulata reuerſus exiſtimer ſpondeo ſub ordinis mei caſu et anathematis obligatione: atqꝫ promitto tibi N. ⁊ per te ſancto Petro apoſtoloꝝ ꝑncipi atqꝫ eius vicario. N. beatiſſimo vel ſucceſſoribꝰ ipſius me nunq̄ꝫ quorūlibet perſuaſionibꝰ vel quocunqꝫ alio modo ad ſciſma de quo redemptoris noſtri gratia liberāte exceptus ſum reuerſurū: ſed ſemper me in vnitate ſancte eccleſie catholice ⁊ cōmunione Romani pōtificis per omnia permanſuꝝ. vnde iuratus dico per deū omnipotentē: ⁊ hec ſancta quattuor euāgelia que in manibus meis teneo me in vnitate: ſicut dixi catholice eccleſie ad quam deo propicio ſum reuerſus: ⁊ cōmunione Romani ponti. ſemper ⁊ ſine dubio permanere. ꝙ ſi qd̄ abſit me in hac vnitate aliqua excuſatiōe vel argumento diuiſero periurij reatum incurrēs eterne pene obligatus inueniar: ⁊ cum auctore ſciſmatis habeam in futuro ſeculo portionē hanc autem ꝯfeſſionis promiſſioniſqꝫ mee cartulam tibi. N. notario meo cum ꝯſenſu pſ̄byte

rorum et dyaconorum et clericorum qui me hac in vnitate obligantes ſe etiam in ſuprascriptis omnibus prona ſimiliter voluntate ſecuti atque proprijs manibus ſubſcripti ſunt ſcribendam dictaui et propria manu ſubſcribēs tibi tradidi. Acta in loco. N. die illa cōſulibus ſuprascriptis. Subſcriptio epi. Ego eēm. N. epus ciuitatis. N. hec confeſſioni promiſſioniq; mee preſtito de obſeruandis ſuprascriptis omnibus ſacramento ſubſcripſi.

Secunda pars huius quarti.

Cap. I Cap. i. In quo declaratur quid ſit heresis.

Conſummata parte prima huius quarti libri vbi de ſciſmatibus et ſciſmaticis aliqua pauca perſtrinximus: reliquum eſt partem ſecundam aggredi in qua polliciti ſumus de hereſibus et hereticis modica ſed vtilia tamen pertractare: quā partem de celeſti auxilio cōfiſi aggredientes incoabimus a diffinitōne hereſis. Pro quo notandum iuxta ſanctū Tho. in. iiij. di. xiij. quod nomē hereſis grecum eſt et diuiſionem importat ſm Iſido. lib. ethy. vnde et dieretica diuiſiua dicuntur: et quia in electōe fit diuiſio vnius ab altero electio pro hereſis dicit. i. ethy. diuiſio aūt cōuenit parti per receſſum a toto. prima aūt cōgregatio que eſt in hominibus eſt per viā cognitiōis: quia ex hac omnes alie oriunt. vnde et hereſis conſiſtit in ſingulari opiniōe pter cōmunē opinionem. vnde et phi qui quaſdā poſitiones habebant preter cōem ſententiam aliorum ſectas vel hereſes cōſtituebant. vnde de rōne hereſis videtur eſſe quod aliquis priuatā diſciplinā ſequatur quaſi per electionē propriā nō aūt diſciplinam publicā que diuinitus traditur. Quibus bene cōſideratis vident nobis ſatis conuenienter hereſim in ſua generalitate diffinire dicētes. Quod hereſis ſit opinio vel aſſertio falſa ſiue dogma falſum catholice veritati contrarium in eo qui xpianam fidem pfeſſus eſt. Cuius diffinitionis conuenientia patet tā auctoritate quam rōne. Auctoritate primo quidē. dicit eēm aug. cōtra Fauſtū. Hereſis eſt que diuerſa opinat ab his que catholica credit eccleſia. Itē ſecūdo beatus Hiero. in. c. inter hereſim. xxiiij. q. iij. differentiam aſſignans inter hereſim et ſciſma dicit: quod hereſis peruerſum dogma habet. idest falſum et pernicioſum in doctrina religionis xpiane. Item tertio glo. ſuper illud. ij. ad Cor. iij. nō ſumus ſufficientes etc. dicit. Fides eſt cogitare aliqd de credibilibus cū aſſertione recta: et per oppoſitum hereſis eſt cogitare aliqd de credibilibus cum aſſertione nō recta. Ratione vero oſtendit prefate diffinitōnis cōuenientia: quoniam in ea cōtinentur ea que ſunt tam de ſubſtātia hereſis quam ea quibus diſtinguitur ab alijs aſſertionibus falſis. patet: dicit enim quod hereſis ſit aſſertio ſiue opinio ſiue dogma falſum: hoc ponit loco generis. nam ōis hereſis eſt aſſertio falſa ſed non ecōuerſo. Nā ſm Augu. in encheridion in multis rebus errare nullum aut minimū eſt peccatū. Et primo de tri. inquit. errare potero ſed hereticus non ero. Notanter aūt dicit aſſertio falſa ſiue dogma peruerſum et nō factū: quia factū puerſum vt oſtendemus plenius nō eſt hereſis nec facit hereticum. verbi gratia: ſi quis furat: ſi quis adulter eſt agit cōtra veritatē ſcripture que dicit. Nō mechaberis. Non furtū facies. Ex tali eēm facto non efficit quis hereticus: efficeret autē ſi pertinaciter aſſereret quod licitum foret furari et adulterari: quia ſic ſentiens ſentiret cōtra catholicam veritatē. Sequit: catholice veritati cōtrarium. in quo tangit materia circa quam eſt hereſis: quia circa ea que ad catholicā veritatē ptinent. veritas aūt catholica principaliter dr articulus fidei. dr etiā veritas catho. quecūq; in canone biblie aſſertiue poſita: vel per aplos xpi nobis ex eius inſtructōne vel inſtinctu ſpūſſancti tradita ſeu p vniuerſalē eccleſiā ſeu generalia cōcilia determinata et approbata: vt infra plenius cū de veritatibus catholicis loquemur explicabimus. Differt aūt p hanc differentiā dogma ſiue aſſertio heretica ab alijs dogmatibus falſis que nō formaliter nec incōpoſſibiliter repugnant catholice veritati. Addit autē in eo q xpianā fidē pfeſſus eſt loco vltime differentie. p hoc eēm hereſis differt ab alijs ſpēbus infidelitatis: videlicet a falſis dogmatibus gentiliū paganorum et iudeorum: que et ſi ſint contrarie fidei orthodoxe ſiue catholice veritati: nō tn̄ dicitur pprie loquendo in eis hereſis. hereſis eēm eſt ſpēs infidelitatis ptinens ad eos qui fidē xpi pfitent ſed eius dogmata corrūpunt. Pro cuius pleniori noticia eſt notandum cū. s. Tho. in. ij. ij. q. xi. ar. i. quod nomen hereſis electionē importat. electio aūt eſt eorum que ſunt ad finē ſuppoſito fine. in credendis aūt voluntas aſſentit vero tanquam pprio bono. vnde qd eſt principale verū habet rōem vltimi finis: que aūt ſcdaria ſunt habent rōem eorum que ſunt ad finē: quia vero quicūq; credit alicuius dicto aſſentit: principale videtur eſſe et quaſi finis in vnaquaq; credulitate: ille cuius dicto aſſentit: quaſi aūt ſecūdaria ſunt ea que quis tenendo videt alicui aſſentire. Sic ergo qui recte fidē xpianam habet ſua voluntate aſſentit xpo in his que vere ad ſuā

doctrinã pertinent. A rectitudine ergo fidei xp̃iane dupliciter aliq̃s põt deuiare. vno modo: quia ipſi xp̃o nõ vult aſſentire ⁊ habet malam voluntatẽ circa finem ipſum qd̄ pertinet ad ſpeciẽ infidelitatis paganoꝝ vel iudeoꝝ. Alio modo per hoc ꝙ intendit quidem xp̃o aſſentire ſʒ deficit in eligẽdo ea q̃bus xp̃o aſſentiat: q: eligit ea que nõ ſunt vere a xp̃o tradita ſed ea que ꝓpria mens ſuggerit. Et ideo bene dictũ eſt ꝙ hereſis ſit ſpecies infidelitatis ptinens ad eos qui xp̃i fidem profitentur. hinc beatus Augu. li. de paſtoribus. c. xvi. ſup illud poſt greges ſodaliũ tuoꝝ dicit. ꝙ oẽs heretici a xp̃o exierunt: ⁊ ſuper Ab. homelia. xi. ſuper illud. Faciet ignẽ de celo deſcendere. quid eſt ignem de celo deſcẽdere niſi hereſes de eccleſia cadere: ſicut ſcriptum eſt. Ex nobis exierũt ſed non erant ex nobis.

Ca. II

Capi. ij. In quo alique obiectiones ponuntur contra p̃fatam hereſis diffinitionem

# Erũ vt plenior

v

hẽat intelligẽtia p̃fate diffinitõis quã d̄ hereſi poſuimus: inducemus aliquas obiectõnes cõtra eã vt ſplendidior nobis fiat ipſa v̄itas.

Argumẽtum primum

Primo ſic: hereſis vt dicit Iſid. idem eſt qd̄ diuiſio: diuiſio autẽ vnioni opponit̄. vnio aũt fit per charitatẽ: q: amor eſt virtus vnitiua vt dicit Diony. ergo hereſis magis includere videtur ꝑuerſitatẽ odij q̃ dogma aduerſuʒ fidei

Secundũ

Scd̄o ſic: ſupſtitio religioni opponit̄ nõ fidei: ſed hereſis ſupſtitio dicit̄. ergo nõ videtur ptinere ad ꝑuerſitatẽ fidei ſed magis ad ꝑuerſitatẽ religiõis.

Tertium

Tertio ſic: multa falſa ſiue peruerſa fidei ⁊ veritati catholice cõtraria fiunt nouiter hereſes q̃uis nõ de nouo incipiãt eſſe cõtraria fidei ⁊ veritati catholice. cũ ergo priuſq̃ debeãt hereſes reputari ſint dogmata falſa catholice fidei et veritati cõtraria: videt̄ ꝙ nõ omnia dogmata falſa catholice veritati cõtraria ſint hereſes dicenda: ⁊ ꝑ cõſequẽs diffinitio hereſis aſſignata nõ videt̄ cõueniens: cũ non cõuertatur cũ ſuo diffinito. ꝯña eſt bona. ⁊ aña ꝑ maiori parte colligit̄ tũ ex. c notandũ xxiiij. q. iij. vbi Urbanus dicit ꝙ ſctũs Augu. cũ legatis ſancte Romane eccl̃ie ⁊ cũ ſanctis ep̃is ſuis Pelagiuʒ ⁊ Celeſtinũ nouã hereſim in ſanctã dei eccleſiã introducẽtes excõicauit Tum ſecundo ex illo qd̄ Gratianus ait. xxiiij. q. i. §. i. Omnis hereticus aut iam damnatam hereſim ſequit̄ aut nouã fingit. Ex quibus habetur aperte ꝙ fuerunt ⁊ eſſe poſſunt noue hereſes: que tamẽ non ſunt noua falſa fidei ꝯtraria orthodoxe.

Quartum

Quarto arguit̄ ſic: vt dicit beatus Hiero. xxiiij. q. iij. c. hereſis. hereſis grece ab electõe dicit̄. ſ. ꝙ eam ſibi vnuſquiſq̃ eligat diſciplinam quam putat eſſe meliorem. ergo videtur ꝙ nullum dogma quantumcunq̃ falſum aut peruerſum ſit anteq̃ quis ipſũʒ elegerit ⁊ aſſeruerit aut dogmatizauerit: debeat inter hereſes cõputari: ⁊ per ꝯñs diffinitio p̃fata nõ eſt cõueniens.

Quintum

Quinto ſic: ſi diffinitio illa foret cõuenienter poſita: ſequeretur ꝙ aſſertiones infidelium: puta paganoꝝ aut iudeoꝝ dicende venirent heretice: cum ille ſint dogmata peruerſa ⁊ contraria catholice veritati ⁊ tamẽ cõſequens eſt falſum: qm̃ pagani licet infideles ſint: nõ tamẽ heretici eſſe dicũtur. ergo diffinitio predicta nõ videt̄ cõueniẽter poſita.

Sextum

Sexto ſic. multe aſſertiões ſunt que in rei veritate ſunt contrarie catholice veritati: que nihilominus anteq̃ ſint ab eccleſia cõdemnate nõ ſunt inter hereſes numerande quemadmodũ multe veritates cõſone diuine ſcripture: quia tamen nõ ſunt ab eccleſia diffinite vel determinate non ſunt inter veritates catholicas annumerãde. ergo non videtur hereſis cõuenienter diffiniri: cum dicit̄ ꝙ ſit dogma peruerſum catholice veritati cõtrarium ⁊c. aſſumptũ patet exemplis. greci eñ negantes ſp̃ũmſanctũ procedere a filio ante cõdemnationẽ aſſertõnis eoꝝ nõ fuerunt heretici reputati: qui tamen poſt damnationẽ eiuſdeʒ inter hereticos deputant̄. Item aſſertores opinionis abbatis Joachim a ꝯcilio generali dãnate poſt damnationẽ heretici iudicarentur: ipſe tamẽ abbas Joachim q̃uis ante damnationem aſſertionem eandem tenuerit nõ fuit hereticus. vt habetur extra de ſum. tri. ⁊ fi. ca. c. damnamus. ergo ⁊c.

Ca. III

Capi. iij. In quo prefatis obiectionibus reſpondetur.

# Is non obſtã

h

tibus dicimus ꝙ diffinitio hereſis aſſignata eſt cõueniẽter poſita. vnde dicendũ eſt ad rationes factas.

Ad primũ argu

Ad primã reſpondet̄ negando ꝯñam: qm̃ licet amor faciat cõpletã vnionẽ nihilominus principiũ vniõis eſt ex cognitione: ⁊ ideo diuiſio que eſt in fide hereſim conſtituit.

Ad ſecundum

Ad ſcd̄am r̃ndetur negãdo ꝯñam. ⁊ ratio eſt: quia fides eſt principiũ eoꝝ que ad religionẽ requirunt̄: q: omnis religio ſiue cultus dei eſt quedã fidei ꝓteſtatio. hinc veritas fidei dicit̄ veritas que eſt ſm pietateʒ. ad Ty. i. ⁊ ideo etiam que hereſis ſunt ad ſuperſtitionẽ ptinent: ⁊ ita ſupſtitio ſicut opponit̄ religioni ita ⁊ fidei.

Ad tertium

Ad tertiã cũ dicit̄ ꝙ aliqua falſa dogmata fiant nouiter hereſes, reſpõdetur

ꝙ argumentuꝫ nõ procedit. ⁊ ratio eſt: quia ꝙ
aliqua hereſis dicatur noua non ideo eſt: qꝛ in
rei veritate incipiat nouiter eſſe hereſis .i. di-
uiſa a cõi doctrina catholice fidei: ſed qꝛ noui
ter eſt ab aliquibus aſſerta. vnde ꝓpoſitio cõ-
traria catholice fidei nõ dicit̃ noua hereſis ex
parte ſuipſius: ita ꝙ inceperit eſſe qđ ꝑus nõ
erat ſ ex parte aſſertoris ſiue defenſoris: qꝛ ſci
lꝫ incipit de nouo aſſertores habere. Qui ſen-
ſus manifeſte colligit̃ ex .c. i. xxiiij. q. i. vbi Ge-
laſius papa dicit ꝙ achatius non eſt inuentor
noui erroris ſed veteris imitator. Ex quibus ver
bis datur intelligi: ꝙ ſi Achatius fuiſſꝫ prim⁹
ſui erroris aſſertor fuiſſet noui erroris inuẽtor:
⁊ tamẽ ideꝫ error fuiſſet antea error cenſend⁹.
Ad quartum — Ad quartaꝫ cum arguit̃ de .c. hereſis ⁊c. re-
ſpondet̃ ꝙ ratio nõ militat: qm̃ ꝓcedit ex ma-
la intelligentia dicti beati Hiero. nõ enĩ vult
Hiero. dicere in dictis illis ꝙ nullũ falſum do
gma debeat inter hereſes cõputari anteꝙ ab
aliquo eligat̃ ſiue aſſerat̃. ſed verus intellect⁹
Hiero. eſt tam iuxta Albertum in .iiij. in fine.
diſt. xiij. ꝙ iuxta .s. Tho. in .ij. ij. ꝙ hereſis dicat̃
ab electione: qꝛ hereticus eam eligit diſcipli-
naꝫ: nõ quã ſcriptura ſancta aut catholica do
cet eccleſia ⁊ credendam tradit fidelibus: ſed
Ad quintum — quã ſibi ꝓpria mens ſuggerit. Ad quintaꝫ
cum arguit̃ de infidelibus ⁊ paganis. reſpon-
det̃ negãdo ꝯñam loquẽdo de hereſi ꝓprie di-
cta que dicit̃ eſſe illa que eam ꝑtinaciter aſſe-
renteꝫ facit hereticũ cuiuſmodi nõ eſt niſi do-
gma contrariũ catholice veritati cadẽs in eũ
qui xp̃ianam religionẽ ante ꝓfeſſus eſt. Hinc
eſt ꝙ dogmata paganoꝝ contraria fidei ⁊ ca-
tholice veritati: licet ꝑtineant ad infidelitatẽ
nõ tñ proprie dicunt̃ hereſes: nec etiã pagani
ſaraceni atqꝫ iudei dicunt̃ ꝓprie loquendo he
retici ſed potius infideles rõne ſupra aſſigna
ta in .c. i. Dicimus aũt ꝓprie loquendo: qm̃ lar
ge loquendo vt quibuſdã placet dogmata pa
ganoꝝ fidei ꝯtraria hereſes pñt dici ⁊ ipſi pa
Ad ſextum — gani heretici appellari. Ad ſextã cũ arguit̃:
multe aſſertões ſũt catholice fidei ꝯrie ante
determinationẽ eccleſie inter hereſes non an
numerãde ⁊c. rñdetur negando añs: dicimus
enĩ ꝙ quemadmodũ quantũ ad ea que ad fidẽ
pertinent Romanus põ. nec tota eccleſia dei
poteſt de aſſertione nõ vera facere veram: aut
de non falſa falſam: ita non poteſt de aſſertio-
ne non catholica facere catholicam: nec de aſ
ſertione non heretica facere hereticã nec ecõ-
uerſo: quia ſicut veritates catholice abſqꝫ om
ni approbatione eccleſie ex natura rei ſunt im
mutabiles: et immutabiliter vere: ita immu-
tabiliter catholice ſunt reputande. ⁊ ſimiliter
ſicut hereſes abſqꝫ omni dãnatione eccl̃ie ſũt
hereſes. verũ qꝛ de aliq̃bus aſſertõibus ꝙ ſint
ꝯtrarie catholice doctrĩe ⁊ ꝑ ꝯñs heretice nõ
eſt notũ ſemꝑ. aliqñ enĩ primo ſuper hoc diſce-
ptationes inter etiã magnos viros oriũtur. ſi-
cut inter Hiero. ⁊ Aug. ſuꝑ ceſſatione legaliũ
cõtigit ſic bene declaratio ⁊ determinatio ho-
rũ ꝑ romanũ pon. ad quẽ hoꝝ dubioꝝ ſpectat
determinatio iuxta .c. quotiẽs fidei ratio vẽti
lat̃. ⁊ .c. hec ẽ fides papa beatiſſime. xxiiij. q. i.
⁊ ita papa bene diffinit aut determinat an aſ-
ſertio ſit catholica an heretica. nõ aũt facit ca
tholicã aut hereticã: qꝛ depẽdet a natura ipſi⁹
iuxta illđ Ariſt. Ab eo ꝙ res eſt vel nõ eſt orõ
dicit̃ vera vel falſa. ꝑmo perihermenias.

Capitulum .iiij. Qꝛ hereſis in intellectu ſit vt in ſub-
iecto ponenda: ⁊ de differentia inter hereſim ſectam ⁊
ſuperſtitionem.

# Ereſis aũt ĩ pri- — Ca. IIII

b — mis ꝙ in intellectu ſit ponenda
ſatis ex diffinitõe ſua manifeſtũ
habet̃. Ex eo etiam apte colligit̃
ꝙ fides ipſa cui hereſis ꝯtrariat̃ cũ ſit ſpũalis
quedã cognitio cui viſio in patria reſpõdet ſꝫ
illud Apl̃i .i. ad Cor. xiij. Videm⁹ nunc ꝑ ſpe-
culũ ⁊ in enigmate ⁊c. in itellectu ſicut in ſub
iecto ꝓximo in ordine ad voluntatem ponit̃:
oppoſita aũt ad idem ſubiectũ ꝑtinere noſcũ-
tur. Pro cui⁹ tamen pleniori intellectu ẽ no-
tandũ cũ ſancto Tho. in .ij. ij. q. x. ar. ij. ꝙ pecca
tum dicit̃ eſſe in illa potẽtia que eſt principiũ
actus peccati. Act⁹ aũt peccati poteſt habere
duplex principiũ. vnũ quidem primũ ⁊ vl̃e qđ
imperat oẽs actus peccatoꝝ ⁊ hoc principiũ
eſt voluntas: qꝛ omne peccatũ eſt voluntariũ
Aliud aũt principium peccati eſt ꝓprium ⁊ ꝓ
ximum qđ elicit peccati actũ: ſicut concupiſci
bilis eſt principiũ luxurie ſꝫm hoc gula ⁊ luxu-
ria dicũtur eſſe in concupiſcibili. diſſentire au
tẽ qui eſt ꝓprius actus infidelitatis ſiue here
ſis eſt act⁹ intellectus ſed moti a voluntate ſi
cut ⁊ aſſentire. Et ideo infidelitas ⁊ hereſis ſi
cut ⁊ fides eſt in itellectu ſicut in ſubiecto in
volũtate autem ſicut in primo motiuo. ⁊ hoc
modo dicitur omne peccatum eſſe in volunta
te. Rurſus quia aſſertio falſa chriſti fidei cõ-
traria quandoqꝫ reperitur nominata hereſis
quãdoqꝫ ſecta quãdoqꝫ ſuperſtitio: videndum
duximus de differentia horum nominũ. Diffe-
rentia autem ſꝫm ſanctũ Tho. ſic aſſignari po-
teſt. hereſis ab eligẽdo dicitur: ſecta a ſectãdo
ſicut ait Iſido. in li. ethy. Superſtitio vero qꝛ
contraria eſt fidei xp̃i que eſt primum funda-
mentum religionis xp̃iane. Dominus autem
Bonauentura in .iiij. in fine. diſtinctio. xiij.

inter iſta noīa differentiā aſſignās iquit. Dif
fert hereſis a ſciſmate: q2 hoc eſt cōtra fidē ſciſ
ma aūt cōtra vinculū charitatis: ſecta aūt cō
tra fidem rōne adinuētionis dici pōt: ſuperſti
tio vero eſt ſuꝑflua inſtitutio. rōne adheſionis
dicit̄ hereſis. rōne defenſionis ſecta loquendo
ꝑ appropriata. vel hereſis q2 cōtra veritatē: ſe
cta q2 cōtra cōitatem: ſuperſtitio q2 cōtra vti/
litatē q̄ſi ſuꝑflua inſtitutio. vel hereſis ab eli/
gendo: ſecta a ſequēdo: ſuperſtitio a ſuꝑſtādo
vnde hereſis dicit preſumptuoſam ⁊ delibera
tā falſi adinuentionē: ſecta ſuperaddit imita
tionē: ſuꝑſtitio diuturnitatis inueteratōnem
ſicut ſenes ſuꝑſtites delirāt: ſic ⁊ heretici. ⁊ iō
dicit̄ hereſis ſuꝑſtitio quia vetuſtati ⁊ ſuꝑſti/
ti ꝯcordat. ꝓprie aūt ſuꝑſtitio dicit̄ a ſuper/
ſtando: nam ſicut in fide intellectus captiuat̄
ita etiā errore inflat̄ ⁊ eleuat̄. h̄ dn̄s Bonauē.

Capitulū. v. De eo quod inq̄t apl's. Oportet hereſes
eſſe: ⁊ quid vtilitatis eccl'ie ex eis accreſcat.

Cap. V

C Um aūt vt in ſu
perioribus iuxta. c. quintū ꝑme
partis hui⁹ quarti li. oſtēderim⁹
peccatū hereſeos ex ſuo gn̄e ma
ximū eſſe pctōꝝ vtpote qđ maiori bono. ſ. ipſi
deo ſm ꝙ in ſe eſt veritas prima contrariat̄ ⁊
qđ magis noceat cū ſubuertat fundamentū
oim̄ bonoꝝ ſine quo nihil boni remanet. ſ. ip/
ſam fidē: mirabitur fortaſſis quiſpiā cur dicat

Obiectio

Ap̄ls. i. ad Coꝝ. xi. ꝙ oporteat hereſes eſſe. cū
de alijs peccatis nō dicat̄ ꝙ neceſſe ſit illa eē
vtputa fornicationē inuidiā ſuperbiā ⁊ hmōi:
ideo decreuim⁹ hic predictū apl'icum verbum
explanare. Pro quo notādū ꝙ iuxta Ariſt.

Neceſſarium q̊t modis accipiatur

v. methaphy. neceſſariū accipit̄ multiplicit̄.
Uno mō dicit̄ neceſſariū quod īpoſſibile ē ali
ter ſe habere ⁊ hoc modo non dicit̄ hereſis ne
ceſſaria eccleſie. Alio mō dr̄ aliquid neceſſari/
um qđ ſm ſe eſt expediēs ⁊ hoc etiā modo nō
eſt neceſſariū hereſes eſſe. Tertio modo dicit̄
neceſſariū qđ ſm accidēs eſt vtile. deus em̄ cū
ſit ſūme bon⁹ hereſes ⁊ mala atq3 ꝑuerſa dog/
mata eſſe nō ꝑmitteret niſi in noſtrā cederent
vtilitatem. qm̄ vt dicit Augu. in enchiridion:
deus cum ſumme ſit bonus ⁊ iuſtus ⁊ ſapiens
nō ſineret mala fieri niſi bona inde eliceret et
ſm qđ dicitur Math. xviij. Neceſſe eſt vt ve/
niant ſcandala: verūtamē ve homini illi per
quem ſcandalum venit. Et ſm hoc dicit hic
Apoſtol⁹ in auctoritate predicta ꝙ oport3 he/
reſes eſſe: eo ꝙ deus maliciam hereticorum or
dinat in bonū fidelium. vnde Aug. de vera re
ligione. Eccleſia catholica per totum orbē dif
fuſa omnibus errantibus vtitur ad ꝑfectus
ſuos: ⁊ ad eoꝝ correctionē cum vigilare nolue
rint. vtitur em̄ gentibus ad materiā operatio
nis ſue hereticis ad probationē doctrine ſue:
ſciſmaticis ad documentū ſtabilitatis ſue: iu/
deis ad cōparationē pulchritudinis ſue. hec
Aug. Specialiter aūt ex hereſibus dei poten
tia multiplex bonum in eccleſia elicit̄. Pri

Primū bonū ex heresi naſcens

mum eſt ꝙ veritas fidei magis elucidat̄. Un/
de Aug. in glo. ab aduerſario mota queſtio di
ſcendi exiſtit occaſio. multa quidē ad fidē per
tinentia dum hereticoꝝ calida inquietatione
exagitātur vt aduerſus eos defendi poſſint ⁊
cōſiderantur diligentius ⁊ intelligunt̄ clari⁹
⁊ predicant̄ inſtantius. vnde ⁊ Prouer. xxvij.
dicit̄. Ferrum ferro acuitur ⁊ homo exacuit fa
ciem amici ſui. ⁊ Augu. li. vij. confeſſionū. Im
probatio hereticoꝝ facit eminere quid eccl'ia
ſentiat ⁊ quid habeat ſana doctrina. Item in
tractatu de cōſonantia. Mat. ⁊ Luc. de gene
ratione xp̄i. Utiles ſunt heretici ad inuenien/
dam veritatem dum calumniant̄ ad ſeducen
dum in errorē. Negligētius em̄ veritas quere
ret̄ ſi mendaces aduerſarios nō haberet: opor
tet em̄ inquit Apl'us hereſes eſſe. Hec Augu.

Secundum

Secundū bonum qđ ex hereſibus elicitur:
eſt catholicoꝝ doctorum pigritie excitatio vt
euigilent ⁊ doctrine inſiſtant cōtra verſutias
hereticoꝝ ne ſimplices decipiātur. Unde Au
gu. ſuper Gen̄. ꝯtra Manicheos dicit. Ideo
diuina ꝓuidentia multos diuerſi erroris here
ticos eſſe permiſit: vt cū inſultant nobis aut
interrogāt nos ea que neſcimus vel ſic excutia
mus pigritiā vel diuinas ſcripturas noſſe cu/
piamus. ꝓpterea Apl's ait: oportet hereſes eē
hec Auguſtinus. Idem in de vera religione.
Utamur hereticis nō vt eoꝝ approbemus er/
rores: ſed vt catholicā diſciplinā aduerſus eo
rū inſidias aſſerentes vigilantiores ⁊ cautio/
res ſimus etiam ſi eos ad ſalutē reuocare non

Tertium

poſſumus. h̄ ille. Itē tertium bonū ex here/
ſibus reſultās eſt augmentū ſcientie ⁊ ſapien
tie in doctoribus eccleſie. vnde Augu. ſuꝑ Jo.
Ad hoc deus abundare permiſit hereticos ne
ſemper lacte nutriamur ⁊ in bruta maneamus

Quartum

infantia. Quartū bonū qđ ex hereſibus eli
citur eſt ꝙ exercetur patiētia fideliū: heretici
enim violenti per ſuperbiā ⁊ contumelioſi in
eccleſiam ſeuientes rixis ⁊ cōtentionibus ex/
ercent eccleſie ⁊ bonoꝝ patientiam. vnde Au
gu. li. xvi. de ciui. dei. Calidū eſt genus hereti/
coꝝ nō ſpiritu ſapientie ſed impatiētie qua ſo
lent hereticoꝝ feruere precordia ⁊ pacem con
turbare ſanctoꝝ: ſed hec in vſum cedunt ꝑfi/
ciendi iuxta illud Apoſtoli. Oportet hereſes
eſſe, ⁊ in lib. xviij. inquit. Heretici veris illis

catholicis membris xp̄i malo exemplo ſuo ꝓſunt dum deus vtit̄ ⁊ malis bene: ⁊ diligentibus cum oīa cooperant̄ in bonū: inimici omēs eccleſie vel errore excecati vel malitia deprauati proſunt: q: ſi accipiūt poteſtatē corporaliter affligendi exercēt eius patientiā. ſi vero male ſentiendo aduerſant̄ exercent eius ſapiētiam: vt autē etiam inimici diligant̄ exercent eius beniuolentiā.

Quintum

Quintū bonū qd̄ ex hereſibus diuina potentia elicit eſt augmentū meritoꝝ in bonis ⁊ fidelibus doctoribus: qm̄ cum catholici doctores circa cōuerſionē hereticoꝝ aut perſecutionem ſi cōuerti noluerint: laudabili ſtudio laborare ſatagūt: nō dubium quin taliter de ſibi creditis talentis operātes creſcāt eis merita q̄bus ad beatitudinem perducātur.

Sextum

Sextū bonum qd̄ ex hereſibus elicitur eſt ꝙ manifeſtat̄ firmitas fidei in his qui recte credunt. ⁊ hoc eſt qd̄ ſubdit Ap̄ls vt qui probati ſunt. i. approbati ſunt a deo manifeſti fiāt in vobis. i. inter vos. Sapie. iij. Tanꝗ aurum in fornace ꝓbauit illos. Unde btūs aug. li. de vera reli. Sunt em̄ innumerabiles in ſancta eccl'ia deo probati viri: ſed manifeſti nō fiunt inter nos q̄diu imperitie noſtre tenebris delectati dormire maluimus ꝙ lucē veritatis intueri.

Reſponſio

Et ita apparet quomodo vtile ſit hereſes eſſe: ⁊ ꝑ hoc ad id qd̄ in principio arguebatur ꝙ nō erat ſic de aliis peccatis ꝙ neceſſe fuiſſet ea eſſe. patet reſponſio: qm̄ vt ait magr̄ Alexāder de Alis in ſcd̄o. nō eſt omnino ſimile in aliis peccatis ⁊ in iſto. Alia em̄ peccata ⁊ ſi in ſe mala ſint ⁊ ex illis aliqd̄ bonū eliciat deus: non tn̄ quantū ex iſto peccato: occaſiōe em̄ huius peccati maxime acquirit̄ exercitium eccleſie: ſicut ex ꝑſecutione que a tyrannis inferrur ſicut ſupius explanatum eſt.

Ca. VII

Cap. vi. De triplici genere credibilium ad quod hereſis ſe extendit.

Diſtinguitur autē iuxta doctores theologos triplex genus credibiliū: qd̄ tamē varie deſignat̄ ab eis. Uno eniꝫ modo deſignat̄ ꝙ credibile ad intellectum tribus modis ſe hꝫ: de quo btūs Aug. li. lxxxiij. q. ita dicit. Credibiliū tria ſunt genera. Alia ſūt que ſp̄ creduntur ⁊ nunꝗ intelligunt̄: ſicut eſt oīs hyſtoria tp̄alia ⁊ humana geſta ꝑcurrens. Alia mox vt credunt̄ intelligun tur: ſicut ſunt oēs rōes humane. Tertiū coꝝ que prīo creduntur ⁊ poſtea intelligunt̄: qualia ſunt ea q̄ de diuinis reb⁹ ſunt. hec Aug. Eſt ergo triplex gen⁹ credibiliū. Primū eſt credibiliū coꝝ que ſe habent ad intellectū incōpoſſibilit̄: ſicut ſunt hyſtorie de geſtis hominū. hec em̄ cum accipiāt fidē a ſenſu tm̄ vt dicit Albertus: nō habēt potentiā vniuerſalitatis: ſicut que ſe hn̄t ad intellectū cōpoſſibiliter: ⁊ ita ſunt de genere eorū que ſemꝑ credunt̄ ⁊ nunꝗ intelligunt̄. Secundū genus credibiliū eſt qd̄ ſe hꝫ ad intellectū antecedenter: vt ſunt diuina ſupgredientia humanum intellectū in que nō pōt intellectus niſi luce fidei ſibi infuſa: ſicut articuli fidei qui nō intelligunt̄ niſi prius credant̄. Eſa. vij. ſm̄ tranſlationē. lxx. Niſi credideritis non intelligetis. Tertiū genus credibiliū eſt qd̄ ſe habet ad intellectū cōſequenter: ſicut ſunt illa vt exemplificat Alexander de Alis ad que intellectus attingere pōt ex ſe ſiue per lumen ſibi innatū: vt qm̄ deus eſt: ⁊ ꝙ vnus eſt ⁊ omnipotens ⁊ hm̄oi. ⁊ hec dicunt̄ mox credi cum intelligunt̄. Hoc aūt genus triplex credibiliū aſſignat̄ ab aliis aliter. dn̄s em̄ Bonauentura in. iij. di. xxv. dicit ſic: ꝙ doctrina fidei quedā habet antecedentia quedā cōſequentia q̄daꝫ principalia: ſicut in aliis ſcientiis videm⁹ eſſe quedā principia cōia que ſupponunt̄: ſicut dignitates: quedā vero ſicut principia propria illarū ſcientiarū: vt ſunt intrinſeca ꝑncipia ſuarū demonſtrationū: q̄dā vero ſunt ꝯſequentia ſicut ꝓpoſitōes corrolarie. Per hunc etiā modum in doctrina fidei antecedentia ſunt illa que ſunt de dictamine iuris naturalis: principalia ṽo ſunt illa ad que fidei illuminatio dirigit. ⁊ iſta dicunt̄ articuli fidei. conſequentia ſunt illa que ex illis articulis poſſunt elici ⁊ ad illos articulos habēt ſequi. hec ille. Hac aūt credibiliū diſtinctione habita dicimus ꝓ ꝯcluſione ꝙ hereſis ad tria gn̄a hm̄oi credibiliū ſe extendat. Hec cōcluſio ꝓbat̄. primo ſic. fides ſe extendit ad oīa iſta credibilia: ſed hereſis opponitur fidei: ergo ad omnia illa credibilia ſe extendit hereſis ad que ſe extēdit ipſa fides. ergo ⁊ ꝑ ꝯn̄s hereſis ſe extendit ad illa tria genera credibiliū. ꝯn̄a patet: cū oppoſita paris ambitus eſſe videant̄. Secundo ſic: fides eſt circa veritatē ſm̄ pietatē que dicitur ſacra ſcriptura ad Tytuꝫ. ij. vnde Hug. de ſancto vic. Ueritas ſm̄ pietatem eſt ſacra ſcriptura: quia ea docet ⁊ amādo cōplectitur que ad religionem dei pertinent. ergo hereſis etiam attenditur ad omnia que ſunt in ſacra ſcriptura. ſed in illa continent̄ omnia prefata genera credibiliū. ergo error circa quecūꝗ credibilia contenta in ſacra ſcriptura ſiue pertineant ad hyſtorias ſiue ad articulos fidei ſiue ad mores dicetur hereſis.

Cap. vij. In quo obiicitur contra predicta et reſpondetur obiectionibus.

Cap. VII

S Ed videtur for-
taſſis aliquib⁹ ꝙ hereſis nō extē-
dat ad oīa genera credibiliū p̄fa
ta: ⁊ primo videtur ꝙ nō ſe extē-
dat ad credibilia primi generis cuiuſmodi ſunt
que ſp credūtur ⁊ nunꝗ̄ intelligūtur ſicut ſūt
Ergu. primum hyſtorie. Primo ſic: q2 ſi hoc eſſet verū cum
ſancti diuerſa ſiue ꝯtraria ſentiāt circa hyſto
rias ex altera pte hereſis cenſeret. ſed nō cēſet
cum ꝓpter hoc ex nulla parte aliqs iudicatur
heretic⁹. nō ergo videt ꝙ hereſis ſit circa id ge
Secundum nus credibiliū. Scd'o ſic. quidā ſancti ſen-
ſerūt ꝯtraria de operib⁹ ſex dierū et neutra tñ
parte eſt hereſis. g̃ hereſis nō ſe extendit ad il
Tertium lud gen⁹ credibiliū. Tertio arguit ꝙ here
ſis nō ſe extendat ad credibilia tertij gñis vi-
delicet que ſil intelligūtur ⁊ credūtur: primo
ſic. quicunq; eſt heretic⁹ deuiat ab aliquo arti
culo fidei. ſ3 deuians ab illis credibilib⁹ tertij
generis nō videt deuiare ab aliquo articulo fi
dei vtputa qui diceret fornicationē nō eē pec
catū mortale. ergo nō ē hereſis circa talia cre-
Quartum dibilia. Quarto ſic. iter alia credibilia q̄ ſi-
mul credūtur ⁊ intelligūtur aſſignātur rōnes
humane ⁊ ſcientie vel de numeris vel de qui-
buſcunq; alijs diſciplinis. ſed circa has nō eſt
hereſis. vnd' Hiero. ſup ep̄la3 ad Ty. Si quis
artem grāmaticam vel dialecticā nouerit nō
improbamus: ſcientie enim ſunt veritatis nō
pietatis: ergo hereſis tantū eſt circa credibi-
lia que pertinent ad pietatem ſicut eſt fides
ſicut dictum eſt. ergo hereſis nō eſt circa credi
bilia que ſimul credūtur ⁊ itelligūtur ſiue ſint
principia ſiue ſint rōnes ſiue ſcientie humane

Sed iſtis nō obſtantib⁹ dicendū eſt ſicut p̄-
diximus ꝙ hereſis ad tria genera prefata cre-
dibiliū extendit queadmodum ⁊ fides cui op-
ponit: tamen vt inquit magiſter Alexāder de
alis in ſcd'o ſm quandā analogiā. ſ. per prius ⁊
ſecūdario directe ⁊ indirecte principalit ⁊ mi
nus principaliter. Nā circa illa credibilia que
prius credūtur ⁊ poſtea intelligūtur. ſ. circa
articulos fidei inuenitur prima ratio fidei: et
ita per oppoſitū ipſa hereſis prius inuenitur
circa illa. Pro quo notandū ꝙ vt inq̄t ſanct⁹
Tho. in. ij. ij. q. i. ar. vi. quedā ſunt credibilia de
quibus eſt fides ſm ſe. Aliqua vero ſunt cre-
dibilia de quibus nō eſt fides ſm ſe: ſ3 in ordi-
ne ad alia. Sicut etiā in alijs ſciētijs quedā p
ponūtur vt per ſe intenta quedam ad manife
ſtationē alioꝝ. Quia vero fides eſt de his que
videnda ſperamus in patria ſm illud ad He-
bre. xi. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarū
ideo per ſe ad fidem pertinēt illa que directe
nos ordinant ad vitā eternā: ſicut ſunt tres p-
ſone: oīpotentia dei: myſteriū incarnatōis xp̄i
⁊ hmōi. vnde ſm iſta diſtinguuntur articuli.
Quedā vero proponunt in ſacra ſcriptura: vt
credenda nō quaſi p̄ncipaliter intenta ſed ad
predictoꝝ manifeſtationē: ſicut ꝙ Abrahā ha
buit duos filios: et ꝙ ad tactū oſſium Heliſei
ſuſcitatus eſt mortuus ⁊ alia hmōi que narrā-
tur in ſacra ſcriptura in ordine ad manifeſta-
tionē diuine maieſtatis vel incarnatōis xp̄i.
⁊ ita ſicut circa prima credibilia eſt prio fides
ita p oppoſitū eſt hereſis. Ceterū ſcd'o fides ſe
extendit ad illa credibilia que ſimul credūtur
⁊ intelligunt: vt ꝙ fornicatio eſt peccatū mor
tale ⁊ hmōi: et per oppoſitum hereſis. Tertio
fides ſe extendit ad illa credibilia que credū-
tur ⁊ nūꝗ̄ intelligunt: ſicut ſunt hiſtorie in ſa-
cra ſcriptura cōtente: ⁊ ita per oppoſitū here-
ſis. Et huic ſententie. s. Tho. cōcordat in. ij. ij.
q. xi. art. ij. cum ait ꝙ dupliciter aliquid ptinet
ad fidē vno modo directe ⁊ p̄ncipaliter: ſicut
articuli fidei. alio modo indirecte ⁊ ſcd'ario: ſi
cut oīa illa ex quibus ſequit correlarie corru-
ptio alicuius articuli. ⁊ circa vtrunq; pōt eſſe
hereſis eo modo quo ⁊ fides. Unde dicendum
eſt ad rōnes in oppoſitū. Ad primā cū argui Ad primum
tur ꝙ ſequeret ꝙ ſancti ⁊c. reſpōdetur negan
do ꝯñam. Pro quo notandū iuxta magiſtrum
Alexandrū de Alis: ꝙ aliud eſt dicere hyſtori
am nō eſſe veram: ⁊ aliud eſt hyſtoriam expo-
nere ſic vel ſic ⁊ opinari circa eius expoſitōes
Ille aūt qui diceret hyſtoriā nō eſſe veram: et
hoc pertinaciter hereticus iudicaretur. ſed ſic
nō faciebāt ſancti varia opinātes circa hyſto
rias: licet in expoſitione earū varia ſentirent.

Et hoc modo reſpondet ad id qd' ſcd'o loco Ad ſecundum
arguit de operibus ſex dierū: qm̄ ſancti nō ne
gant hyſtoriā ipſam: imo in ea oēs cōcordant
differēter tamē eā exponūt: q2 quidā exponūt
eam de diebus materialibus quidam de ſpiri
tualibus: ſed hoc nō eſt deſtruere aut negare
hyſtoria3 ſed exponere. vnde tales expoſitōes
ſūt declaratiōe ſacre ſcripture quas ſancti pa
tres fecerunt ducti ad hoc bonis rōibus. vnd'
Aug. Sancti patres ꝙ ita diuerſa ſenſerūt a
ſpūſancto eſt. cōcordāt ergo oēs in hyſtoria: q2
hyſtoria dicit tot fuiſſe dies: ſed diſcordant in
expoſitōe dierū. vnde a ſpūſancto mouent iſti
ſancti ad iſtas expoſitiōes ad ſcripture decla
rationē: ⁊ ſi ſic ibi aliq̄n falſitas hoc non eſt ex
natura hoīs primitus inſtituti ſed ex pena dā
nati. In natura em̄ p̄us inſtituta nō erāt opi-
niones nec erūt ſimiliter in gloria ſed modo ſunt
quia opinio importat penalitatem. Ad ter Ad tertium
tiam cum arguitur de credibilibus tertij ge-

neris:reſpõdetur ꝙ circa illa etiã ẽ hereſis cũ ſcꝫ male credit̃ circa illa. Et ad rõem cũ dicit̃ ꝙ quicũꝙ heretic⁹ ⁊c. rñdetur dupl̃r. Primo negãdo maiorẽ:qm̃ nõ oportet ꝙ oĩs heretic⁹ deuiet ab aliquo articulo fidei:bene eſt econuerſo ꝙ oĩs deuiãs ab aliquo articulo fidei ſit hereticus.nã ſicut fides nõ ſolũ ſe extendit ad articulos:imo etiaꝫ ad alia credibilia que nõ ſunt articuli fidei:ſʒ ſunt ſicut principia: ita dicimus de hereſi.vnde nõ oportet ꝙ vbi ẽ hereſis ꝙ ibi ſit deuiatio ab aliquo articulo niſi ſit hereſis circa credibilia que prius credũtur et poſtea intelligũtur circa que eſt hereſis ſm̃ ſuam primã rõeꝫ queãdmodũ ⁊ fides. Scd̃o reſpondet̃ negando minorẽ ⁊ dicim⁹ ꝙ errãs circa credibilia tertij gener|lꝫ nõ deuiet directe ⁊ formaliter ab aliquo articulo fidei.tñ cuꝫ ex negatione illa ſeqt̃ur illũ dicere ſcripturã ſanctã cõtinere falſitatẽ indirecte obuiat articulo illi.Credo in ſpiritũſanctũ:a quo ſcriptura diuina inſpirata eſt.Scribit̃ eniꝫ ad Gala.v. Manifeſta ſunt opa carnis que ſunt fornicatio ⁊c.⁊ poſtea ſubdit.Qui talia agunt regnũ dei nõ poſſidebũt:qd̃ nõ eſſet ſi fornicatio nõ eſſet peccatũ mortale. Ad quartum Ad quartã cũ arguitur ꝙ circa humanas diſciplinas nõ eſt hereſis:rñdet̃ ꝙ errare circa hũanas diſciplĩas vt puta errare circa geometriã ⁊ hmõi bene ↄcedimus ꝙ nõ ſit hereſis.nec de his loqtur Augu.cũ dicit.quedã ſimul intelligũtur ⁊ credũtur.ſed de his que ſunt quaſi principia quedã per ſe nota in theologia ſicut eſt ꝙ fornicatio ſit mortale peccatũ ⁊ ſuperbia ⁊ hmõi que ptinent ad mores.

Capitulũ.viij.Quid dicat̃ veritas catholica.

Ca. VIII

Cum aũt in ſuperioribus hereſim diffinientes dixerimus ꝙ hereſis ſit aſſertio falſa catholice veritati contraria ⁊ manifeſtũ ſit ꝙ ad pleniorẽ noticiã hui⁹ diffinitionis plurimũ opitulabit̃ ſcire quid dicat̃ catholica veritas maxime cũ cognitio vnius cõtrarioꝝ ad cognitionẽ alteri⁹ nõnunꝙ ↄferre dinoſcat̃:dignũ duxim⁹ circa hoc aliqd̃ ↄſiderare. Pro quo notandũ repetẽdo aliq̃ breuiter ex his que ampliſſime dixim⁹ li.i.c.xv. ꝙ catholicũ nomen grecũ eſt ⁊ latine ſonat vl̃e. catholica ergo veritas eſt idẽ qd̃ veritas vl̃is ſicut fides xp̄i dicitur catholica.i.vl̃is. Et ad hoc ad preſens duplici vtar rõe. Primo:q2 vniuerſaliter eſt vera nõ habens inſtantiam aliquam aut exceptionem q2 tali veritati nunꝙ ⁊ nuſꝙ ſubfuit ſubeſt aut ſuberit aliquod falſum:ſicut contingit in doctrinis philoſophoꝝ que etſi in aliqua ſui parte vera dicãt ſiue ſupponãt:in multis tamen a veritate deficiũt.fides aũt xp̄i ſiue veritas catholica non poteſt cadere a veritate.vnde ꝓpheta in ps. Ineternũ domine permanet verbũ tuũ:⁊ in ſeculum ſeculi veritas tua. Item xp̄s ait. Celũ ⁊ terra tranſibunt:verba aũt mea nõ tranſibunt. Luce.xxi.Et Apl's ſcd̃e ad cor.i.Fidelis autẽ dominus:quia ſermo noſter qui fuit apd̃ vos no eſt in illo:eſt ⁊ non.glo.i.mendacium:vt in ſermone pſeudo predicatoꝝ: ſed eſt in illo fuit.i. ſimplex veritas:ꝓpter hoc etiã ipſe filius dei dicit̃ veritas. Jo.xiiij. q2 vniuerſaliter vᷓa ſunt quecunꝙ docuit p ſe aut ſanctos ſuos p quos locutus eſt. Scd̃o veritas dicit̃ catholica: q̃a vbiꝙ predicanda eſt ⁊ omnibus gẽtibus credenda proponit̃.vnde dñs Mat.vl.ait. Euntes docete oẽs gentes ⁊c. Has duas rões aſſignat Boetius in principio li.de tri.ſic.dicens Fides dicit̃ catholica. Primo:q2 precepta eſt nõ vni genti tm̃ obſeruanda ſed omnibus gẽtibus proponit̃. Secundo q̃a nihil falſitatis aut iniquitatis ei admiſcet̃. Ex quibus videt̃ ꝙ catholica veritas duo importat. Primũ eſt ꝙ ſit vniuerſaliter vera:ſic vt ei nõ ſubſit: nec ſubeſſe vnꝙ poſſit falſum:ita ꝙ ſit perpetue ⁊ infallibilis veritatis. Scd̃m eſt ꝙ omnibus fidelibus neceſſaria ſit ad credenduꝫ explicite vel implicite:hec aũt ꝑfecto habere non põt quecũꝙ doctrina niſi ſpãliter originẽ a fonte incõmutabili diuine veritatis trahat.alie eñ doctrine que ex palude humane inueſtigationis originẽ trahunt hanc cõditionem habere nõ pñt:qm̃ ſpũs hũanus:vt ait btũs Tho. ſup Jo.valde fallax eſt: ⁊ excogitatio humana fallaciſſima.Sapie.ix. Cogitatiões mortaliũ timide ⁊ incerte ꝓuidentie nr̃e.Et ꝓpha inqt. in ps.Ois homo mendax.Ex q̃bus talem poſſumus catholice veritatis elicere diffinitiõem vt dicamus. Catholice veritatis diffinitio Catholica veritas eſt que ex diuine reuelatõis lumine ſupnaturali imediate vl̃ mediate eſt habita explicite in ꝓpria verboꝝ forma vel iplicite bona ⁊ neceſſaria ↄña. Dicitur aũt lumine ſupnaturali ad differentiã veritatũ que generali quadã diuina reuelatõe mediante generali lumine habent̃.de q̃bus apoſtolus inquit ad Ro.i.qd̃ notum eſt dei manifeſtum eſt in illis.ſ.pbis:deus.n. illis manifeſtauit.et Ambroſius in glo.i.ad Cor.xij.dicit. Verũ a quocunꝙ dicat̃ a ſpũſancto eſt. Cum eñ lumen generale quo hoĩes in noticiam veritatũ humanarũ diſciplinarũ veniũt nõ poſſit eſſe niſi a primo lumine: vt dicit Aug.li.de matrimonio. Neceſſe eſt vt omnis veritas a quocunꝙ dicat̃ vt inſpirãte deo dicat̃. vnde

Aug.li.ꝯfeſ.dicit. Non alio dñe ꝑter te inſpi-
rante credo me verũ dicere cũ tu ſis veritas:
oīs aũt homo mēdax. ⁊ ideo qui loquiť mēda-
cium de ſuo loq̄tur: vt verũ loquar de tuo loq̄r
hec ille. Ueritas aũt catholica oportꝫ ꝙ ſpe-
ciali modo videlꝫ ſupnaturali lumine deriueť
a deo. Diciť aũt mediate vel imediate: qm̄ ali-
qua nobis deus imediate per ſeipm̄ reuelauit
⁊ reuelat ſicut fecit euangeliũ. vñ Joh.i. Uni
genitus dei fili⁹ qui in ſinu eſt patris ipe enar
rauit nobis. ⁊ Eſa.lij. Ecce egoipſe qui loque-
bar aſſum. ⁊ ad Hebre.i. inquit apľs. Oli de⁹
loquēs ꝑrib⁹ in ꝓphetis nouiſſime dieb⁹ iſtis
locutus eſt nobis in filio ⁊c. Aliqñ vero reue-
lat ꝑ alios: ſicut ꝑ angelos ſctōs ſiue ꝑ apľos
ſiue per alios ſanctos viros. vñ .ij. petri.i. inq̄t
beatus Petrus. Non em̄ volũtate humana al
lata eſt ꝓphetia: ſꝫ ſpiritu ſancto inſpirati locu
ti ſunt dei hoīes. Et ideo nō tm̄ veritas catho
lica dicenda eſt a deo ꝑ ſeipſum imediate fide
libus tradita: ſꝫ etiā mediate que per ſanctos
ab eo doctos ⁊ inſpiratos habita eſt cũ ſpũſ-
ſanct⁹ quo inſpirati ſancti dei homīes locuti
ſunt ⁊ loquuntur nō niſi veritatem docet atqꝫ
ſpirat Joh.xvi. Cum venerit ille ſpiritus veri
tatis ille docebit vos oēm veritatem. Dicitur
ꝯſequēter. Explicite in ꝓpria verboꝝ forma ⁊c.
Dis em̄ duobus modis diciť aliquid cōtineri
in ſacra ſcriptura aut in ꝓpria forma verborũ
ſicut iſta eſt. Xp̄s fuit homo. ⁊ aliquid impli-
cite: qđ .ſ. bona ⁊ neceſſaria ꝯña ex poſitis for-
maliter in lr̃a ſequiť: ſicut ex illa. Xp̄s fuit ho
mo. ſeq̄tur ꝙ habuit aīam rationalem intelle-
ctum agentē ⁊ poſſibilem ⁊ oēs potētias ani
me. Itē ꝙ in corꝑe ſuo fuerunt nerui ⁊ vene ⁊
ſilia: quoꝝ tñ nullũ in ꝓpria verboꝝ forma ha
betur in littera ſacre ſcripture. Et hec ſuffici-
ant ꝓ habēdo q̄ ſit catholica veritas dicēda.

Capľm.ix. De multiplici genere ſiue gradu catholi-
carum veritatum.

Ca. IX

# Iſta diffinitiōe

d catholice veritatis: cum notũ ſit
inter veritates catholicas pluri
mas eē veritates quib⁹ firma cre
dulitate adherēdũ ſit: opportunũ duxim⁹ gra-
dus ſiue gña eoꝝ diſtinguere. videť aũt nobis
ſeptē poſſe diſtingui genera catholicarũ veri
tatũ. Primũ eſt eoꝝ que in canone ſacre ſcri
pture veteris aut noui teſtamēti ⁊ in ꝓpa ver
boꝝ forma ꝯtinenť. Et hmōi gen⁹ veritatũ ca
tholicarũ pōt diſtingui etiā ſm̄ tria gña credi
biliũ .ſ. poſita: inter que vt p̄dixim⁹ pricipali
us ānumerandũ eſt gen⁹ credibiliũ q̄ āte cre-
duntur ꝙ̄ intelligātur cuiuſmodi ſunt ea que

Primũ genus ca tholicarũ verita-tum.

ad articulos fidei ꝑtinent: ex quibus principa
liter ſalus noſtra pendet. Qđ aũt hmōi verita
tes in ſacra ſcriptura formaliter cōtēte catho
lice veniāt reputāde manifeſtũ eſt: cũ de veri
tate ſacre ſcripture nullo mō dubitandum ſit.
vñ btũs Augu. libro de vnico baptiſmo. vt re-
citatur in.c. q̄s neſciat. di.ix. ait. Quis neſciat
ſanctā ſcripturā canōicā tā veteris ꝙ̄ noui te
ſtamenti certis terminis contineri: eamqꝫ po
ſteris oīm epoꝝ litteris ita ꝑponi vt de illa oī
no dubitari vel diſceptari nō poſſit: vtrum ve
rum vel vtrũ rectũ ſit q̄cquid in ea ſcriptũ cō-
ſtiterit ⁊c. Scdm̄ genus veritatũ catholica
rũ eſt earũ que ex ſolis cōtētis in ſacra ſcriptu
ra ꝯña neceſſaria ⁊ formali pñt inferri. vñ cum
tales veritates eandē veritatis firmitatem ⁊
credulitatis neceſſitatē habeāt quā habēt ve
ritates ex q̄bus neceſſaria ⁊ formali ꝯña infe-
runť: manifeſtũ eſt eas inter catholicas veri-
tates numerari: ſicut eſt hec veritas. xp̄s ē ve-
rus deus ⁊ verus homo: que licet in tota ſerie
ſacre ſcripture ſic formaliter nō inueniatur: ni
hilominus q͛ ex ꝯtentis in ſacra ſcriptura cō-
ſequentia formali ⁊ neceſſaria inferť catholi-
ca teneť: ⁊ eam credere neceſſariũ eſt ad ſalu-
tē. Tertiũ genus veritatũ catholicarũ eſt eo
rũ que circa canonē ſacre ſcripture cōtinenť:
que tñ ꝑ reuelationē ⁊ approbationē tm̄ medi
antibus apľis ad fideles deuenerũt. Sane cũ
xp̄s cum viueret ī carne mortali cũ apľis mul-
ta docuerit ⁊ fecerit que in canone ſancte ſcri
pture nō habenť ſm̄ illud Jo.vl. Multa alia
fecit ihs que nō ſunt ſcripta in libro hꝫ: multas
alias veritates catholicas xp̄us apľos docue-
rit docendas ꝑ eos q̄ in canone ſcripture non
habenť. Uñ Aug. tertio de baptiſmo paruulo
rũ dicit. Illa que nō ſcripta ſeruat vľis eccľia
acceperit ab apľis xp̄o docente. ſic em̄ Apľus
de corporis ⁊ ſanguinis dominici cōione. i. ad
Cor.xi. dicit. Qđ accepi a dño hoc tradidi vo-
bis: cetera aũt cum venero diſponā. i. ordina-
bo. Itē ad idem eſt idem Aug. qui vt habetur
in.c. eccleſiaſticarũ. di.xi. ita ad ꝓpoſitũ dicit.
Eccleſiaſticarũ conſtitutionũ quaſdā ſcriptu
ris: quaſdā vero apoſtoli traditiōe per ſucceſ-
ſores in miniſterio confirmatas ſuſcepimus:
quaſdā vero cōſuetudine roboratas approba
uit vſus quibus par ritus ⁊ idem vtriuſqꝫ pie-
tatis debeť affectus. hec ille. Amplius cũ ſm̄
ꝓmiſſionē xp̄i ſpũſſanctus ſuperuenturus in
diſcipulos docturus eſſet eos oēm veritatem:
multa ꝑfecto credendi ſunt a ſpũ ſancto didi
ciſſe q̄ poſtea fideles docuerũt: q̄ tñ in canone
biblie poſita nō fuerũt. Unde Alexāder terti
us in.c. cum marte. extra de celebra. miſ. ſuper

Secundum

Tertium

forma cõſecratõis eucbariſtie loquens ita ait
Sane multa tã de verbis ꝙ̃ de factis domini
cis inuenimus ab euãgeliſtis omiſſa que etiã
apl̃i vel ſuppleuiſſe verbo vel facto expoſuiſſe
legũtur. Paulus eñ in actibus aplõꝝ ſic ait.
Meminiſſe nos oportet verbũ dñi noſtri ihu
xp̃i qui dixit. Beatius eſt dare ꝙ̃ accipere. hoc
tñ nullus quattuor euãgeliſtarũ deſcripſit. vn
de glo. act. ij. ⁊ eſt beati Hiero. ait. Hoc in euã
gelio nõ legitur: nõ eñ oĩa ſcripta ſunt ſed for
ſan Paulus hoc ab apl̃is audiuit vl̃ a ſpiritu
ſancto ꝑcepit. Et ideꝫ ꝓſequit̃ magiſter Nico
laus de lyra in expoſitõe. vñ tales veritates ⁊
que ex eis ꝯñа neceſſaria immutabiliter pñt
inferri inter catholicas veritates veniunt cõ
Quartum putande. Quartũ genus veritatũ catholi-
carũ eſt earum que ab eccl̃ia vl̃i in cõcilijs ple
narijs tanꝙ̃ ad fidẽ xp̃iane religiõis ꝑtinẽtia
diffinita ſunt: lꝫ exp̃ſſe in canone ſcripture ſa-
cre nõ inueniant̃. Et ratio huius manifeſta ẽ:
qm̃ vt ſuperius li. iij. c. lviij. ampliſſime ⁊ irre-
fragabiliter oſtẽdimus concilia plenaria vl̃is
eccl̃ie in his que fidei ſunt errare nõ poſſunt.
vnde btũs Grego. in. c. ſicut. di. xv. ait: ꝙ ſicut
ſancti euãgelij quattuor libros ſic quattuor cõ
cilia ſuſcipe ⁊ venerari me fateor. Et ratio eſt:
qm̃ vt ait btũs Greg. in tractatu qui intitula
tur de catholica veritate. Sicut deus veritas ẽ
ita ea q̃ apl̃ica eccl̃ia ↄ̃ deo docuit vera ſunt. vn
de merito dr̃ Prouer. p̃mo. Ne dimittas legẽ
matris tue. glo. i. eccl̃ie. Notanter aũt dictum
eſt. Que apl̃ica eccl̃ia docuit. ſ. diffinitõne iu-
diciali eſſe credẽda. qđ dr̃ ꝓpter multa que in
eccl̃ia legi a fidelibus ꝑmittunt̃ ⁊ tolerantur
que oĩa credere non eſt de neceſſitate ſalutis:
nec inter catholicas veritates ſunt reputãde
licet multe earũ pie a fidelibus credant̃. ſicut
ſunt multa cõtenta in legendis ſiue hyſtorijs
ſanctoꝝ ⁊ vitis patrũ: que cum manifeſte non
cognoſcunt̃ falſa eſſe: ſed poti⁹ habere aliquã
ꝓbabilitatis apparentiaꝫ: poſſunt credi ꝓ eo
ꝙ ad cõmouendos pios actus fideliũ ad de
uotionẽ proficiũt ſecure legunt̃ ⁊ pie credunt̃
dum tñ animus aſſertione ꝑtinaci illis nõ ad-
Quintum hereat. Quintũ genus catholicarũ verita-
tum eſt earũ que in materia fidei apl̃ice ſedis
iudicio diffinite ſunt: que lꝫ in canone ſcriptu
re ſacre nõ reperiant̃ cõtineri: ſunt tñ inter ca
tholicas veritates cõputãde: qm̃ ſicut in ſupe
rioribus tã auctoritatibus ꝙ̃ rõnibus manife
ſte oſtẽdimus. li. ij. c. cix. Apl̃ice ſedis iudiciuꝫ
in his que fidei ſunt errare a veritate non põt.
Pro quo facit ꝓmiſſio illa xp̃i. Luce. xxij. Ego
rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua: ⁊ tu ali-
qñ cõuerſus cõfirma fratres tuos. Quod etiã
apertiſſime ꝯfirmare videt̃ btũs Aug. in. c. in
canonicis. di. xix. vbi inter canonicas ſcriptu-
ras cõputandas ponit epiſtolas quas apoſto
lica ſedes habere meruit et alij meruerunt ab
ea accipere. Itẽ Agapito papa in. c. ſic. eadem
di. vbi ita ait. Sic omnes apl̃ice ſedis ſanctio
nes accipiẽde ſunt tãꝙ̃ ipſius diuina voce pe-
tri firmate. Item btũs Hiero. luce clariſſima
hoc confirmat in. c. hec eſt fides. xxiiij. q. i. vbi
ſic dicit. Si hec noſtra cõfeſſio apoſtolat⁹ tui
iudicio approbat̃: q̃cunq; me calumniare vo-
luerit ſe imperitũ ⁊ maliuolũ vel nõ eſſe catho
licum ſed hereticũ comprobabit. Sextum Sextum
genus veritatum catholicarum videt̃ eſſe ea-
rũ que de tenenda fide ⁊ cõfutatiõe heretico-
rũ a doctoribus ab vniuerſali eccl̃ia approba-
tis aſſertiue tradite ſunt: licet in canone ſcri-
pture ſacre exp̃ſſe nõ cõtineant̃. pꝫ hoc: qm̃ cũ
eccleſia vniuerſalis que regitur ſp̃ũſancto do-
ctores aliquos approbauit: eoꝝ doctrinã tan-
ꝙ̃ verã recipiens: neceſſe eſt vt taliũ doctrina
aſſertiue poſita ⁊ nunꝙ̃ al̃s retractata vera ſit ⁊
ab omnibus fidelibus firma credulitate tenẽ
da in ea parte in qua ab vniuerſali eccl̃ia ẽ re-
cepta: al̃s vl̃is eccl̃ia videret̃ erraſſe approbã
do ⁊ acceptando eoꝝ doctrinã tanꝙ̃ verã que
tamen vera nõ eſſet. Qui aũt ſunt hi doctores
per vniuerſalem eccleſiã in vniuerſalibus cõ-
cilijs approbari colligit̃ ex. v. cõcilio vniuerſa
li: in quo vt. s. Tho. recitat in. iiij. cõtra genti-
les. c. xxiiij. ita habet̃. Seq̃mur per omnia ſan
ctos patres ⁊ doctores eccleſie. Athanaſium.
hylarium. baſilium. gregoriũ theologũ. ⁊ gre-
goriũ nicenũ. ambroſium. auguſtinũ. theophi-
lum. Iohannẽ cõſtantinopolitanum. cyrillũ.
leonem porciũ. ⁊ ſuſcipimus omnia que de re-
cta fide ⁊ condemnatione hereticoꝝ expoſue-
runt. Hec ibi. Poſtea vero papa Gelaſius in
ſynodo ſua alios doctores approbãdo addit.
vt pꝫ in canone: ſancta romana eccl̃ia. di. xv.
Uerũ circa approbationẽ opuſculoꝝ prefato-
rum doctoꝝ eſt aduertendũ ⁊ notanduꝫ ꝙ ſy-
nodus vniuerſalis quinta nõ approbauit ſim
pliciter oĩa contenta in opuſculis p̃fatorũ do
ctoꝝ: ſed tm̃ ea q̃ de recta fide ⁊ cõdẽnatiõe he
reticoꝝ expoſuerũt. Per qđ ſatis dat̃ intelligi
ꝙ ꝑ hoc ꝙ opuſcula aliquoꝝ doctoꝝ approba
uit vel approbat eccleſia non eſt neceſſe ꝙ oĩa
in eis cõtenta approbata intelligant̃: ſed tan
tũ quo ad ea que de recta fide ⁊ de cõdẽnatio-
ne hereticoꝝ expoſuerũt que tanꝙ̃ neceſſaria
ad credendũ fidelibus tradiderũt. Nec ꝑ con
ſequẽs ex approbatõe prefata habetur ꝙ om-
nes veritates in prefatoꝝ ſanctoꝝ doctorum
approbatorum opuſculis contente ſint tanꝙ̃

catholice veritatis habēde: ſ; tm̄ veritates p̄fati generis: que. ſ. de recta fide ⁊ ꝯdēnatione hereticoꝝ expoſuerūt. Multa alia quidē ſūt in eis contēta alterius generis. ſ. ꝓbabilitatꝭ. vnde Aug. qui de numero approbatoꝝ p vniuerſalem eccl'iam eſt: inq̄t ad vincentiū victorem: ⁊ habet̄ in. c. negare nō poſſum. di. ix. Negare nō poſſum inquiēs: nec debeo ſicut in ipſis maioꝛib⁹. i. ſcriptis maioꝝ: ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis q̄ poſſunt iuſto iudicio ⁊ nulla temeritate culpari. Nec obuiat p̄fato generi catholicarū v̄itatū illō qd̄ b̄tūs Aug. dicit in. c. noli. ⁊ in. c. ego ſol⁹. di. ix. Quī vt glo. inq̄t in. c. noli. Aug. loquit̄ ſ̄m illa tp̄a cum adhuc ſcriptura Aug. ⁊ alioꝝ ſanctorum patrū nō erat autētica: ſ; hodie iubent̄ oīa teneri vſq; ad vltimū iota: vt di. xv. c. vlt.

Septimū. Septimū genus catholicarū veritatū eſt earū q̄ ex. iiij. v. ⁊ vi. genere catholicaꝝ veritatū ꝯn̄a nec̄cia ⁊ formali īferri p̄nt. Nec̄cia ⁊ formali ꝯn̄a dicimus: q: ſi aliq̄d ſolū probabili ꝯn̄a inferret̄ nō diceret̄ proprie veritas catholica: ſ; ꝓbabilis tantū.

Octauū. Octauū gen⁹ diſtingui pōt earū veritatū que etſi abſolute catholice non ſint: ſunt nihilomin⁹ catholicam veritatē ſapiētes: ſunt em̄ catholicis veritatibus ꝓpinque. Vn̄ veritas ſapiēs catholicam veritatem pōt ſic diffiniri. Veritas ſapiēs catholicā veritatem ſiue fidem ex ꝯn̄ti eſt illa: que adiūcta ſibi aliqua alia veritate ad fidē nō ꝑtinēte: ſ; nihilominus que rationabiliter negari nō poteſt: fiet veritas catholica. Exempli gratia: q: nunc in apoſtolica dignitate ſedet magiſter Thomas de ſarzana. Iſta: thomas de ſarzana eſt papa: eſt ꝓpoſitio ſapiēs veritatem catholicam. Patet qm̄ adiuncta ſibi illa veritate q̄ negari nō poteſt: videl; q fuerit rite ⁊ canonice electus: vtputa a toto dn̄oꝝ cardinaliū collegio vel duabus partibus: efficit̄ veritas catholica dicenda. Magiſter thomas de ſarzana rite canonice electus ⁊ in papā ab vniuerſali eccl'ia ſuſceptus eſt verus papa. iſta ꝓpoſitio eſt catholica ex determinatiōe vniuerſalis eccleſie: vt in. c. in nomine dn̄i. Item in epiſtola decretali Martini de concilio Conſtātien̄. Inter credenda cuilibet fideli ponit̄: q papa canōice electus qui pro tempoꝛe fuerit eius nomine ꝓꝓrio expꝛeſſo: ſit ſucceſſoꝛ beati Petri habēs auc̄tem ſupꝛemam in eccl'ia dei. Ex pꝛefatis facile eſt itelligere veritates oēs nō eſſe eiuſdē maneriei: ſed diuerſoꝝ generū aut graduū. Quedam em̄ vt viſum eſt ſunt catholice. quedam catholicam veritatē ſapientes. ⁊ quedā ꝓbabiles tm̄. quedam pie credibiles. quedam impertinentes.

Cap. x. de multiplici ſpecie hereſum.

Ex his que parū ante de multiplicitate generum ſiue graduū catholicarū veritatum expoſuimus: ꝑfacile erit intelligere hereſim que catholice veritati cōtrariatur: ſub ſe etiā multa genera ſiue ſpecies cōtinere. Cunq; iuxta Ariſt. ſententiā: quot modis dicit̄ vnū oppoſitoꝝ tot modis dicat̄ ⁊ reliquū: rectius ſpecies hereſum nō poterūt deſcribi q̄ iuxta ſpecies catholicarū veritatum quibus opponunt̄. Dicamus ergo q p̄ma ſpecies hereſum eſt earū aſſertionū falſarum que v̄itatibus catholicis pꝛimi generis in ꝓꝓrijs terminis cōtradicūt: videlicet veritatib⁹ ſub propria forma in ſacra ſcriptura cōtentis. In quo genere ſunt iſte aſſertiōes: videlicet q in pꝛincipio nō erat verbū: aut q nō omnia p ipſum facta ſunt: ſiue q verbū nō ſit caro factū que in ꝓꝓrijs terminis cōtradicūt veritatib⁹ cōtentis formaliter in euāgelio ſancti Johannis. Sc̄da ſpecies hereſū eſt earū aſſertionū falſarū que repugnant veritatibus ſecūdi generis catholicarū veritatū: videlicet que ex ſolis cōtentis in ſacra ſcriptura cōſequentia neceſſaria ⁊ formali inferūtur. In quo genere hereſum ſunt iſte: videlicet angeli nō habēt eſſe a deo: aut q xp̄s nō habuit intellectū paſſibilem aut agentē. Quoꝝ oppoſita manifeſte cōſequentia neceſſaria inferunt̄ ex ꝯtentis in ſacra ſcriptura. Tertia ſpecies hereſum pōt diſtingui earū aſſertionū que cōtrariant̄ veritatibus tertij modi catholicarū veritatū: videlicet quas apoſtoloꝝ traditiōe ſiue reuelatione vniuerſalis eccleſia credit ⁊ obſeruat. Hoc genere eſt heretica iſta: q cruce fideles nō debeant inſigniri: aut q vſus ſigni crucis nō debeat eſſe in eccleſia. Quarta ſpecies hereſum eſt earū falſarū aſſertionū que veritatibus quarti modi catholicarū veritatū cōtradicūt: videlicet diffinitis ⁊ determinatis iudicio vniuerſalis eccl'ie in cōcilijs vniuerſalibus. Quinta ſpecies hereſū eſt earū falſarū aſſertionū que veritatibus quinti modi veritatū catholicaꝝ contrariant̄: videlicet determinatis ⁊ diffinitis apoſtolice ſedis iudicio. Sexta ſpecies hereſum eſt earū falſarū aſſertionū que veritatibus ſexti modi catholicarū veritatū cōtradicūt. ſ. doctrinis ſanctoꝝ patrum ab eccl'ia vniuerſali approbatoꝝ in his que de recta fide et cōdemnatione hereticoꝝ expoſuerunt. Septima ſpecies hereſū eſt earū falſarū aſſertionū que veritatibus ſeptimi modi catholicarū veritatū ꝯtradicūt. ſ. veritatibus que ex quarto

quinto ꝛ ſexto genere catholicarū veritatum neceſſaria ꝛ formali ↄſequētia inferunt. Preter aūt has ſpecies hereſuȝ diſtinguit quedā ſpecies falſe aſſertōis: videlȝ aſſertionū q̄ etſi abſolute heretice nō ſint: ſūt tn̄ hereſim ſapiētes q: hereſi ꝓpinq̄: q̄lis eſt q̄ aſſerit dogma puerſuȝ ex quo cū notorio vero qđ negari nō pōt ſequit hereſis ꝓprie dicta. Verbi grā: iſta ꝓpoſitio. oīs hō exiſtēs rome ē in pctō mortali: pōt dici ſapere hereſim: q: ex ea cum aliquo vero coaſſumpto: videlȝ ꝙ infans nouit baptizat⁹ ē rome. ſeq̄t ꝙ infans nouit baptizat⁹ rome ſit in pctō mortali: qđ eſt hereticū. Naȝ in baptiſmo oīs hō ſiue paruul⁹ ſiue magn⁹ morit pctō. vt teſtat Augu. in enchiridion ꝛ habet de ↄſe. diſ. iiij. c. A paruulo. vbi inq̄t. A paruulo recēter nato vſq; ad decrepituȝ ſenē ſicut nullus ꝓhibendus ē a baptiſmo: ita nullus eſt q̄ nō pctō moriat in baptiſmo ꝛc. Iteȝ in ca. Regenerāte. eadē diſt. idem dicit.

Capitulū. xi. de multiplici gn̄e dānabiliū ꝓpoſitionū.

Capl'm XI

**S**Uperius iam dictis rite intellectis apparet ꝙ nō vnū ſed multiplex ſit genus damnabiliū ꝓpoſitionū. Eſt enī ꝓpoſitio temeraria: eſt ꝓpoſitio erronea. eſt ꝓpoſitio iniurioſa. eſt propoſitio male ſonans ſiue ſcandaloſa aut piarū auriū offenſiua. eſt ꝓpoſitio ſeditioſa. eſt ꝓpoſitio heretica. eſt ꝓpoſitio hereſim ſapiens. Propoſitio enī temeraria eſt ꝓpoſitio aſſerens aliquid tanꝗ certum qđ nō pōt efficaciter ꝓbari ratiōe vel auctoritate: ſicut ꝓpoſitio aſſerens ꝙ mundus finiet infra centum vel ducentos annos. Hec aūt licȝ poſſet eſſe vera: tamē hoc aſſerens tanꝗ certū dicit temeraria: q: ad hoc nec auctas nec ratio efficax habet. Propoſitio erronea dicit ꝓpoſitio aſſerēs aliq̄d qđ eſt falſum. vnde Augu. libro de academicis dicit. Error eſt falſi ꝓ vero approbatio. Propoſitio vero iniurioſa eſt q̄ detrahit ſtatui alicui fideliū aut alicui notabili pſone. Propoſitio ſcandaloſa aut male ſonans ſiue piarū auriū offenſiua: dr ꝓpoſitio q̄ occaſionē ruine pberet auditorib⁹ vt ꝓpoſitiones multe q̄ licȝ cū modificatōe adiuncta ſint vere: p ſe tn̄ ꝛ abſolute ſine modificatiōe ꝓlate vident fauere ꝓpoſitōib⁹ hereticalib⁹: vt ſi q̄s aſſereret ſimplr patrē maioreȝ filio: ꝛ deū in incarnatōe factū creaturā: ꝛ ſimiles q̄ iuxta doctores magis ſunt exponēde ꝙ extendende. Propoſitio ſeditioſa dr aſſertio q̄ diuiſionē ꝛ ſciſma induceret in pplo: vt ē ꝓpoſitio illa ꝙ malo plato aut pncipi nō eſt obediendum ꝛ huiuſmodi. Propoſitio aūt heretica aut hereſim ſapiēs que ſit ſuperi⁹ in. c. precedenti explicauim⁹. Eſt aūt hic aduertendū ꝙ iſta ꝓpoſitionū genera nō ita diſtinguunt: quin quādoq; ſimul multa eoꝝ in vnā ꝓpoſitionem cōcurrant. Erit enī vna ꝛ eadē quandoq; ꝓpoſitio ꝛ temeraria: erronea: iniurioſa: male ſonans ꝛ piarū auriū offenſiua ꝛ etiam heretica vt manifeſtum eſt.

Capitulū. xij. De varijs modis quibus quis dicitur hereticus.

Capl'm. XII

**E**Xpoſito quid ſit hereſis ꝛ q̄ ſpecies ei⁹: reliquū eſt videre q̄s ſit heretic⁹ cenſendus. Pro quo imprimis notanduȝ eſt: ꝙ vt tam ex glo. in. c. illi. §. qm̄. xxiiij. q. iij. ꝙ ex alijs doctorum ſentētijs multis: varijs modis dr hereticus. Gloſa pfata ponit nouē modos ꝛ ex alijs colligunt tres: ꝛ ita poſſum⁹ aſſignare duodecim modos q̄bus dicat heretic⁹. Uno modo dicit heretic⁹ quicunq; eſt dubi⁹ in fide. extra de hereti. ca. dubius. De fide enī nullus dubitare habet ſed firmit tenere ea q̄ ſibi credēda ꝓponunt. ex de ſum. tri. ꝛ fide ca. in pn. firmit credim⁹ ꝛc. Et in ſymbolo athanaſij. Hec eſt fides catholica quā niſi q̄ſq; fidelit firmiterq; crediderit ſaluus eſſe nō poterit. Nā vt dicit Bernar. fides ambiguū nō habȝ: et ſi habȝ fides nō eſt. Hoc tantū intelligendū eſt de dubitante qui determinate ꝛ aīo deliberato in dubietate pſiſtit equalit ſe habens ad vtrāq; partē cōtradictōnis. ſecus de illo q̄ tentat de fide cum dolore cordis ꝛ anxietate. Secūdo modo dr heretic⁹ oīs ſimoniac⁹. i. q. i. quiſq̄s. vbi dicit Greg. Quiſquis p pecuniā ordinat ad hoc ꝙ ſit hereticus ꝓmonet. Tertio modo dicit heretic⁹ oīs preſciſus ab eccl'ia: ſm ꝙ excōicat⁹ dr heretic⁹. iiij. q. i. ꝙ aūt. vbi ſup illud. Hereticos aūt inquiūt: dicim⁹ tam eos qui olim ab eccl'ia preſciſi ſūt ꝙ qui poſt a nobis anathematizati ſūt. dicit glo. nota ꝙ oīs excōicat⁹ dr hereticus. vt. ꝫ. xxiij. q. iiij. ipa pietas. Quarto modo dicit hereticus q̄ ſentit ↄtra ſacrā ſcripturā ſiue cōtra ea q̄ neceſſaria ꝛ formali ↄſeq̄ntia ex ea eliciūt ſiue q̄ ſcripturam ſanctā male interptat. xxiiij. q. iij. c. Hereſis: vbi btūs Hiero. ita loquit. Quicūq; ſacrā ſcripturaȝ alit intelligit ꝙ ſenſus ſpūſſcti efflagitat a quo ſcripta ē: licȝ ab eccl'ia nō receſſerit tn̄ heretic⁹ appellari pōt. Quito modo dr heretic⁹ q̄ nouā opinionē inuenit vel inuētā ſequit: iuenit vt hereſiarcha: puta arrius ꝛ ſabellius. Sequit: vt qui hereſiarchā imitat velut arriani ꝛ ſabelliani. xxiiij. q. iij. c. Hereticus. vbi dicit Aug. Hereticus ē qui alicui⁹ tēporalis cōmodi maxime glie principatuſq;

ſui gratia falſas atq̃ʒ nouas opiniones vel gi⸗
gnit vel ſeq̃tur. Sexto modo d̃r hereticus: q̃
romane eccleſie priuilegia ab ipſo ſummo ec⸗
cleſiarū tradita auferre conat̃. di. xxij. c. omēs.
Septimo mō d̃r hereticꝰ: qui precepta ſedis
aplice ptinaciter trāſgreditur. xix. di. c. nulli.
Nō vt dicit Joh. in glo. intelligas: ſi dicat ro
manā eccl'iam nō eē caput nec poſſe condere
canones: al's nō eſt hereticꝰ licet peccet: ex̃. de
reſcrip. ſi quem. Octauo large dr̃ hereticꝰ: q̃
nō tenet articulos fidei ⁊ ſm hoc iudei ⁊ gēti
les ſūt heretici. Nono dr̃ hereticꝰ: qui aliter
ſentit de artic'lis fidei q̃ romana eccl'ia. xxiiij.
q. i. hec eſt fides. Hi noueʒ modi ſūt iuxta glo.
ſuperiꝰ aſſignatā. Poſſumꝰ decimo loco di⸗
cere ꝙ hereticꝰ ſit qui de eccl'iaſticis ſacramē
tis aliter ſentit ⁊ docere pſumit q̃ ſacroſācta
romana eccleſia predicat: vt notat Ber. in. c.
ad abolendā. ex̃. de hereti. ⁊ Hoſtieñ. Unde
cimo d̃r quis hereticꝰ qui nō recipit. iiij. ꝯcilia
gñalia. de q̃bus in. c. ſicut ſancti. di. xv. Duo⸗
decimo in ſūma ⁊ generaliter dicit̃ hereticus
qui aduerſus quodcūq̃ʒ genꝰ veritatis catho⸗
lice ſupra expoſite opinionē ſuā peruerſam at
q̃ʒ prauam ptinaciter defendit: vt in. c. vbi in
eccl'ia. xxiiij. q. iij. ⁊ eſt bti Aug. ꝯ manicheos.

Capitulū. xiij. Quis ꝓprie dicēdus ſit hereticus.

Capl'm XIII

a

Assignata varie
tate modoꝝ q̃bus in gñali dicit̃
quis hereticus: nūc videndū eſt
p diffinitionē quis ꝓprie cēſen⸗
dus veniat hereticus. Et ꝯſideratis multis q̃
ad eſſe ꝓprie hereticū per doctores aſſignant̃
poſſumꝰ ſic ꝓprie hereticū deſcribere. Here

Diffinitio heretici

ticus eſt qui poſt ſuſceptā religionē xp̄ianam
xp̄i fidē i gñali ꝓfitēs: aliquā vel aliq̃s in ſpe⸗
ciali opinionem ꝯriam catholice veritati: pti
nacit̃ tenet vel ſequit̃. Huc diffinitio quo ad
ſingulas eiꝰ ptes in quibꝰ deſignant̃ q̃ requi⸗
rant̃ ad hoc ꝙ quis ꝓprie hereticus cenſeatur
ſic declarat̃. Dicit̃ aūt in prima pticula. Qui
poſt ſuſceptā religionē xp̄ianam. Ad hoc em̄
ꝙ quis ꝓprie cenſeat̃ hereticꝰ neceſſario req̃ri
tur ꝙ primo xp̄ianam religionem ſit ꝓfeſſus.
nam ſi errans in fide nūq̃ʒ ſuſcepiſſet p baptiſ
mū xp̄ianā religionē nō diceret̃ ꝓp̄e hereticꝰ
ſed ſimpliciter īfidelis aut paganꝰ ſaracenus
aut iudeꝰ: ⁊ tales foris ſunt de q̃bus nihil ad
nos iudicare. i. ad Cor. v. Dr̃ autē in ſcd̃a pti⸗
cula: Xp̄i fidem ꝓfitens in gñali. Quia vt di⸗
cit ſanctꝰ Tho. in. ij. ij. q. xi. ar. i. hereſis ptinet
ad eos q̃ fidem xp̄i ꝓfitent̃: ſed eius dogmata
corrūpunt. Un̄ qui ſic a fide xp̄i recedit ꝙ ni⸗
hil de ea credit ⁊ oīmode a xp̄i nomine ⁊ eius
veritate recedit ꝓprie nō eſt hereticꝰ ſed apo
ſtata: q̄ſi om̄ino recedens a cōſortio xp̄ianoꝝ
vn̄ tales q̃ nihil tenēt d̃ xp̄i doctrina nec gau
dent nec volūt eſſe ſub noīe xp̄iano ꝓprie he⸗
retici nō ſunt, q: vt dicit Greg. viij. li. moraliū
ca. xxv. Ore cur eoſdē patres quos nos vene⸗
ramur laudant: ſed intellectu deprauato ipſi
nos eoꝝ laudibus impugnāt. Hereticꝰ ergo
aliquid tenet de fide ⁊ nomīe xp̄iano ſub quo
impugnat fidei veritatē. vnde Aug. xviij. de
ciui. dei. c. v. dicit. Dyabolus nouit hereticos
qui ſub noīe xp̄iano doctrine reſiſtūt xp̄iane.
Sequit̃ tertia particula. Erroneam opinio
nem aliquā in ſpeciali. Hoc plane requiritur
ad hoc ꝙ q̃s ꝓprie cenſeat̃ hereticꝰ: ꝙ errone
am opinionē habeat in intellectu: ita ꝙ male
ſetiat de veritate. Un̄ Aug. lib. de vtilitate
credendi. ⁊ habet̃ in. c. Hereticus. xxiiij. q. iij.
Hereticus eſt qui falſas ac nouas opiniones
vel gignit vel ſequit̃. Et ratio huiꝰ eſt: q: here
ſis eſt ſpecies infidelitatis. Infidelitas autē
vt ſupra explanauimꝰ: eſt in intellectu ſubie⸗
ctiue: ⁊ ita videt̃ ꝙ hereſis q̃ eſt eius ſpecies
p neceſſitatē ſupponat errorem in intellectu.
Ex quo ſequit̃ correlarie ꝙ factum ſine errore
in intellectu nō facit ꝓprie hereticū: vtputa
ſi aliquis fornicat̃ vel mechat̃: licʒ agat cōtra
veritatē que dicit nō mechandū: nō tn̄ ex hoc
eſt hereticus niſi crederet aut opinaret̃ eſſe li
citū mechari. Et rō huiꝰ eſt q: quādocūq̃ʒ aliq̃
neceſſario req̃runt̃ ad cōſtitutionē alicuiꝰ al⸗
tero deficiente impoſſibile ē illud eſſe: q: da
oppoſitū: videlʒ ꝙ ſine illo eſſe poſſet: iam nō
req̃reret̃ neceſſario ad ꝯſtitutionē illius. Sʒ
vt ꝓbatū eſt ad hoc ꝙ aliq̃s ꝓprie dicat̃ here
ticus req̃rit̃ neceſſario error in intellectu. Er⸗
go nullū factū abſolute accipiēdo ſine errore
at dãnare ſeu excõicare poteſt.ſed hoc non eſt
Secunda ſine iuriſdictõe.g̃ ⁊c̃. Secũdo arguũt de iu
da ſcarioth ⁊ de iudeis qui cognouerũt xp̃m ⁊
Tertia tñ iſti nõ fuerũt ipõ facto depoſiti. Tertio ſic
ſi ſic eſſet ꝙ papa ꝓpter occultam hereſim ca
deret a papatu:cũ dubitari poſſit de papa:an
occulte eſſet hereticꝰ: dubiũ naſceretur an ro
bur haberẽt ea que ipſe facit. ſed hoc videtur
Quarta icõueniẽs ⁊ poſſet eẽ cã multoꝝ erroꝝ. Quar
to ſic.Illa aſſertio nullatenus eſt tenenda ad
quã ſequitur totiꝰ eccleſiaſtice hierarchie con
fuſio.ſz ſi papa occulte hereticꝰ diuino iure eſ
ſet papatu priuatus poſſet ſequi totius eccle
ſiaſtice hierarchie cõfuſio.ergo ⁊c̃.maior ẽ ma
nifeſta.⁊ minor ꝓbatur: quia ſi ſic tũc nullus
prelatus factus ꝑ papam hereticũ eſſet verus
prelatus ⁊ per ꝯñs totus eccleſiaſticꝰ ordo eẽt
confuſus:qꝛ nullus eẽt verus prelatus:nec ec
cleſia dei que de occultis iudicare nõ põt va
leret tali cõfuſioni obuiare:ergo nõ eſt tenen
dũ ꝙ papa effectꝰ hereticꝰ ſtati iure diuino ſit
Secunda conclu ſio eiuſdem papatu priuatus. Secũda cõcluſio iſtorũ eſt
ꝙ papa factus etiã hereticus manifeſtus non
eſt ipſo facto iure diuino priuatus nec ſuſpen
ſus. Pro iſta ꝯcluſione inducũt plures rõnes.
Probatio pͥma Primo ſic.ſicut papa eſt caput fideliuz q̃ ſũt
ſub noua lege:ita ſummus ſacerdos quantuz
ſpectat ad legem diuinam caput erat fideliuz
q̃ erant ſub lege veti ꝯſtituti. ſed ſacerdos ſũ
mus in veteri lege quãuis erraſſet a fide non
fuiſſet ipſo facto iure diuino priuatus:quia vt
videtur plures ſummi ſacerdotes in antiqua
lege deuiarunt a fide: tamen poſtea ſummo
ſacerdotio fungebãtur. ergo licet papa erret
a fide ⁊ efficeretur manifeſtus hereticus non
ꝓpter hoc eſſet diuino iure papatu priuatus.
Secunda Secundo ſic:papa nõ eſt deterioris condi
tionis q̃ alij prelati ⁊ epiſcopi. ſed alij prelati
⁊ epiſcopi ſi efficiantur heretici non ſunt iure
diuino omni dignitate priuati.ergo nec papa
maior eſt certa.minor probatur:quia ſi alij pre
lati et epiſcopi effecti heretici eſſent iure diui
no omni dignitate priuati non poſſent abſq̃
noua electione ad ſuas recipi dignitates vel
ſaltem ſuas dignitates minime retinerẽt. ſed
nõnulli p̃lati facti heretici abſq̃ noua electi
one ad ſuas dignitates recepti fuerũt vel reti
nuerũt eaſdẽ.i.q.vij.maximũ.ij.q.i. cauſas cu
fuſſibz.⁊ ca.Quotquot.ergo ⁊ papa q̃uis effi
ciat̃ hereticus papalẽ retinet dignitatẽ:⁊ ita
nequaq̃ eſt iure diuino ꝑuatꝰ. Tertio ſic:nõ Tertia
deterioris ꝯditõis eſt papa q̃ impator vel pͥn
ceps ſecularis:ſ3 iſti facti heretici nõ ſunt ipõ
facto iure diuino a ſuis dignitatibꝰ priuati:g̃
nec papa.ꝯña videt̃ bona.maior pz.minor eti
am eſt manifeſta.nã in veteri lege m̃lti reges
idolatre ⁊ heretici effecti fuerũt ⁊ tamẽ veri
reges remãſerũt.Iulianꝰ aũt apoſtata hereti
cus de xp̃iano fuit effectꝰ:⁊ tñ fuit verꝰ impe
rator.ij.q.ix.iulianꝰ. Quarto. ſi hoc eſſet ve Quarta
rum ꝙ papa factꝰ hereticꝰ eſt iure diuino pri
uatus:hoc nõ eſſet ꝓpt̃ aliã cauſam niſi qꝛ he
reticus catholicis p̃eſſe nõ põt:ſ3 hoc nõ quo
niã hereticos ⁊ infideles prefuiſſe catholicis
⁊ catholicos illis obediuiſſe eſt manifeſtum.
Ioſeph eñ obediuit pharaoni:⁊ daniel nabu
chodonoſor: ⁊ xp̃iani plures infidelibꝰ impe
ratoribus ſeruierunt:ergo nõ eſt cõtra legem
diuinã ꝙ hereticꝰ vel infidelis fidelibus pre
ſit:ergo nõ eſt contra ſcripturam ſanctã ꝙ pa
pa hereticꝰ remaneat papa. Quinto ſic. ad Quinta
quem pertinet inſtitutio alicuius ad eundez
deſtitutio ſpectat eiuſdẽ. extra de here. cum
ex iniuncto: ſed papa non inſtituitur iure di
uino ſed eligentiuz electione canonica: ergo
nec papa deſtituitur iure diuino ſed ſi eſt de
ſtituendus oportet ꝙ ipm̃ deſtituant electo
res. Sexto ſic.talis pena pape heretici ſcil3 Sexta
priuationis in tota ſcriptura ſcripta nõ repe
ritur: ergo falſum eſt ꝙ papa hereticus diui
no iure ſit priuatus.conſequentia patz: ⁊ an
tecedens eſt manifeſtuz cum nullus locus in
lege diuina ſiue in veteri ſiue in nouo teſtamẽ
to reperiatur in quo talis pena contineat̃:er
go ⁊c̃. Tertia concluſio iſtorum ſic opinan Tertia cõcluſio
tium eſt:ꝙ crimen hereſis etiam manifeſtum
ex propria ſiue ſpecifica natura ipſius hereſis
non inducit quo ad homines effectum depo
ſitionis aut ſuſpenſionis in papa ipſo facto.
Hanc concluſionem probant ex gloſa decre
ti.diſt.xxi.nunc autem.ſuper verbo marcelli
nus.vbi querit gloſator: quare concilium nõ
depoſuit marcellinum de hereſi confeſſum:
reſpondit ꝙ dicit Hugo quia paratꝰ erat cor
rigi non deponitur.vt.xxiiij.q.iij.dicit aplus.
Ex quo dicto (vt aiunt) manifeſte inducit
prefata concluſio. Quarta concluſio. nul Quarta cõcluſio
lus canon nullaq̃ cenſura eccleſiaſtica aut
humana papam iam lapſum in hereſim de
ponit ſuſpendit aut priuat iuriſdictione pa

Probatio
pali. Probaṫ cōcluſio:qꝛ papa nō pōt incide
re in canonē:cū ſit ſupioꝛ canonibus. Conſe
Reſpōſio ad rationes pme opi.
quenter reſpōdere volētes ad rōnes pme opi
nionis arguētes ꝙ heretic⁹ cū ſit a coꝛpe pre-
ſciſus nō poſſit eſſe caput eccľie.dicūt:ꝙ mul
te ſunt cōnexiones in coꝛpe myſtico. Una eſt
charitatis ⁊ iſtā dicūt habere membꝛa eccľie
alia vero ſunt velut pꝛeciſa. Secūda ē in do-
nis nature.alia in ſimilitudine pticipatōnis
ſacramētoꝝ pſertim in vnitate baptiſmaṫ in
quo character impꝛimiṫ:in qua vnitate cōne
ctunṫ oēs q̄ baptiſma rite ſuſcepeṙt:etiā vbi
fidē actualē vel habitualeꝫ pdidiſſent.⁊ hoc
videṫ abſolute ſufficere ad hoc ꝙ aliquis rite
elect⁹ maneat caput eccľie quouſqꝫ fuerit per
ſentētiā diffinitiuā depoſit⁹. Hec ſunt verba
vnius magrī in quodā ſermone ſiue tractatu
de vnione intitulato.

Capitulū.xx.In quo reſpōdetur ad rationes factas pꝛo ſecunda opinione.

Caplm XX

Quoniam nobis
ſaluo ſemꝑ melioꝛi iudicio rōnabi
lioꝛ videṫ pꝛimus modus dicendi
atqꝫ beati Tho.doctrine quē ducē ⁊ magiſtrū
in oib⁹ huiuſmodi dubijs ſeq̄ndū duxim⁹ con
formioꝛ apparet:reſpōdebim⁹ ad rōnes indu
ctas ꝑ ſecūdo modo dicēdi. Obſeruabimus
aūt in reſpōdēdo oꝛdinē obſeruatū ab aduer-
ſarijs. Dicem⁹ eīn circa ſingulas cōcluſiones
eoꝝ q̄d nobis iuxta pmū modū dicēdi videṫ:
ſubiungentes reſponſa ad ſingulas rōnes ꝓ
Improbatio prime ꝯcluſionis ſecunde opinionis
eis inductas. Pꝛima aūt cōcluſio ex aduer-
ſo opinātiuꝫ nō videṫ vera in q̄ dicūt ꝙ papa
occulte in hereſim lapſus non ſit iure diuino
papatu ꝓuat⁹:qm̄ cū fact⁹ hereticus eſſet oc-
cultus ceciderit a petra fidei ſupꝛa quā toti⁹
eccleſiaſtici edificij fabꝛica ⁊ ptās conſurgit
neceſſario videṫ ꝙ a ptāte eccleſiaſtica ruerit
Nec rōnes inducte ꝑ aliter opinātes ꝓbant
Ad pmā ꝓbationē eius
aliquo modo intentū. Uñ ad pmā que ſumi-
tur de ca.Audiuim⁹.xxiiij.q.i.reſpōdeṫ ꝙ per
hoc q̄d in ca.illo dr̄ ꝙ eṗs ille ex quo talia pꝛe
dicare cepit neminē dānare potuit:nō argui
tur ꝙ occulte hereticus anteq̄ publice here-
ſim ſuam pꝛedicauit poſſet dānare aliquē:cū
gloſa in pꝛincipio eiuſdē queſtionis apertiſſi
me doceat contrarium ſic dicens.Sed tu dic
indiſtincte ꝙ ſiue veterem ſiue nouam here-
ſim ſequatur excōmunicat⁹ eſt:licet ſit occul-
tus:⁊ ideo aliū non pōt excōmunicare. extra
de here. ad abolendā. Alia tamē que agit te-
nent interim dum toleratur ar.iij.q.vij.§.tria
⁊ ſententia excōmunicatōis quā tulit tolerā-
da eſt dum ipe eſt occultus licꝫ ſit nulla. Et.ĩ.

Quia oīs hereticus eſt excōmunicat⁹ quan
tumcunqꝫ ſit occultus: ideo non poteſt alios
excōmunicare.vnde ſi ſcirem pꝛelatuꝫ meum
eſſe hereticuꝫ quia nouam fingit hereſim nec
tamen pꝛedicat:ſi me excōmunicaret celebꝛa
re poſſem in occulto non in aperto: qꝛ cū nō
poſſem pꝛobare illum eſſe hereticū ſic me ex-
cōmunicatū deponeret: ſed quid de alia ſen-
tentia.idem:quia nulla eſt ſentētia quā tulit
ſed tamē alia que agit tenent dum toleratur.
hec glo. Ex qua manifeſte apparet ratio ad-
uerſarioꝛum vacua. Ad ſecundā rationē in Ad ſecundam
qua arguiṫ de iuda ⁊ iudeis reſpondeṫ nō fa-
cere ad pꝛopoſitū.Tum quia illi nullam habe
bant iuriſdictionē ſpiritualē eccleſiaſticam.
Tum quia non pꝛobaṫ ꝙ illi in hereſim lapſi
fuerint ⁊ non fuerint in veritate puati pote
ſtate iuriſdictionis ſiquā habuerint. Ad ter Ad tertiam
tiam rationē cum arguitur ꝙ dubitari poſſet
⁊c.reſpondeṫ negando cōſequentiā:quoniaꝫ
q̄diu tolerareṫ valida reputarenṫ ea que agit
iuxta gloſam ſuperius inductam de ca. Audi
uimus.xxiiij.q.i. Ad quartā rationeꝫ in qua Ad quartam
arguitur ꝙ totus oꝛdo eccleſiaſtic⁹ cōfunde-
retur ⁊c.reſpondetur negando conſequentiā
ſm quoſdam alterius opinionis.dicunt enim
ꝙ cum vniuerſalis eccleſia regatur a ſpūſan-
cto nunq̄ deficiet in his que neceſſaria ſūt ad
ſalutē:licet in alijs deficere poſſet.vnde ſi pa
pa eſſet occultus heretic⁹ ⁊ per conſequens
papatu pꝛiuatus: ⁊ ideo illa que iuriſdictio-
nis ſunt exercere non poſſet:q̄uis poſſet face
re ea que ſunt oꝛdinis:deus eccleſie ſue pꝛoui
deret reuelando ei perfidiam pape: ⁊ ꝙ non
valuerunt quantum ad ea que iuriſdictionis
ſūt illa que fecit vel pꝛeſeruando aliquos epi
ſcopos per aliū modū ſibi poſſibilem licet no-
bis ignotum.Et ideo nullus oꝛdo eccleſiaſti-
cus neceſſarius ad ſalutem eccleſie vniuerſa
lis confunderetur licet multa ſine quibus po
teſt eſſe ſalus poſſent eſſe confuſa.pꝛeſeruaret
eīn deus ne confunderentur illa que vniuer-
ſali eccleſie ſunt neceſſaria ad ſalutem. Simi
lis videṫ eſſe reſponſio ſancti Thome in.iiij.
di.xxiiij.ad caſum in quo quidā nō baptizat⁹
ꝓmoueret in epm̄:vbi ita dicit.Illi quos ta-
lis oꝛdinat nō habent oꝛdinē:ſed tn̄ pie credi
pōt ꝙ quātū ad vltimos effect⁹ ſacramētoꝝ
ſumm⁹ ſacerdos ſuppleret defectū ⁊ ꝙ nō p-
mitteret ħ ita latere ꝑ q̄d periculū eccľie im-
minere poſſet.hec ſctūs Tho.Et ita in ꝓpoſi
to videṫ dicendū.Pꝛeterea rō illā aduerſarioꝝ
equaliṫ ꝯcludit ꝙ mulier nō pōt putari papa
⁊ haberi ꝓ papa:⁊ ꝙ pagan⁹ ⁊ infidelis repu-
tat⁹ tn̄ xpian⁹ ⁊ fidelis nō pōt haberi ꝓ papa

ſicut ꝙ papa hereticus ⁊ iure diuino papatu priuatus nō poteſt haberi ꝓ papa. Patʒ qꝛ ſi mulier vel paganus haberet̄ pro papa ⁊ de facto conſecraret epōs ⁊ ordinaret ac xp̄ianos ad dignitates eccleſiaſticas ꝓmoueret: non minus confunderet̄ eccleſiaſtica hierarchia ꝙ̄ ſi hereticus iure diuino papatu ꝑuatus putaretur a catholicis eſſe papa. licʒ em̄ ordinādo de facto ⁊ conſecrando nulli tribueret executionē officij: verūtamē ordinē conferret dūmodo formā ſuaret eccl'ie. mulier aūt aut paganus vel iudeus qui nunꝙ̄ fuit xp̄ianus nec executionē nec aliquē ordinē verum cōferret licʒ ſeruaret formā eccleſie. Cuʒ ergo conſtet ꝙ aliquādo mulier a cunctis catholicis putabatur papa ⁊ eadē rōne aliquis paganus vel iudeus retinens in corde infidelitatis perfidiam poſſet putari xp̄ianus ⁊ in papā aſſumi non ē incredibile ꝙ aliquādo heretic⁹ habeatur ꝓ papa licʒ verus papa nō ſit eo ꝙ iure diuino ſit papatu priuatus. Sic ergo conſtat ꝙ maior difficultas eſt ſi mulier habeat̄ ꝓ papa ꝙ̄ ſi papa fiat hereticus lʒ iure diuino ip̄o facto ſit papatu ꝑuatus. Et ideo ſi in caſu ſuperiori diuina ꝓuidentia eccl'iam ſuā ꝓtegente nō eſt ſecuta toti⁹ eccleſiaſtice hierarchie cōfuſio: multominꝰ ſequeretur in caſu prefato ſi papa occulte eſſet heretic⁹.

Improbatio ſecūde cōcluſionis ſecūde opinionis

Preterea nec ſecunda concluſio poſita ex aduerſo eſt vera in qua dicit̄ ꝙ papa factus hereticus manifeſt⁹ nō ſit ipſo iure diuino papatu priuatus. Eius em̄ oppoſita ſuperius tam auc̄tibus ſacre ſcripture ꝙ̄ canonū ꝙ etiā rōnibus ꝓbata eſt habere veritatē. Rationes aūt facte ꝓ concluſione illa etiā non ꝓcedunt vnde dicendū eſt ad illas.

Ad p̄mā ꝓbationem ſecūde opi.

Ad primā cum arguit̄ de ſacerdote ſummo veteris legis reſpondet̄ dupliciter. Primo negando minorē. dicit̄ em̄ ꝙ ſummus ſacerdos veteris legis eoipſo ꝙ efficiebat̄ hereticus fuit ſummo ſacerdotio ꝑuatus. nec tūc erat ſummus ſacerdos ſm veritatē licʒ extiterit ſm opinionē hominuʒ ſummus ſacerdos. Secūdo reſpondet̄ ꝙ nō eſt ſimile de ſacerdote ſummo antique legis ⁊ ſummo ſacerdote noue legis. Tum primo: qꝛ ſummus ſacerdos antique legis ſacerdotiū habuit iure ſucceſſionis: ſacerdos vero ſummus noue legis non. Tum ſecūdo qꝛ ſacerdotiū antique legis fuit carnale: ſacerdotium vero noue legis ſp̄uale

Ad ſecūdam

Ad ſecundā rationē cuʒ arguit̄ ꝙ papa non ſit deterioris cōditionis ꝙ̄ alij prelati: reſpondetur negando minorē. dicit̄ em̄ ab his q̄ ſunt prime opinionis: ꝙ omnes epiſcopi ⁊ prelati incurrentes prauitatem hereticam ſiue publice ſiue occulte iure diuino ſuis dignitatibus ſunt priuati: quia in his que ſūt ꝓprie religionis xp̄iane nulla poteſt eſſe cōmunicatio heretici ad fidelē. ⁊ ideo quantū ad illa que ſpiritualia ſunt hereticus fidelib⁹ preeſſe nō pōt Qđ ſic oſndit̄. Diſtinctio em̄ fidelis ⁊ infidelis non eſt ex iure humano canonico ⁊ ciuili ſed eſt ex iure diuino. Et idō ꝙ infidelis qualis eſt om̄is hereticus fidelibus in ſpiritualibus preeſſe non debeat eſt ex iure diuino. q̄re iure diuino om̄is hereticus om̄i prelatōne eccleſiaſtica videtur priuatus. quod ap̄ls. ij. ad Cor. vi. inſinuare videtur cum dicit. Nolite iugum ducere cum infidelibus. que em̄ participatio iuſticie cum iniquitate: aut que ſocietas lucis ad tenebras: que aūt conuentio xp̄i ad belial: aut que pars fidelis cū infideli: aut conſenſus templi cum idolis. In quibus verbis apoſtolus videtur precipere fidelib⁹ vniuerſis ne ſubſint infidelibus ⁊ ne cōmunicēt cum eis: qđ potiſſime veritatem habet quantum ad ſpiritualia ⁊ ea que ꝓpria ſunt religioni xp̄iane. Quis em̄ in temporalibus poſſint fideles ſubeſſe infidelibus ⁊ cōmunicare ip̄is in ſpiritualibus tamen eis ſubeſſe nō debent Et ita omnis hereticus cum ſit infidelis iure diuino omni prelatione eccleſiaſtica videtur eſſe priuatus: ⁊ ita minor illius ratōnis eſt falſa ſm opinionē iſtorū: que nobis videtur magis apparens. Et ad probationē eius reſpondetur. ꝙ licʒ epiſcopi inferiores ſummo pontifice ⁊ alij prelati ſi hereticaʒ incurrerēt prauitatem ſint iure diuino om̄i eccleſiaſtica prelatione priuati: tamen ex cauſa rationabili p eccleſiam poteſt diſpenſari vt reuerſi ad fidē ſuis dignitatibus reſtituantur: ⁊ talis reſtitutio vel eſt noua electio vel equiualens prouiſioni noue.

Ad tertiam

Ad tertiam rationē cum arguit̄ de imperatore ⁊ de regibus reſpondetur: ꝙ non eſt ſimile. Et ratio eſt: quia prelatio eccleſiaſtica introducta ē iure diuino ⁊ fundata ſupra petrā fidei. ex ordinatiōe em̄ diuina eſt ꝙ vn⁹ fidelis alijs fidelib⁹ in ſp̄ualib⁹ p̄ſit. Joh. x. Erit vnū ouile ⁊ vn⁹ paſtor. p̄latio xō ſecularis introducta ē iure hūano. Ex ordinatiōe em̄ humana eſt ꝙ vnus in temporalibus alijs preſit. Et ideo quia diſtinctio debet eſſe inter fideles ⁊ infideles quo ad ſpiritualia: nec in ſpiritualibus cōmunicāt ſed diſſentiunt: cuʒ in ip̄a fide q̄ fundamētū eſt oīm bonoꝝ: vt ait Aug. diſcordent. poſſunt aūt in tp̄alib⁹ cōcordare q̄ fidelib⁹ ⁊ infidelib⁹ ſunt cōia. Et ideo licʒ ꝑncipes ſeculares ꝙ̄uis efficiant̄ heretici non ſint iure diuino principatu ſeculari priuati: prelati tamen eccleſiaſtici ſi efficiantur heretici iure diuino ipſo facto principatu

Ad quartam ecclesiastico sunt ꝑuati. Ad quartā rōnē cū arguit̄ de causa: pȝ ex dict̄ rn̄sio. Dicim⁹ em̄ ꝙ causa ꝓpt̄ quā prelat⁹ factus heretic⁹ est ipo facto prelatōe priuatus est: qꝛ heretic⁹ nō pōt preesse in spūalib⁹ catholicis. Qđ vero inducitur de ioseph ⁊ daniele ⁊ alijs fidelib⁹ qͣbus prefuerūt infideles: nō est ad ꝓpositū: qꝛ presidentia illa in tēporalib⁹ fuit q̄ iure diuino non tollit̄ ab infidelibus sicut dictū est.

Ad quintā Ad quintā cum arguit̄ ꝙ ad quē pertinet institutio ⁊c. respondet̄ ꝙ hoc assumptū nō est generaliter verū. Metropolitanus potest confirmare consecrare ⁊ instituere electū in ep̄m ⁊ tn̄ destituere eundē minime valet. Preterea licet illud assumptū generalit̄ esset verū hoc tn̄ est falsum ꝙ ad illuȝ solū ꝑtinet destitutio alicui⁹ ad quē institutio spectat: qꝛ institutio sacerdotis ꝑtinet ad ep̄m ⁊ tamen supioꝛ ep̄o pōt destituere ip̄m. Et ita in ꝓposito nō seq̄t̄ ꝙ papa nō pōt destitui a iure diuino qđ est super om̄e ius humanū ⁊ oim̄ eligentiū potestatem: immo sibi de⁹ reseruasse in speciali dicit̄ destitutionē summoꝝ pon. iuxta ca. Electionem. di. lxxix. vbi scūs anaclet⁹ papa ita dic̄. Electionē summoꝝ pon. sibi dn̄s reseruauit: licȝ electionē eoꝝ bonis sacerdotib⁹ ⁊ spūalibus populis cōmisit: vbi dicit glo. Et ita fallit regula ad quē spectat institutio ⁊ destitutio. xvi. q. v. visis.

Ad sextam Ad sextā rationē cū arguitur ꝙ nō reperit̄ in sacra scriptura. respōdet̄ negando hoc. ⁊ ad ꝓbationē respōdet̄ ꝙ ⁊ si explicite sub formalib⁹ verbis nō habeat̄ de sacra scriptura de priuatiōe officij prelatōnis pape aut cuiuscunqȝ alteri⁹ ecclīastici prelati facti heretici: nihilomin⁹ habet̄ implicite sub alijs verbis in sacra scriptura: sicut patuit ꝑ multas auctēs superius in ca. xviij. inductas ex qͣbus manifesta ꝯsequētia videt̄ haberi ꝙ papa ⁊ prelat⁹ quisqȝ ali⁹ ecclesiastic⁹ factus ꝑtinax heretic⁹ sit prelatiōe priuat⁹. Plane q̄ iure diuino nō est sequēdus sed fugiēdus: cui nō est cōicandū aut obediendū ſȝ ꝯtradicēdū qui nō est suscipiēdus nec salutādus: qui non est sustinēdus ſȝ poti⁹ interficiēdus: videt̄ spirituali ꝑlatōe quā sup fideles habȝ eodē iure ꝑuatus.

Improbatio tertie cōclusionis secunde opinionis Preterea nec tertia ꝯclusio ex aduerso opinantiū videt̄ esse vera ſȝ magis opposita: nec ratio inducta ꝓbat intentū eoꝝ. Ptȝ ꝑmū: qm̄ cū ꝑ heresim homo cadat a petra fidei supra quā oīs ecclīastica auctas fundata est: heresis ex sua natura specifica videt̄ inducere depositionē ab om̄i ecclesiastica dignitate in eo q̄ in heresim labit̄ ⁊ ei ꝑtinacit̄ inheret. Secundū etiam videlicȝ ꝙ ratio eorum quam inducunt ex glosa decreti in ca. Nunc autē. dist. xxi. non ꝓbat intentū. patet: quoniā cum nos loquamur de heretico proprie dicto qualis est qui in heresi in quā lapsus est habȝ pertinaciā: non videt̄ ad ꝓpositū aduersariorum aliqđ facere glosa illa: qm̄ marcellinus nūꝙ̄ fuit hereticus ꝑtinax. Tum qꝛ licȝ timore mortis superat⁹ idolis thurificasset: nunꝙ̄ tamē mente contra aliquē articulū fidei errauit. Tum etiā qꝛ parat⁹ esset corrigi.

Improbatio q̄rte cōclusionis. Ceterū quarta ꝯclusio ex aduerso opinantiū nō videtur vera: immo cōclusio opposita eius ē vera: videlȝ canon ecclesiastic⁹ in casu heresis etiā ligat papā sicut aliū.

Ad ꝓbationē Et ad ꝓbationē cū dicitur ꝙ papa sit superioꝛ canonib⁹ ⁊ solutus sit ab eis respōdet̄ ꝙ hoc falsum ē de papa facto heretico. talis em̄ in casu heresis ligat̄ penis canonū sicut alius quisqȝ. Qđ m̄ltiplici testimonio pȝ. Imprimis ē ca. Si papa. di. xl. vbi dr̄ papa venire iudicandus si dep̄hendat̄ a fide deuius. vbi glo. ponit ꝙ papa nō possit instituere ꝙ nō posset accusari de heresi: qꝛ ex ħ periclitaret̄ tota ecclīa. Itē glo. in. c. Achati⁹ xxiij. q. i. dicit sic. Hic ē casus in quo papa papam ligare pōt: in quo papa in canonem late sentētie incidit. Nec huic obuiat regula illa. Par parē soluere vel ligare nō pōt: qꝛ si papa hereticus ē: in eo ꝙ heretic⁹ minoꝛ est quolibȝ catholico. xij. q. i. scimus. Hoc idē dicit Hugo in ca. Inferioꝛ. dist. xxi. sub his verbis. Cū papa cadit in heresim nō iam maioꝛ ſȝ minoꝛ quolibet catholico intelligit̄. Item dn̄s Archi. sup ca. In fidei fauorem. de here. li. vi. dic̄ sic. Tant⁹ est fauoꝛ fidei ꝙ de crimie heresis etiā occulto potest papa accusari. xl. dist. si papa. Ad idē est scūs Tho. in. iiij. dis. xix. loquēs de correctōe fraterna q̄si in fi. ar. ij. di. sic. Nō em̄ prelati a subditis corā multitudine: sed humiliter in ꝑuato corripiēdi sunt: nisi immineret periculū fidei. tūc em̄ prelat⁹ minoꝛ fieret si in infidelitatē laberetur ⁊ subditus fidelis maioꝛ. hec ille. Item idem sanctus Thomas in iiij. dist. xviij. in materia de excōmunicatione respondens ad illud Gala. i. Si angelus de celo aliud euangelizauerit anathema sit. vbi videtur ꝙ apostolus qui erat inferioꝛ angelū excōmunicauerit qui superioꝛ erat. respondet ꝙ apostolus loquitur sub hypothesi. i. si poneretur angelus peccasse: sic em̄ non esset apostolo superioꝛ. Item Raymundus in summa titulo de heresi. §. ij. dicit. Punitur hereticus quattuoꝛ modis scilȝ excōmunicatione: depositione: rerum ablatione: ⁊ militari persecutione. Excommunicatione: quia hodie omnis hereticus siue occultus siue manifestus est ipso iure excommunicatus. xxiiij. q̄stiōe. i.

et.ij.⁊ extra de here.ad abolendã.Depoſitiõe:
q̃r idiſtincte ſiue ſit cleric⁹ ſiue laic⁹ papa vel i
perator vel quilꝫ alius iferior dꝫ deponi ab oi
dignitate:vt.xl.di.ſi papa.xxiij.q.i.ſi ꝯ pacem
extra de here.ad abolendã.Cõcordat Goff.et
Hoſti.⁊ Jo.in ſumma ⁊c̃.Ex quib⁹ manifeſte
habet̃ ꝙ i caſu hereſis ita penis canonicꝫ ſubij-
cit̃ papa ſicut ⁊ quilꝫ ali⁹.Un̄ in ſexta ſynodo
Honori⁹ papa ꝯdẽnat̃:q̃r dr̃ negaſſe in xp̃o du
as volũtates ⁊ duas operationes. Preterea

Improbatio re-
ſponſionis ad ra
tiones cap.xviij.

rñſio data per aliquos ex aduerſo opinãtes ra
tionib⁹ prime aſſertionis nõ videt̃ ſatiſfacere
Pro quo notandũ iuxta ſanctũ Tho.in.iij.ſen
tẽtiarũ.di.xiij.ꝙ in corꝑe naturali reꝑit̃ q̃dru-
plex vnitas adinuicẽ.Prima eſt ſm ꝯformita
tem nature:qm̃ oĩa mẽbra cõſtant ex ſil'ib⁹ ꝑti
bus ⁊ ſunt vni⁹ rõnis:ſicut man⁹ ⁊ pes ex car
ne ⁊ oſſe.⁊ ſic dicũtur vnũ genere vel ſpẽ. Se
cunda eſt ſm colligationẽ eoꝝ adinuicẽ ꝑ ner
uos ⁊ iũcturas.⁊ ſic dicũtur vnũ ꝑ ꝯtinuatõeꝫ
Tertia eſt ſm quã diffundit̃ vitalis ſpũs ⁊ vi-
res aĩe per totũ corpus.Quarta eſt ſm ꝙ oĩa
membra ꝑficiũtur per aĩam q̃ eſt vna numero
in oĩbus membris.Et he quattuor vniones re
periũtur in corꝑe myſtico.Prima eſt inquan-
tũ oĩa mẽbra ſunt vnius nature vel ſpecie vel
genere. Scõa eſt inquantũ colligant̃ adinui-
cem per fidem q̃r ſic ꝯtinuant̃ in vno credito.
Tertia eſt ſm ꝙ viuificant̃ ꝑ gratiã ⁊ charita
tem.Quarta eſt ſm ꝙ in eis eſt ſpũſſanctus q̃
eſt vltima ꝑfectio ⁊ principalis toti⁹ corporis
myſtici q̃ſi aĩa in corpore naturali. Prima di-
ctarũ vnionũ non eſt vnio ſimpliciter:q̃r id in
quo eſt vnio hec non eſt vnũ nũero ſicut in tri
bus ſequentibus.q̃r ꝑ fidem ⁊ charitatẽ vniũ
tur in vno credito ſm numerũ ⁊ amato.Silr̃
ſpirituſſanct⁹ vnus numero oẽs replet nume-
ro hoĩes.ergo infideles nõ pertinent ad vnio-
nem corporis eccleſie ſm ꝙ eſt vnum ſimplici
ter.Et ideo reſpectu horum xp̃s nõ eſt caput
niſi in potentia ſm ꝙ vnibiles ſunt corpori.
Homines autem fideles pertinẽt aliquo mo-
do ad vnitatem eccleſie inquãtum continuã-
tur ei per fidem que eſt vnitas materialis:nõ
tamen poſſunt dici membra proprie ſicut nec
membrũ mortuum niſi equiuoce.⁊ ſicut opera
tiones que ſunt ad alterũ poſſunt aliquo mo
do fieri per membra arida vt percutere vel ali
ud hmõi:nõ tamen operationes anime in mẽ-
bris. Ita nec mali recipiũt opera ſpiritualis
vite a ſpirituſancto: ſed tamen ſpirituſſanct⁹
per eos operatur ſpiritualem vitã in alijs ſm
ꝙ alijs ſacramenta miniſtrant vel docẽt. Ho-
mines fideles in gratia exiſtentes vniũtur ſm
tertiam vnionem que eſt formalis reſpectu ſe
cũde:⁊ iterum ſm quartam que eſt completi-
ua totius.⁊ ideo horum xp̃us ꝓprie eſt caput.
hec ſanctus Thomas.Ex quibus dictis ſan-
cti thome habetur iſta fundamẽtalis conclu
ſio videlꝫ ꝙ ad hoc ꝙ quis ſit membrũ eccl'ie
requirit̃ ꝙ in aliquo vno ſimplicit̃ qꝺ eſt vnũ
numero vniatur alijs eccl'ie membris. Hinc
ſequit̃ correlarie ꝑmo ꝙ nec nature conformi
tas nec cõuenientia in donis facit aliquẽ eſſe
de vnitate corporis eccl'ie aut membrũ eius
patꝫ.Tum ex cõcluſione.Tum q̃r alias om̃es
homĩes etiã infideles ⁊ etiã damnati dicerẽ
tur pertinere ad corpus eccl'ie tanꝙ ei⁹ mem
bra quod ẽ abſurdũ. Secũdo ſequit̃ ꝙ etiam
vnitas in participatiõe ſacramentoꝝ ſine fi-
de nõ ſufficit ad hoc ꝙ quis ſit aut dicat̃ mẽ-
brum eccl'ie.ptꝫ.Tum ex cõcluſione.Tum q̃r
doctrina eſt ſanctoꝝ:ꝙ om̃is heretic⁹ q̃ tñ pre
ſupponit̃ alias xp̃ianã religionẽ in ſacro ba-
ptiſmo ſuſcepiſſe:ẽ ſeparat⁹ ⁊ preſciſus a cor-
pore eccl'ie. Hinc eſt ꝙ licꝫ character baptiſ-
malis ſufficere videatur ad hoc ꝙ quis ſit ca
pax ꝑtãtis ſacramẽtalis q̃ dat̃ in ordine: non
tñ ſufficere videt̃ ad ſuſceptionẽ ꝑtãtis iuriſ-
dictionis ſpũalis nec ꝑ cõſequẽs ad rõnẽ ca-
pitis cuius ẽ influere corpori cui⁹ eſt caput ſpi
ritualẽ influxũ:alias apoſtate a fide ⁊ ãtixp̃s
poſſent eſſe caput corporis xp̃i qꝺ eſt eccl'ia:
⁊ ꝙ hi q̃ ſũt mẽbra dyaboli ⁊ nullo modo per-
tinent ad corp⁹ xp̃i ſint caput corporis xp̃i qꝺ
videt̃ abſurdũ.Tertio ſequit̃ ex predicta con
cluſione ꝙ ad hoc vt q̃s dicatur membrũ ec-
cleſie ſit neceſſe ꝙ aut fide aut charitate aut
vtraqꝫ vniat̃ alijs eccleſie membris.Patꝫ ex
concluſione:quia ſolum ꝑ has virtutes theo-
logicas ſit vnio in vno ſm numerũ videlꝫ cre
dito ⁊ amato. Quarto ſequit̃ ꝙ cadentes a
charitate tenẽtes tñ fidẽ integrã non dicunt̃
membra preſciſa.Patꝫ quia adhuc manet in
eis vnitas materialis que dicit̃ cõtinuatiõis
ſicut ſunt mẽbra arida ſiue mortua in corpore
aliquo:vt pꝫ ex dictis. Quinto ſequit̃:ꝙ ad
hoc ꝙ quis ſit caput eccl'ie ſiue prelatus ⁊ ſpi
rituſſanct⁹ per eũ operet̃ vitam in alijs ſpũa-
lem:ſufficit ꝙ ſit corpori eccleſie vnitus ꝑ fi-
dem etiã informẽ. Ptꝫ ex dictis ſupra ſancti
Thome. Sexto ſequitur:ꝙ qui nec fide nec
charitate eſt corpori eccl'ie vnitus nõ põt ca-
put eſſe corporis eccl'ie aut prelatus ſpũalis
in ea. Patet q̃r vt dictũ eſt ſine fide aut cha
ritate nemo poteſt eſſe membrũ eccleſie vt ꝓ-
batum eſt:⁊ per conſequens nec caput eius.
Septimo ſequit̃:ꝙ qui per infidelitatẽ defi-
niunt eſſe mẽbra eccl'ie cadũt ab om̃i ꝑtãte ſpi
rituali eccl'iaſtice iuriſdictiõis quã ſpũſſctũs

dederat eis ad regimen ſpūale corpis eccleſie
patet ex dictis. Item ex illo Inno.pape in.c.
heretici.xxiiij.q.i.vbi dicit. Heretici cū a fide
catholica deſtiterit pfectionē ſpūs quā acce=
perāt amiſerūt. Quod nō videt exponēdum
de ſanctitate cū etiā p quodlibet pctm̄ morta
le amittat ſanctitas: ſed videt exponendū de
pfectione ptātis ⁊ honoris eccl'iaſtice. vnde i
c.ſequēti dicit Cypa. Didicimus oms omino
hereticos nihil habere ptātis atq iuris. In
quo videt manifeſte dicere ꝙ heretici nō tm̄
executionē ptātis iuriſdictiōis: ſ; etiā ſubſtan
tiam poteſtatis pdūt. Que oīa ſunt dicta ſal
uo ſemp meliori iudicio.

Capitulum.xxi. Qui dicant credētes hereticorū: fau
tores. receptores. ⁊ defenſores eorum.

Cap̄ XXI

**Cum nō ſolum**
heretici ſed etiā credētes. fau
tores. receptores. ⁊ defēſores
eoꝝ excōmunicatōnis ſniam
incurrāt. vt ptz in.c.ſicut ait.
extra de here. ⁊.c.excōicamus. poſtq̄ expoſui=
mus qui ſunt vocādi heretici: exponendū iaz
eſt qui dici debeāt credētes eoꝝ. fautores. re=
ceptores ⁊ defenſores eoꝝ. Credētes autē

Credētes hereti=corum.

hereticoꝝ dicunt tripl'r. Primo quidē q̄ cōfi=
tent ſe credere ita ſicut illi credūt. Nam ex er
rore ſuo ſe iudicāt ⁊ hoc ſine dubitatione veꝝ
eſt. Secūdo dicunt credētes hereticoꝝ qui
adorāt eos qui reuerētiā ſuo more eis exhibēt
Tertio qui confeſſionē ⁊ cōionē ab eis iuxta
eoꝝ ritum acceperūt vel ſimilia ppetrarūt q̄
ad ritum eoꝝ ptinēt. oms em̄ tales pfecto cre
dentes fuiſſe cōuincunt. Nam ex factis exte=
rioribus p̄ſumit de affectu. ar. xxxij.q.v. qui vi
derit. C. de dolo. l. dolū. Nec em̄ refert vtrū di
ctis an factis quis voluntatē ſuā inſinuet. ff.
de le. ⁊ ſen. cō. l. deſtituāt. Nam negare ⁊ con=
fiteri nō ſolum ore ſed etiā facto cōtingit. xi.
q.iij. exiſtimāt. Fautores vero hereticoꝝ di=

ffautores

cunt multipl'r. Primo quidē qui publica po=
teſtate fungētes ſi condēnatos ab eccleſia fu
gant ⁊ nō puniāt. ⁊ ꝙ ex hoc fautores intelli
gant ad l'ram pbāt canones poſiti. xxiij.q.iij.
ſicut eſt.c.qui poteſt: quod eſt Damaſi pape
ſic dicētis. Qui poteſt obuiare ⁊ pturbare p=
uerſos ⁊ non facit: nihil eſt aliud q̄ fauere im
pietati. Ad idem eſt.c.qui vitijs.i.q.v. ⁊ c.pre
terea.q.viij. eiuſdē cauſe. Priuate aūt pſone q̄
ad h̄ videlz ad detinēdū fugientes hereticos
nec ex officio nec ex p̄ſtito iuramēto tenent:
nō vident fautores hereticoꝝ dicēdi: q̄a hoc
nō ad eos: ſed ad eos ptinet qui ptāte fungūt
Scdo fautores eſſe iudicant verbo qui excu=
ſant eos nō ex lingue lubrico ſed a ppoſito in
cōuenticulis vel etiā inter laicos ſicut ſūt mul
ti dicētes. Iſti nō ſunt tales. ſ. heretici q̄les eē
dicunt nec negāt iſta nec illa. Tales aūt p mē
dacia excuſantes eoꝝ exceſſus pn̄t vere fauto
res dici: habita ꝯſideratōe pſonarū tpis ⁊ loci
⁊ locoꝝ. Plerūq em̄ verba taliū ſimplices ho
mines ad hereticoꝝ amorē puocāt ⁊ deuotio
nē quā hn̄t ad eccleſiā minuūt ⁊ eneruāt. Ter
tio dicūtur fautores hereticoꝝ facto: qui pcu
rant q̄ mittūt hereticꝭ alimoniā q̄ eos liberāt
q̄ ea q̄bꝰ liberant ſubminiſtrāt ⁊ ſic̄ ſunt ſilia.
Et eſt ar. q̄uis pbatiōe nō egeat. xxiij. q.iiij.c.
eſt iiuſta mia. Quarto q̄ extirpationem hereti
coꝝ ipediūt. Itē nō dant ad id operā quā pn̄t
ſm maiꝰ vel minꝰ: ⁊ h̄ ſm ꝯſiderationē diuer=
ſarū circūſtantiarū. Quinto fautores hereti=
coꝝ eē vident: qui hereticos zelāt cū eos poſ=
ſint ⁊ debeāt iudicare. Sexto dicūt fautores
q̄ eos occultādo ſeu aliter ipſoꝝ excōicationē
vel incarceratōem vel punitionē malitioſe i=
pedire p̄ſumant aut captos aut incarceratos
relaxant pter voluntatē eccleſie. Itē ſeptimo
poſſent dici fautores etiā qui req̄ſiti ab ep̄o vl'
inq̄ſitore neq̄ter recuſāt vel p̄mittūt iuuare
eos q̄ p̄fatos hereticos cape cupiūt. Preterea

Receptores

receptores dicunt q̄ ſciēter hereticos recipiūt
ſiue latēter ſiue manifeſte. Ceterū defenſo=

Defenſores

res dicūtur pmo q̄ defendūt errorē hereticoꝝ
⁊ iſti dānabiliores ſunt illo q̄ errat: ⁊ non ſolū
heretici ſed hereſiarche dr̄. xxiiij.q.iij. q̄ alios
Secūdo dicūtur defenſores qui defendunt p
ſuis viribꝰ vel potētia ne ad manꝰ iudicis eue
niat examinādus vel puniēdꝰ. Et de ſili defē
ſione loquit canon. xxiiij.q.iij. in mltis capl'is
q̄ōis ⁊. xxvij.q.i. ſi cuſtos. Quilz talis credēti

Pena p̄dictoꝝ

um fautoꝝ ⁊ receptoꝝ ac defenſoꝝ hereticoꝝ
ē excōicatꝰ: ⁊ ſi nō ſatiſfecerit ifra ānū tūc ipo
iure eſt ifamis nec ad publica officia ſeu cōci=
lia nec ad eligenduz aliquos ad hmōi: nec ad
teſtimoniū dz admitti. nec pōt ꝯdere teſtamē
tū nec ad alicuiꝰ hereditatis ſucceſſionē acce=
dere. nullꝰ quoq ei ſup quocunq negocio ſ; ip
ſe alijs cogeret reſpōdere. ſi iudex ē eiꝰ ſnia nō
valet. ſi aduocatꝰ nō admittit eiꝰ patrociniū.
ſi tabellio nō valent eiꝰ inſtrumēta. ⁊ ſic de ſili
bus. Si vero ſit clericꝰ ab omni officio ⁊ bn̄ficio
debet deponi. Et illi q̄ tales poſtq̄ ab eccleſia
fuerint denoīati euitare ꝯtēpſerint dn̄t excōi
cari. Probant hec oīa extra de here.c.excōica
mus. Itē oēs clerici qui talibꝰ exhiberēt eccle
ſiaſtica ſacra vel traderēt eccl'iaſtice ſepultu=
re aut elemoſynas aut oblationes eorum re=
ciperēt dn̄t priuari ſuo officio: ad qd̄ nunq̄ re=
ſtituent ſine idulto ſedis aplice ſpāli. Silr et

regulares quoꝝ etiã ꝑuilegia in illis locis nõ ſeruenť eis.vt in predicto.c.excõicamus. §.ſane clerici.

Capitulum.xxij. De abiurationis forma obſeruãda per hereticos cum contingit eos ad fidem ⁊ ad eccleſiam redire.

Cap. XXII

Romã nulli hereticoꝝ ad fidẽ redeũti eccleſia ſancta dei gremiũ ſuũ claudit: reliquũ eſt vt dicamus in fine huius vltime ꝑtis de modo receptiõis eoꝝ et forma abiurationis. De quacũq; hereſi q̃libet conuertať nõ eſt recipiẽdus niſi ad arbitriũ ſui epi vel inq̃ſitoris fidei abiurata ⁊ anathematizata hereſi. Ait ei Leo papa ſcribẽs Januario epõ Aquilieñ.⁊ habeť in.c. ſaluberrimũ.i.q.vij.Saluberrimũ inquit ⁊ ſpiritualis medicine vtilitate vtiliſſimũ eſt: vt ſiue pbri ſiue dyaconi aut cuiuſlibz ordinis clerici qui ſe correctos videri voluerint atq; ad catholicam fidem quã pridẽ amiſerãt rurſum reuerti ambiũt:primos errores ſuos ⁊ ipos auctores erroris a ſe dãnatos ſine ambiguitate fateantur ⁊ ſenſib⁹ prauis etiã pemptis nulla deſperandi ſit occaſio nec vllum mẽbrũ taliũ poſſit ſocietate violari:cũ ꝑ omnia illis ꝓfeſſio propria ceperit obuiare:hec ille. Hinc Epheſina ſanctiſſima ſynodus vna de q̃ttuor ꝑncipalibus de neſtorio epo: ſeũ heretico ita cõſtituit Conſequẽs eſt inq̃t ſi reſipiſcere volueris:vt iureiurando fatearis et anathematizes tua polluta ⁊ ꝓphana dogmata:ſentias aũt ⁊ doceas que nos vniuerſi ꝑ orientẽ ⁊ occidentez epi ⁊ magri ꝑſules populoꝝ credimus ⁊ docem⁹. Hinc in actiõe eiuſdẽ ſynodi.c.xv.eiuſdẽ forma iuramẽti exꝑmiť in hũc modũ.Ego hyſici⁹ agnoſcẽs verã fidẽ orthodoxã ⁊ accedẽs ad ſctiſſimã ⁊ catholicã ecckiam anathematizo oẽm hereſim ⁊ maxime.N.in qua errabam aſſentio aũt ꝑſcripte expoſitioni catholice fidei anathematizãs eos q̃ nõ celebrãt ſanctuz dei paſcha iuxta morẽ apoſtolice ⁊ catholice ecckie.⁊ iuro ꝑ ſanctũ omoſyon.i.trinitatẽ.et ſi quid ex his labefactauero legum ſeueritati ſubiacebo.⁊ expoſitioni mihi recitate ſubſcripſi manu ꝓpria:hec ibi. Hanc formã iuramẽti inq̃t dñs Aymarus in lib. de ſynodis.ſctã romana eccleſia de hereticis cõuerſis eligere cõſueuit. Apud practicã aũt inq̃ſitoꝝ fidei: forma abiuratõnis heretici poſt cõfeſſionem ſue hereſis ãte penitẽtie impoſitionẽ plenior habeť ſub tali verboꝝ ſerie.Ego.N.recognoſco ⁊ confiteor coram vobis dñis me erraſſe in predictis.⁊ ſuper his corde contrito et humiliato abſolutionẽ ⁊ penitẽtiã reqro:et hãc hereſim ⁊ oẽm aliã quocũq; noie cenſeať abiuro ⁊ ꝓmitto ꝙ decetero ſuabo illibatã fidẽ quã romana tenet ecckia ⁊ ꝑdicat: ⁊ ꝙ hereticos ⁊ credẽtes eoꝝ toto poſſe meo ꝑſequar: ⁊ tam eos q̃ eoꝝ fautores receptores et benefactores bona fide ⁊ ſine dolo ⁊ ſine mora manifeſtabo ecckie vel ꝑlato:⁊ pniam que mihi ꝓ dicta mea culpa iniungeť integre ſeruabo et cõplebo.⁊ volo ⁊ concedo ꝙ ſi ab hac hora in antea cõtigerit me relabi ad eundẽ errorẽ vł aliũ cuiuſcũq; hereſis quocũq; noie cenſeatur errando forte in aliquo caſu vel credendo ſeu fidem habẽdo errãtibus vel eos vel credẽtes eoꝝ recipiẽdo ſciẽter aut defendẽdo aut fouẽdo dicto vel facto aut eis benefaciẽdo qualiť cũq; eos vel celãdo aut nõ manifeſtãdo bona fide ⁊ ſine mora.vel ſi pniam iniũctã a vobis integre nõ ſuauero ⁊ ꝑfecte nõ cõpleuero ab inde ipo facto habear excõicatus ⁊ piurus et hereticus manifeſtus:⁊ me ergo iudico:ita ꝙ ſine ampliori cognitõe ⁊ ſnia q̃ iure relapſis ⁊ manifeſtis hereticis indiciť mihi pena imponať. Inſup aſſero ⁊ ꝓteſtor me purã ⁊ totam veritatẽ de me ⁊ alijs inq̃rum ſcio dixiſſe ⁊ ſi forte cõſtare poterit me malitioſe de veritate aliq̃d ſuppꝛeſſiſſe vel tacuiſſe imponẽda vel iniungẽda mihi a vobis pnia ſeu abſolutio obtenta vel obtinẽda nihil mihi ꝓſit.

Capitulum.xxiij. In quo narranť varie antique hereſes ab eccleſia dei cõdẽnate:⁊ primo que in prima ſinodo Nicena.

Cap. XXIII

Romiã non parum cõmoditatis arbitrati ſum⁹ afferre pñti tractatui de hereſibus:ſi in ꝓmpto ex eo poſſit haberi notitia q̃ hereſes ſuꝑioribus tꝑibus ꝑ ſanctos patres in ecckia ſunt ꝯdẽnate. Idcirco decreuimus q̃tuz poſſibile nobis fuerit ħ ſub breuitate cõmemorari errores ⁊ hereſes q̃ ꝑ ecckiaz dei ſiue in cõcilijs ſiue ꝑ ſedẽ apoſtolicam reprobate inueniunť. Incipimus autẽ ab vniuerſali ſynodo Nicena dicẽtes:ꝙ venerabilis ⁊ ſancta ſynodus Nicena.cccxviij.patrum ꝯdẽnauit Arriũ peſſimũ hereticũ cũ cõplicib⁹ ſuis q̃ inter alios errores quos dogmatizauit tres gradus aſſerebat in trinitate: patrem.ſ.maiorẽ filiũ minorẽ.ſpm ſanctũ creaturam vel ſeruũ.Cuius quidẽ Arriane perfidie de inequalitate ſancte trinitatis cõdemnata blaſphemia eadẽ ſancta ſynodus ꝯſubſtãtialem deo patri filiũ ꝑ ſymbolum diffiniuit.vt in.c.canones.diſtin.xv.

Cap.xxiiij. In quo narranť hereſes cõdẽnate in cõcilio romano celebrato rome poſt cõciliũ Nicenum

Ca. XXIIII

Eterū in cōcilio romano qđ poſt cōciliū nicenū. eſt rome celebratū anathemati ʒate ſunt plures hereſes. De qui bus. ſ. ↄcilio ⁊ hereſib⁹ in eo ↄdēnatis Dama. papa loq̄tur vt patet in lib. conciliorum hoc modo ſcribens ad Antiochenum epiſcopum.

Poſt Nicenū ↄciliū aliud in vrbe roma cō gregatū eſt poſtea a catholicis ep̄is: qui addi derūt de ſpūſctō. Et q: poſtea talis error exor tus ē vt q̄dā dicere ꝓphano ore p̄ſumant ſpm̄ ſcm̄ ꝑ filiū fuiſſe fctū. iō anathēatizam⁹ eos q̄ nō cū oī predicāt libertate cū p̄re ⁊ filio ſpm̄ ſanctū vni⁹ eiuſdēq; ſube atq; ꝑtātis exiſtere.

Siłr ārā anathematizam⁹ eos q̄ errorē Sa bellij ſūt ſecuti: eūdē dicētes eē p̄rē quē ⁊ filiū

Anathematizam⁹ Arriū ⁊ Eunomiū q̄ ſilī i̇pietate: lʒ verbis diſcrepent: filiū tamen ⁊ ſpi ritūſanctū creaturā eſſe confirmant.

Anathematizam⁹ macedōianos q̄ ex arria na radice deriuati nō impietatem: ſed vocabu lum mutauerunt.

Anathēatizam⁹ ꝓfocinū qui Ebeonis here ſim renouans dn̄m noſtrū ieſum xp̄m ſolum ex Maria confitetur.

Anathema tizam⁹ etiā eos q̄ duos filios eſ ſe ꝓfitentur vnum ante ſecula ⁊ alterum per carnis aſſumptionem ex virgine.

Anathematizam⁹ etiā eos q̄ ꝓ aīa rōali cō firmāt q: dei verbū in humanā carnē cōuerſū eſt: ipſe nāq; fili⁹ dei verbū nō p̄ro rōnali aīa ⁊ intelligibili in ſuo corpe fact⁹ eſt: ſʒ noſtrā hoc eſt rationalē aīam ⁊ intelligibilem aīam ſine peccato aſſumpſit atq; ſaluauit.

Anathematizam⁹ etiā eos q̄ dicūt verbū dei ꝓductione ⁊ correptione a patre ſeparatū ⁊ ſine ſuba eū terminandū eſſe blaſphemant.

Si quis nō dixerit ſꝑ patrē ⁊ ſemꝑ filium ⁊ ſemꝑ ſpm̄ſanctum eſſe anathema ſit.

Si quis nō dixerit filiū natū ex patre hoc eſt ex diuina ei⁹ ſubſtantia anathema ſit.

Si q̄s nō dixerit verbū dn̄i filium dei ſicūt verum deum patrem eius ⁊ oīa poſſe ⁊ omnia noſſe ⁊ patri equalem eſſe anathema ſit.

Si quis dixerit ꝙ in carne degēs filius dei cum eſſet in terra in celis ⁊ cum patre nō fue rit: anathema ſit.

Si quis dixerit ꝙ in paſſione crucis dolorē paſſus eſt fili⁹ dei de⁹ ⁊ nō caro cū aīa q̄ idutā eſt als q̄ induerat formā ſerui quā ſibimet aſſū pſit ſicut ſcriptura dixit anathema ſit.

Si q̄s nō dixerit q: in carne quā aſſumpſit ſedet ad dexterā patris: in qua etiā ventur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: anathema ſit.

Si quis nō dixerit ſpm̄ſanctū ex patre eſſe vere ⁊ ꝓprie ſicut ⁊ filiū ex diuina ſubſtantia et verum deum: anathema ſit.

Si quis nō dixerit oīa poſſe ſpm̄ſanctum et omnia noſſe ⁊ vbiq; adeſſe ſicut ⁊ filium et patrem: anathema ſit.

Si quis dixerit ſpm̄ſanctum facturā aut ꝑ filium factum: anathema ſit.

Si quis nō dixerit oīa per ipm̄ filiū ⁊ ſpm̄ ſanctum feciſſe patrē hoc eſt viſibilia ⁊ inuiſi bilia: anathema ſit.

Si quis non dixerit patris ⁊ filij ⁊ ſpūſcti vnam diuinitatem ꝑtātem deitatem ꝟtutem vnam gloriā dn̄ationē imperiū vnam volun tatem et veritatem: anathema ſit.

Si quis tres pſonas non dixerit veras pa tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti equales ſemꝑ viuētes omnia continētes viſibilia ⁊ inuiſibilia omni potētes omnia iudicātes oīa viuificātes oīa creantes omnia ſaluātes: anathema ſit.

Si quis nō dixerit ſpm̄ſanctū adorādum ab vniuerſa creatura ſicut ⁊ filiū ⁊ patrē anatħ.

Si quis de patre ⁊ filio bene ſapit de ſancto aūt ſpū nō recte crediderit hereticus eſt. quia oēs heretici de filio dei ⁊ ſpūſancto male ſa pientes in iudeoꝝ atq; gentiliū incredulita te conſiſtere cōuincunt: anathema ſit.

Si q̄s aūt diuiſerit deū patrē dicēs ⁊ deū fili um eius ⁊ deū ſpm̄ſctm̄ affirmās: deos dicit et nō deū ꝓpter vnā deitatē atq; ꝑtātē quam eē credimus ⁊ nouimus p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſcti: ſubtrahēs ꝟo filiū ⁊ ſpm̄ſanctū tanq̄ ſolū opi nat⁹ patrē deū ſit anathema. Nomē eīm deoꝝ ⁊ oībus ſanctis a deo poſitū eſt atq; donatū de patre ꝟo ⁊ filio ⁊ ſpūſcō ꝓpter vnā equalē q; diuinitatē nō deoꝝ noīa ſed vnū dei nomē tradit atq; ſignificat vt credamus q: in p̄re ⁊ filio ⁊ ſpūſancto ſolūmodo baptizamur ⁊ nō in archangeloꝝ noībus ſicut heretici aut ſic iudei gentileſq; inſanūt. Hec ḡ xp̄ianorum ſalus eſt vt credētes trinitati hoc eſt patri et filio ⁊ ſpūſancto ⁊ in ea baptizati vnā deita tem ⁊ ꝑtātem ⁊ diuinitatem ⁊ ſubſtantiā in eo eſſe credamus.

Capitulum. xxv. In quo ponunt errores cōdēnati in concilio Gangrenſi.

Cap XXV

Eterum in concilio Gangrenſi qđ poſt conci lium Nicenū celebratū eſt ſūt ſequētes cōdēnati errores. De quo habet in decreto. di. xxx.

Si q̄ filij parētes maxime fideles deſerue rint occaſione dei cultus hoc iuſtū iudicātes et nō potius debitū honorē parētibus reddi

derint vt hoc ipm in eis venerent̄ ꝙ fideles
ſunt anathema ſint.

Item q̄cūqꝫ mulier religioni iudicās ꝯue-
nire comā ſibi āputauerit quā de⁹ ad velamē
eius ꝛ ad memoriā ſubiectōis illi dedit tanꝙ
reſoluēs ius ſubiectiōis anathema ſit.

Item ſi qua mulier derelicto viro diſcedere
voluerit ſoluto vinculo cōiugali nuptias cō-
demnando anathema ſit.

Itē ſi quis virginitatem ꝑpter deum pro-
feſſus in coniugio poſitos per arrogantiam
vitupauerit anathema ſit.

Item ſi quis virginitatē vel continentiaꝫ
ꝓfeſſus tanꝙ abominales nuptias iudicat ꝛ
nō ꝑpter hoc ſolum ꝙ virginitatis bonū ſcm̄
ꝓpoſitum eſt: ſit anathema.

Item ſi qua mulier ſuo ꝓpoſito vtile iudi-
cans vt virili veſte vtat̄ ꝛ ꝑpter hoc viri ha-
bitum imitetur anathema ſit.

Item ſi quis tanꝙ continētie conuenire
iudicans die dominico ieiunauerit in eiuſdē
diei cōtemptum anathema ſit.

Itē ſi q̄s eoꝝ qui in ꝓpoſito ſunt ꝯtinētie
ꝑter necītatē corpalē ſupbiat et ieiunia cōia
totius eccl̄ie putauerit cōtemnēda pfectam
in ſua ꝯſcia iudicās rōnem anathema ſit.

Itē ſi q̄s p ſupbiā tanꝙ pfectū ſe exiſtimās
ꝯuētus qui p loca ꝛ baſilicas ſcōꝝ martyrum
fiūt vel accuſauerit vel etiā oblatōes q̄ ibidē
celebrant̄ ſpernēdas eē crediderit memoriaſ-
qꝫ ſanctoꝝ contēnendas: anathema ſit

Item ſi quis extra eccl̄iam ꝑuatim ꝑplos
congregans ꝯtēnat eccleſiaſticas ſanctōnes
ipamqꝫ eccl̄iam apud ſe ſine epi conſilio cum
pbro agat: anathema ſit.

Item ſi quis nuptias in accuſationē duxe
rit ꝛ mulierē fidelē ac religioſiſſimā cuꝫ viro
ſuo dormientē abominandam crediderit aut
accuſandam tanꝙ nō poſſe coniugatos in re
gnum dei ingredi: anathema ſit.

Item ſi q̄s carnē mādu cantē ex fide cū re-
ligione ꝑter ſanguinē ꝛ idolo imolatū ꝛ ſuffo
catū crediderit ꝯdēnandā tanꝙ ſpem nō ha-
bentē qui eam manducat: anathema ſit.

Item ſi quis dereliq̄rit ꝓprios filios ꝛ non
eos aluerit. ꝛ qđ pietatis eſt neceſſaria nō ꝓ-
buerit ſed ſub occaſione continētie negligen
dos putauerit: anathema ſit.

Item ſi quis viroꝝ putauerit ſacro ꝓpoſi-
to .i. cōtinētie ꝯuenire vt pallio vtat̄ tanꝙ ex
eo habiturus iuſtitiā ꝛ rephendat vel iudicet
alios qui cuꝫ reuerētia birris vtunt̄ ꝛ alia ve
ſte cōmuni que in vſu eſt: anathema ſit.

Item hec ſcripſim⁹ nō abſcindēres eos q̄ i
eccl̄ia dei ſꝫm ſcripturas ꝓpoſitū ſcm̄ ꝯtinētie
eligunt: ſꝫ eos q̄ ſuſcipiunt habitū eiuſdē ꝛ in
ſupbiā efferūtur aduerſus eos q̄ ſimplici⁹ vi-
uūt. ſꝫ ꝛ hos ꝯdēnam⁹ qui ſe extollūt aduerſus
ſcripturas ꝛ eccl̄iaſticos canones ꝛ noua in-
troducūt ꝓcepta. Nos aūt ꝛ virginitatē cum
humilitate admiramur ꝛ ꝯtinentiā cū caſti-
tate ꝛ religionē cū charitate deo acceptiſſima
dicim⁹ ꝛ renūciatōes ſecularīu negocioꝝ atqꝫ
actuū cū humilitate approbādo laudam⁹ ꝛ nu
ptiarū vinculū qđ ſꝫm caſtitatē ꝑdurat hono
ramus ꝛ diuites cum iuſticia ꝛ operibus bo-
nis non abijcimus.

Capitulum .xxvi. In quo ponūtur hereſes condēna-
te in ſecūda ſynodo vniuerſali. Cap. XXVI

a Amplius ſecūda
ſynodus vl̄is Conſtantinop. cl.
patrū macedoniū ꝯſtantinū ſpi
ritūſctm̄ deū eſſe negantem ꝯdē
nās: ꝯſubſtalem patri ꝛ filio ſpm̄ſanctū demon
ſtrauit: dans ſymboli formā quā tota latinoꝝ
ꝛ grecoꝝ confeſſio in eccl̄ijs ꝑdicat: vt ſcribit
Iſi. vij. ethy. ꝛ ponit̄ .c. canones. di. xv. Hec ſy
nodus anathematizauit oēm hereſim ſpāliter
Eunomianoꝝ imo anomianoꝝ q̄ latine ſine le
ge dicunt̄ vt Arrianoꝝ ſiue Eudoxianoꝝ .i. q̄
ꝯtra ſpm̄ſanctūꝫ pugnant ꝛ Sabellianoꝝ et
Marcellianoꝝ ꝛ Coſinoꝝ ꝛ Apolinariſtaꝝ.

Capitulū .xxvij. In quo ponūtur errores condēnati
in cōcilio Mileuitano. Cap. XXVII

p Preterea in cōci-
lio Mileuitano qđ fuit tēpe In-
no. i. ꝯdēnata eſt hereſis pelagia
na: ꝯ quā diffinita ſūt ea q̄ ſequūt̄. ſ.

Placuit igit̄ oībus epis q̄ fuerūt in hac ſā
cta ſynodo cōſtituere hec q̄ in pn̄ti ꝯcilio diffi
nita ſunt: vt quicūqꝫ dicit adam primū hoīem
mortalē factū: ita vt ſiue peccaret ſiue nō pec
caret morirent̄ in corpe: hoc eſt de corpe exiret
nō pctī merito ſed neceſſitate nature.

Item placuit vt q̄cūqꝫ puulos recent̄ ab v-
teris matrū baptizādos negat aut dicit: in re
miſſionē quidē pctōꝝ baptizari ſꝫ nihil ex adā
trahere originalis peccati qđ lauacro regene
ratōis expiet̄. vnde fit ꝯn̄s vt in eis forma ba
ptiſmatis in remiſſionem pctōꝝ nō vera ſꝫ fal
ſa intelligat̄: anathema ſit.

Itē placuit vt q̄cūqꝫ dixerit grām dei q̄ iu
ſtificamur p ieſū xpm dn̄m nr̄m ad ſolā remiſſi
onē pctōꝝ valere q̄ iam cōmiſſa ſunt nō etiaꝫ
ad adiutoriū vt nō committant̄: anathema ſit.

Itē placuit vt q̄cunqꝫ dixerit eandē grām
dei p ieſum xpm dn̄m noſtrū ꝑpt̄ hoc tm̄ nos
adiuuare ad nō peccandū: q: p ipſam nobis re
uelat̄ ꝛ aperitur intelligētia mandatorum vt

ſciamus quid appetere quid vitare debeam⁹
atq̧ valeamus:anathema ſit.
Item placuit vt quiſq̄s dixerit ideo nobis
grām iuſtificationis dari:vt quod facere per
liberū arbitriū iubemur facilius poſſim⁹ im-
plere p grām tanq̄ ⁊ ſi grā nō daret nō q̄dez
facile ſed tn̄ poſſumus etiaz ſine illa implere
diuina mandata anathema ſit.
Si dixerimus q꞉ pctm̄ nō habem⁹ noſmet
ip̄os ſeducimus ⁊ veritas ī nobis nō eſt q̄ſq̄s
ſic accipiendum putauerit vt dicat ꝓpter hu
militatem nō oportere dici nos nō hr̄e pctm̄
nō quia veritas eſt:anathema ſit.
Item placuit vt quicūq̧ dixerit in orone
dn̄ica ideo dicere ſcōs:dimitte nobis debita
noſtra vt nō ꝓ ſeipſis hoc dicant q꞉ nō eſt iaz
eis neceſſaria iſta petitio:ſed ꝓ alijs qui ſunt
in ſuo ppl̄o pctōres:⁊ ideo nō dicere vnūquē-
q̧ ſanctoꝝ dimitte mihi debita mea:ſ dimit-
te nobis debita nr̄a vt hoc ꝓ alijs potius q̄ ꝓ
ſe iuſtus petere intelligat:anathema ſit.
Itez placuit vt quicunq̧ ip̄a verba dn̄ice
oronis vbi dicim⁹:dimitte nobis debita nr̄a
ita voluerit a ſanctis dici:vt humiliter nō ve
raciter hoc dicatur:anathema ſit.

Cap.xxviij. In quo ponunt errores cōdemnati in
tertia ſinodo vl̄i:videlicet Epheſina.

Cap. XXVIII

p

# Reterea tertia

ſynodus vl̄is: videlz Epheſi-
na ꝑma.cc.patrū ſiue ep̄orum
Neſtoriū duas ꝑſonas aſſerē-
tem in xp̄o iuſto anathemate condemnauit:
oſtendēs manere in xp̄o duas naturas ⁊ vnā
dn̄i noſtri ieſu xp̄i ꝑſonā.Que quidē ſynodus
ſequētes condemnauit errores.
Si q̄s nō ꝯfitet deū veracit eē emanuel ⁊
ꝓptea dei genitricē ſanctā v̄gınem mariā pe
perit em̄ ſm carnē ſcm̄ dei v̄bū ſm qd̄ ſcriptū
eſt:verbum caro factum eſt:anathema ſit.
Si q̄s nō ꝯfitet carni ſm ſubam vnicū ver
bum dei patris vnūq̧ eſſe xp̄m cū ꝓp̄a carne
eundē.ſ.deum et hoiem:anathema ſit.
Si q̄s in vno xp̄o diuidit ſubaz p⁹ vnitatē
ſola eas ꝯnexiōe ꝯiūgēs ea q̄ ſm dignitatem
vel etiā auctem aut ptātē aut nō poti⁹ ꝯuētu
q̄ p vnitatē fact⁹ eſt naturalē:anathema ſit.
Si q̄s ꝑſonis duab⁹ vel ſubſiſtētijs eas vo
ces que in aplicis ſcriptis continent ⁊ euan
gelicis diuidit vel de xp̄o dicunt a ſanct vel
ab ip̄o ⁊ aliquas quidem ex his velut hoī qui
preter verbū dei ſpāliter itelligat aptauerit
illas aūt tanq̄ deo dignas deo ſoli dei patris
verbo deputauerit anathema ſit.
Si q̄s audeat dicere xp̄m hoiez deopyon
.i.deū factū ⁊ nō poti⁹ deū eſſe veraciter dixe-
rit tanq̄ filiū per naturam ſm q verbum ca-
ro factum eſt ⁊ cōicauit ſiliter vt nos carni et
ſanguini:anathema ſit.
Si quis dicit deū eſſe vel dn̄m xp̄m dei pa-
tris verbū ⁊ nō potius eundē ipſum cōfitetur
deū ſimul ⁊ hoiem ꝓpterea q verbum caro fa
ctū eſt ſm ſcripturas:anathema ſit.
Si quis velut hoiem ieſuz operāte deo ver
bo dicit adiutū ⁊ vnigeniti gloriā tanq̄ alteri
